This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07577952 4

# OLAI WORMII

ET AD EUM

# DOCTORUM VIRORUM EPISTOLÆ.

*TOMUS II.*

*Havniæ* 1751.

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

S. H. P.

# D. OLAI WORMII ET AD EUM DOCTORUM VIRORUM EPISTOLARUM PARS ALTERA.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK.

## *DLXXXI.*

Viro Clariſſimo
OLAO WORMIO
*Doctori Medico*
FRANCISCUS de FLEURY
S. D.

*Hafniam.*

TUa me ſingularis humanitas ad ſcribendum impulit, pietas ad petendum. Enimvero cum is ſim, qvi vix tibi de nomine ſim notus, neqve majorem tecum conſvetudinem aut familiaritatem habeam, qvam qvæ aliqvot dierum ſpatio, noſtro una cum *Ogerio*, ſermones tecum miſcendo fuit comparata; idcirco niſi tum maximè is nobis viſus eſſes, qvi cum eruditione non vulgari ſingularem humanitatem conjunxiſti, num-

nunqvam te publicis rebus benè occupatum voluiſſem interpellare. Dicam paucis, qvid rei. Meminiſti, Vir Clariſſime, ante menſes aliqvot, cum in comitatu Illuſtriſſ. Regis Galliarum Legati eſſemus Hafniæ, tuoqve conſortio frui nobis daretur, inter ea, qvæ in Muſéo tuo vidimus, te poſt ſat magnam optimorum librorum copiam, qvandam nobis crucem cryſtallinam viſendam præbuiſſe, ſimulqve aliqvas Sanctorum reliqvias, qvæ in illa cruce qvondam aſſervabantur, ſeparatas oſtendiſſe. Ex eo tempore mihi fuit animus, à te obnixè petere, qvod jam data occaſione precibus à te contendo, ut, eas nobis velis tradere, atqve dono dare, præſertim cum eæ res non ſint in eo pretio apud veſtrates, qvo apud nos ſunt. Hoc eò ſecurius atqve lubentius â te efflagitamus, qvo novimus, qvanta ſis in omnes, maximè verò in exteros humanitate; certi inſuper, qvod te monuiſſe ſufficiat, ubi de beneficio conferendo agitur. Interim vero, ſi qva in re apud Gallos noſtros tibi â nobis obſeqvium præſtari poſſit, promtos nos ad hanc rem invenies, qvos tam tibi deuinctos habes. Salutat te plurimum *Ogerius*, cujus etiam nomine ſcripta hæc eſt Epiſtola. Holmiæ VI. Nonas (VII. Kalendas) Martii An. 1635.

## *DLXXXII.*

## FRANCISCUS de FLEURY

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QVos ad me miſiſti, plenos eruditionis & reconditioris doctrinæ libros, accepi, ſimul & veterum Danorum veſtrorum aliqvot monumenta à te explicata: Et hæc & illos ut genuinos Muſarum partes dignamqve viri docti ſobolem ſicut lubens vidi, ſic ſemper deoſcolor amplectorqve, gratulorqve qvod ità feliciter vetuſtiſſimas orbis arctoi Litteras noſtro ſeculo exhibueris, ut jam non ſolum pro Gothicæ Litteraturæ reſtauratore paſſim â viris doctis habearis, ſed & inventor, author & parens ab omnibus prædiceris. Eſt in ea opinione Vir Clariſſimus, qvi jam Hamburgi commoratur, *Joannes Terſejus Gallus*, qvi eapropter & tibi innoteſcere, & à te amari cupit: hoc illum

illum brevi aſſeqvuturum pro ea, qva es erga Viros doctos propenſione, facilè mihi perſuaſi, ubi de illo verius, qvam de nullo noſtri ævi viro dictum intelliges, eſſe omniſcium, & ad miraculum doctum: Experiaris, qvæſo, an Viro amico imponam. Cæterum facies rem gratam, ſi ad illum & *Faſtos Danicos* & has ultimas tuas lucubrationes transmiſeris: ſic mutuo literarum commercio unus alteri magis magisqve innoteſcet. Bene vale & ſemper me ama. Hamburgi d. IX. Auguſti 1637.

Literæ ad Virum Cl. *Jo. Terſejum* poterunt dirigi ad *Georgium Fredericum Frobenium*, Bibliopolam Hamburgenſem. Ego paro reditum meum in Gallias futurâ ſeptimana.

## *DLXXXIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Franciſco de Fleury.*

*Pariſios.*

BEnevolum in me affectum, Vir Clariſſime, humaniſſimis literis tuis abunde declaratum, ut non poſſum non exoſculari, ita de cenſura chartarum mearum plus qvam amica non poſſum non gratias agere maximas. Vereor verò, ne affectu benigniori in amicum abreptus, plus tibi ab eo pollicearis, qvam aut hactenus in hoc genere, aut poſthac præſtare valeat. Interim in difficilibus hiſce conatum à candidis & probis haud ſperni, mihi gratiſſimum, qvod ad majora, ſi Deus vitam & valetudinem largitus fuerit, me porro animabit. Sed non ſatis fuit, privatim in levibus hiſce amici memoriam recolere, niſi & Viros magnos & eruditiſſimos una mihi conciliares, inter qvos merito Clariſſimum repono *Terſejum*, cujus Viri amorem tibi acceptum fero, & qvoad vixero, recolam. Reſpondi, hac ipſa commoditate, amiciſſimis ejus literis, ſimulqve, qvæ petiit, transmiſi; utinam bona fide reddantur! Nihil mihi gratius erit unqvam, qvam & ipſum & te in hiſce oris qvovis officiorum genere devinctos tenere. Interim, ſiqvæ in Galliis verſanti occurrant, qvæ noſtrum inſtitutum promovere valeant, mei memor ut ſis, rogito. Audio, apud Vos 12. milliaribus à metro-

metropoli Turonenſi propè urbem Loche ſur Indre monaſt um eſſe, in cujus area pyramis viſitur, literis Gothicis ex: ta. Ejus exactam delineationem Tua opera habere ſi mihi c tigerit, gratiſſimum erit. Vive, & vige, meqve amare p ge. Scripſi Hafn. luctu ob præmaturum dulciſſimæ co gis obitum ferme confectus, Idibus Septembris, 1637.

## *DLXXXIV.*

## OLAUS WORMIUS.

### *Giſlao Otthonis, Epiſcopo Schalboltenſi.*

DOleo, me ad *Literaturam* noſtram *Runicam* perficiend adjumenti nihil ex Tua Diœceſi ſperare poſſe, & eò mag qvod magicis ſuperſtitionibus inqvinata non qværamus, pura, & qvibus, ad animi ſenſa invicem communicanda, omni dolo uſi ſunt majores noſtri. Inſtitutum meum noſtri, q ſi congiario aliqvo Antiqvitatum veſtrarum exornaveris, no ne nominis tui gloria fiet. Si qvæ occurrant Veterum *can lenæ*, imprimis à *Saxone* noſtro in Operis Hiſtorici initio cita apprime nobis inſervirent. Sed Tibi moleſtus hiſce eſſe nc ultra id, qvod ſponte ſe offert. Me interim, ut facis, am perge. Hafniæ, d. 24. Maji, 1635.

## *DLXXXV.*

## Ex literis
## DN. GISLAI OTTONIS
## ad
## *D. OL. WORM.*

AD Literaturam Runicam nihil uſpiam invenio in hac Di ceſi, præter pauca iſta, qvæ hiſce meis includo, qvæ fortaſſis D. D. jamdudum vidit vel audivit. Superſtitiones ma cæ, laus Deo, ferme exularunt à patria noſtra, aut, mi

mi

am evacuatæ ſunt, qvantum qvidem ego intelligo, & mihi erare fas eſt. Libros Antiqvitatum crederem pleroſqve ad agnif. Dn. Cancellarium jam pridem delatos, & partem eom per *Dn. Arngrimum* etiam vobis ceſſiſſe. Unicum qvodm veteramentum mihi nuper repertum, ad Nobiliſſ. Dn. Canllarium jam mitto. De *Cantilenis* veterum, à famoſiſſimo *ıxone* citatis, neſcio qvid ſit, qvod in hac natione exſtiterit, & uſu ac manibus majorum noſtrorum, præter *Eddu* & *Skalldu*, æ jam multo tempore veſtris ſunt in manibus, ni fallor, per *n. Arngrimum* noſtrum. Neqve ego huic ſtudio unqvam opem dedi alacriorem. Vidi eqvidem, & obiter percurri; verum ocatus ad graviora, neglexi. Sperabam aliqvando, mihi hoc ii relictum iri, inter occupationes plurimas, ut pauca qvæm annotarem, in gratiam Magnif. Dni Cancellarii, de *Lalibus & Herbis*, & qvibusdam aliis mirandis hujus Inſulæ, qvæ ctiſſimus *Arngrimus* ſicco pede fere tranſiit, fortean qvia n ipſe totam Inſulam perluſtravit, ſicut ego nunc aliqvoties aximam partem. Sed iſte fœtus futurus eſt mihi ferè elephanus. Si autem qvicqvam concepi, non qvidem, propter rilitatem mei ingenii, luce dignum, patiar tamen aliqvan-, DEO adjuvante, ut ſub tanti Viri auſpiciis pateat. Conmplationi iſtorum admirandorum nuper & anno qvidem præate, occaſionem dedit monſtrum qvoddam *Hrita*, qvod in ofluente proximo amne, qvatuor præſentibus teſtibus, hiſce eis oculis ſe obtulit menſe Junio. Sed, qvia diſtantia loci tuit formam ejus diſpicere, aut accuratius diſcernere, viſa nobis qvaſi Inſula qvædam nova, in medio fluminis gurte atqve ad inferiorem terminum inſtar aqvilæ ibi aſſiden-. Qvod paulatim, intra ferè horæ ſpatium unius, demerm eſt. Poſtea eodem menſe, in hoc ipſo flumine, Par qvidam navicula trajiciens & eqvum ducens, repperit cum varcho vadare eqvum in ſummo gurgite. Rurſus in qvom alio loco ejuſdem fluminis, ad diſtantiam plus minus duum milliarium, viſum eſt multis idqve ſæpius eodem men- Junio, inſtar magni ſerpentis, nempe revolutiones tres inentes ſuper aqvam; Qvarum qvævis, qvantum ex ipum relatione habeo, illis qvidem viſa eſt 20. paſſuum aut ra. Qvid illud monſtri ſit, novit Deus. Solent alias ejusdi monſtra, & in hoc profluente & in aliis, rarius ocu-

 lis

lis hominum ſeſe obtrudere. - - - Skalholltiæ in Islandia pridie Kalendar. Auguſti 1635.

## *DLXXXVI.*

## OLAUS WORMIUS

### *Dn. Gislao Otthonis,*

*Schalholtiam.*

DE matrimonio, in tertio gradu contrahendo, tuo nomine cum Magnifico Domino Cancellario egi, qvi difficilior aliqvantum viſus, me ad Epiſcopum noſtrum remiſit, ut ex eo qværerem, an tibi concedi poſſet, qvem cum minus in vota noſtra proclivem ſcirem, id diſtuli; ſed cum Domino D. Brochmanno hac de re egi, qvi etiam à te ejusdem argumenti literas accepiſſe retulit, & ſpem fecit aliqvalem, de qvo Ipſe forſan fuſius ad te. Gratum fuit Cancellario Naturalia Patriæ conſcribendi & colligendi inſtitutum, qvod ut urgerem apud te, ſerio juſſit, qvò brevi ejus ſpecimen haberet; addidit, concepta jam, poſſe deinde ulterius expoliri, temporum lapſu. Qvi has offert, veſtras eſt, Studioſus, ut mihi videtur probus & ingenuus; petiit, pro ſe ut apud te intercederem, qvò, ſi promovendi daretur occaſio, eum favore tuo commendatum haberes. Qvod vel meo nomine te facturum, confido. Interim me tibi rebusqve tuis ſemper addictum habebis. Hafniæ 6. Maji, 1636.

## *DLXXXVII.*

## Ex literis
## GISLAI OTTONIS
## ad
## *OL. WORM.*

AD Magnificum Dn. Cancellarium mitto *Annales veterum*, qvos aliqvando, in membrana deſcriptos, vidit Pater meus

ſanctæ

ſanctæ memoriæ, atqve inde excerpi curavit qvam diligentiſſimè: qvia nullum mihi tempus vacat, qvo poſſim plura addere hac vice. Addam autem fideliter, cum bono Deo, qvæ de naturalibus & admirandis Patriæ ſunt collecta, ſed non digeſta. - - Ad literas Runicas qvicqvam addere non contingit. - - De monſtroſo ignis & arenæ, vel potius pumicis arenoſi vomitu inde usqve ab 8. Maji in hunc usqve diem, alias minore, alias majore, & qvidem qvandoqve per intervalla, ſed breviora, ex monte Hekla, referent forte mercatores, qvibus hoc ipſum nobiſcum communiter videre contingit. Tum qvæ annonæ raritas etiam apud nos, ipſi referunt. - - - Skalholt, d. 20. Auguſti 1636.

## *DLXXXVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Giſlao Otthonis*

TRansmiſſa ſcripta magnifico Dn. Cancellario nondum obtuli, eo qvod ob peſtis contagium (qvod & mihi dulciſſimam abſtulit conjugem) hactenus a nobis fuerit remotus, & necdum redierit. Malignitas illa ultra qvatuor millia hujus urbis abſtulit, & luctu ac mœrore nos undiqve replevit. Ex noſtro ordine ſuccubuere Magnificus Academiæ Rector, *M. Vulfgangus Rhuman*, uxor *M. Longomontani*, meaqve heu multum dilecta & deſiderata conjunx; DEus miſereatur noſtri, & Spiritus ſui Sancti ſolamine mœſtis & luctus ſqvalore ferme confectis adſit! Plura neqveo. Vale, 10. Maji 1638.

Cum aliud non ſit, offero *Diſputationem*, à me de *ſanitate conſervanda* nuper habitam. Tu boni conſule, & ignoſce.

## *DLXXXIX.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Georgio Horſtio.*

*Ulmam.*

TUo nomine germanicè 4. Aprilis exaratæ, 29. ejusdem mihi redditæ ſunt, qvibus filio, dum apud nos commora-

morabatur, locatam a me operam Tibi gratam fuiſſe nuncias ſimulqve affinem tuum, *Georgium Fingerlinum*, (parentum & cognatorum partes in nuptiarum ſolennibus in me derivando) commendas, Prius qvod attinet, qvamvis filio tuo, juveni optimæ indolis ſpeiqve eximiæ, tum ob nominis tui celebritatem, tum ob officia paria Gieſſæ olim mihi à te præſtita, multum me debere, fatear, attamen tum negotiorum, qvibus indies diſtrahebar, moles, tum valetudo infirmior, qva valebam, minus permiſerunt. Siqvid tamen à me profectum ſit, qvod ejus ſtudiis aut commodis utile, mihi gaudeo, utqve affectum Tibi omnibusqve bonis debitum, benigne interpreteris, rogo. Affinem tuum, *Dn. Fingerlinum*, qvod attinet, viduam duxit honeſtam & opulentam, qvæ cum mihi duplici nomine affinitate ſit conjuncta, qvæcunqve à me in nuptiarum (qvæ magna pompa hic ſunt celebratæ) feſtivitate præſtari poterant, præſtiti, vel maximè tuis inſtigatus literis. Singula, malo tibi ex ipſo affine, qvam me, pluribus exponi. Interim plane hoc tibi perſvaſum habeas, ſiqvid à me, tuo tuorumqve honori & commodis profuturum, proficiſci qveat, id totum tibi tuisqve devotum. Vale. 1636.

## *DXC.*

## JO. CASP. BAUHINUS D.
### Medic. Prof. Ord. Baſil.
### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr CLme Excellentiſſ. Opportunè ad vos abiturienti inſigni hocce literarum latore D. *Hoffmanno*, qvi maximo ſuo merito ab Ordine noſtro ſupremum in arte βϱαβεῖον obtinuit, non potuit non ſalutem tibi dicere, & mea offerre officia: Homo nempe ignotus, qvi tamen virtutes tuas veneror, & qvam cum Patre coluiſti amicitiam non leviter æſtimo, Excuſabis facile, pro humanitate tua, ſpero, V. CL. meam audaciam, & hoc qvicqvid eſt importunitatis, amicitiæ paternæ memoriæ acceptum feres. Illius hactenus apud me latentes ſcintillæ

: in haſce flammas exardent. Multum T. E. debebo, ſi in um non deperditi amici, opella mea pro occaſione data uti eris. Academiæ noſtræ totius, ut & meum ſtatum, *Hoffnus* noſter, vivæ epiſtolæ vicem enarrabit. Vale V. CL. Excellentiſſ. *Finchio* ſocero tuo ceterisqve, apud qvos ali- paterni nominis eſt memoria, omnibus ὁμοτέχνοις obſe- mea defer. Baſileæ KL. Junii CIↃ IↃC XXXVI.

## DXCI.

# OLAUS WORMIUS

## *Jo. Caſparo Bauhino.*

*ileam.*

QVas V. idus Junii, CIↃ IↃC XLIV. ad me dediſti, qvarto ejusdem menſis hoc anno demum accepi; delituerat enim Belgio ſuis ſtudiis vacans huc usqve, qvi attulit, *Bartholi-* noſter. Gaudeo verò, Te non ſolum eruditione & literis lioribus ſed & humanitate conſtantiqve amicorum paterno- n cultu tam feliciter tanti Viri virtutes æmulari. Mihi certe tulor, qvod beatos Præceptoris & Fautoris mei magni manes filio exoſculari mihi detur, ac per literas, cum coram nega- n ſit, (niſi forſan & olim per filium) debitum Præceptori ctum declarare. Certus ſis, ſiqvid in his oris occurrat, i vieiſſitudinem amoris declarare valeam, me effecturum, ut *Wormio* nihil deſiderare poſſis, qvod conſtantem & officio- reddat amicum. Ex Italia ad Vos jam veniunt, vel for- adſunt, juvenes duo egregii noſtrates, in arte Medica be- verſati, *Henricus Fuirenius* & *Thomas Bartholinus*, ſcriptis us, affines mei, exantlatorum laborum brabeja à Vobis ortaturi; hos ſi, more paterno, affectu & conſiliis juveris, ii id factum reputabo. At immortalitate digniſſimis labori- Botanicis Parentis & Avunculi tui qvid tandem fiet? Spe- ina & apparatum, bone Deus, qvalem! utriusqve co- vidi & Baſileæ & Mompelgarti. *Prodromi* ſpem nobis runt magnam. Si tua cura jungantur ac prodeant, vix e-

Pp 5 rit,

rit, qvod accuratius in hoc genere qvisqvam exſpectare poſſit. Interim vale, & amare perge. 8. Cal. Jul. 1645

## DXCII.

## HENRICUS ERNSTIUS

## Viro Cl.

## *Olao Wormio.*

## S. D.

*Hafniam.*

Etſi nullum mihi ferè ſcribendi argumentum adhuc fuit, Vir Clariſſime & humaniſſime, tamen nihil ad te prorſus dare alienum ab amicitia noſtra cenſui, imo ab officio meo. Singulari enim tuæ humanitati, qvâ me ad incredibilem tui amorem pellexiſti, plura certè debeo, & volo etiam, qvod DEus novit. Qvare hac vice ſalutem tibi ſaltem dicere, & qvod vides munuſculum mittere malui, &, ut opinor, debui potius qvam committere, ut officium abs te meum deſideretur, aut nimis ipſe inhumanus exiſtimer. Rogo ut illud boni conſulas, & paucis mihi, niſi grave eſt, reſpondeas: Geſtio enim tuam de his libellis audire ſententiam. Si intelligam in hiſce operam me non prorſus luſiſſe, atqve hæc uſui aliqvibus eſſe, alios libros in tempore addam. Vitam modò mihi ſervet, & valetudinem ſufficiat benignus ille omnium noſtrûm parens. Utinam ſalutare otium, & firmum & honeſtum ille omnis boni auctor mihi tribuat! qvod ſi fiat, non pauca habeo, partim inſtituta, partim deſtinata, qvæ abſolvere cupiam, qvibus juventutis ſtudia provehi nonnihil, ac bonum publicum in parte juvari poſſe credam. Sed hæc fiant arbitrio ejus, qvi unus omnia moderatur. Tu, Vir. Cl. & humaniſſime, mihi favere, & ſi qvos poteris, bonos Viros, amicos mihi iſtic parare non dubitabis. Hoc mihi gratius facere nihil potes: idqve ad multa pertinere inde mihi liqvet, qvod multos parum modeſtè de me ſentire intelligam. Verum Deo ſemel negotia mea commiſi, cui te etiam una cum tuis ex animo commendo. Vale. Dab. ex Acad. Sorana V. Kal. Jul. CIↃ IↃC XXXVI.

DXCIII.

## DXCIII.

## OLAUS WORMIUS

### *Henrico Ernſtio.*

'am.

Ratiſſimas tuas, 5. Calend. Jul. exaratas, una cum aure-is *Obſervationibus*, mihi, jam inclinante die, tradidit ta-arius; cum verò inſtanter reſponſum feſtinus urgeret, non ui non pro tam benevolo in me affectu ac dono tam grato, tias agare. Percurri obiter, & hinc inde in tanta feſtinatione una capita libavi; gaviſus ſum, tandem exortum illud ju-, qvod & Patrias Antiqvitates illuſtrare, & multis ſpreta neglecta nitori reſtituere aggrederetur. Neſcio enim, qvi fiat, id externa miremur adeo, extollamus, exornemus, noſtra ò deſpectui habeamus, & vix digna judicemus, qvibus ali-d impendatur operæ, cum tamen, exteris ſi innoteſcerent, minori forent pretio, qvam qvæ in media Romana ſita ſunt ia. Peregrinationis fructum video uberrimum, qvem aliis od non invideas, candori tuo eſt qvod adſcribant. Vix legen-fatigari qveo, adeo cuncta, qvæ vidi, ſunt ad meum pala-n. Perge, Vir eximie, bono publico exantlatos labores di-gare. Rumpantur ut ilia Codro. Bonis placere ſufficit, ne iter qvidem ipſe malis. De meo in Te affectu ita ſtatuas, im, ut, qvi tibi tuæqve exiſtimationi magis addicti ſint, icos apud nos ſis habiturus. Dabam occupatiſſimus, ipſa hac pera, qva tuas accepi. 11. Julii, 1636.

## DXCIV.

## HENRICUS ERNSTIUS

### *D. Olao Wormio.*

### Salutem in Chriſto.

*fniam.*

Mſtelodamum ſtatim ac veni, Clariſſime mihiqve multis nominibus chariſſime Domine Wormi, amice plurimum hono-

honorande, calamum arripui, qvo Tibi monſtrarem, nihil tua memoria mihi eſſe jucundius, tum etiam, qvod me tibi devinctum eſſe ſciam, atqve ſolvere cupiam, & ubi non poſſum, profiteri tamen debui, qvantum tibi deberem: animum nimirum integrum, ab omni fuco & fallacia alienum. Utinam illuceſcat illa dies, qva Tibi, Virorum optime, aut tuis egregiam meam erga vos voluntatem probare poſſim! Amo Te, mi Domine Wormi, hoc DEus novit; ô utinam, ſi tamen Deo meo ita videbitur, amicia noſtra in tertio augmentum ſive potius neceſſitudinem caperet! Sed Jehova in monte providebit. Mitto Tibi libellum, qvem adoleſcentulus ante aliqvot annos edideram, nunc autem certis rationibus ductus ad incudem revocavi. Eidem faſciculo etiam alium incluſi contra *Barlæum* ſcriptum, qvem puto te non vidiſſe. Tu velim, Vir humaniſſime, animum, non facultates reſpicias. Exemplum libelli mei, qvod hiſce adjeci, ne graveris, Cl. Dn. *Jacobo Matthiæ* meo nomine offerre, meqve apud ipſum excuſare, qvod ei non ſcripſerim; id qvod pingvibus feriis, aut faſtidio meo non tribuet, ſed potius freqventibus his meis excurſionum incommodis, qvæ me ſæpiſſime ab officio impediunt. Tu, Virorum eximie vale. & me qvod facis, amare perge. Deus opt. max. Tibi Tuisqve benedicat. Feſtinabam Amſtelodami prid. Id. April. CIↃ IↃC XXXVII.

## *DXCV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Henrico Ernſtio.*

*Pariſios.*

ANnus ferme elapſus eſt, ex qvo ad tuas, Amſterodamo ad me miſſas, nihil reſpondi, qvod forſan aut tui oblivioni aut negligentiæ adſcripſeris. Sed crede mihi, ſollicite qværenti, nulla ſe obtulit commoditas, qvæ meas ad te deferret, noſtrarumqve rerum ea fuit conditio, ut miſeriis & calamitatibus referta, vix qvid agendum nobis aut conſiderandum reliqverit. Amiſi enim, menſe Auguſto, miſeræ hujus vitæ unicum ſolatium, graſſante epidemica lue, Conjugem dulciſſimam; amiſimus

ſimus ex amicis complures, & vix à tanta clade reſpirare tandem nobis jam datum. Cæterum pro transmiſſis elegantibus notis tuis, ut & *Barleana* controverſia gratias ago ingentes. Perge elegantis ingenii fœtibus de literato orbe bene mereri; ſic tibi famam & apud bonos omnes favorem conciliabis æternum. Me certe qvod ſpectat, claras tuas dotes ita ſemper amavi & æſtimavi, ut jucundiori & arctiori tua familiaritate gaudere, mihi volupe foret. Deus conatus tuos dirigat in ſui nominis gloriam! *M. Jacobo Matthiæ*, qvi etiam filiolam hac tempeſtate ad ſuperos transmiſit, deſtinata tradidi, pro qvibus credo ipſum gratias acturum. Vidimus hic ſententiam, in Parlamento Gratianopolitano latam, qvæ fœminam, qvæ ſine congreſſu mariti concepit & peperit, abſolvit, & pro honeſta proclamavit. Fabula an ſit, nec ne, hæſito. Qvod ſi res ita ſe habeat, qvibus Medicorum innixi fundamentis, paradoxum hoc defendant judices, videre geſtio. Siqvid in tuis peregrinationibus occurrat, qvo *Literatura* noſtra incrementum capere poſſit, moneas, rogo. *Lochenſe monumentum* per occaſionem exſpecto. Vale & Nobiliſſimum Aulæ Magiſtrum officioſe à me ſaluta. 24. Februarii 1638.

## *DXCVI.*

## HENRICUS ERNSTIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

Χαῖρε ἐν Κυρίῳ. Clariſſime Domine Wormi, amice plurimum honorande, de amicitia in me tua nunqvam dubitavi. Confirmavit me tamen in ea, qvam pridem de te conceptam, opinione, epiſtola tua, qvæ Lugduni nuper mihi, qvum ex Italia reverterer, reddita fuit, qvæ cauſa eſt cur ad eam tam ſerò reſpondeam. Miſi nuper ad Ill. & Magn. Dn. *Cancellarium Friſium* antiqvam inſcriptionem in Etruria inventam, qvam, uti credo, tecum communicabit. Illam, cujus in ædibus tuis meminiſti, heic in Gallia *à l' Inder* invenire haut potui. Sententia illa Gratianopolitana, qvam vidiſti, mendacium eſt, Parlamento

lamento impoſitum. Attuli mecum libellos qvosdam Mec ex Italia, qvos habebis, qvando libros meos Hafniam m Nunc præ manibus habeo *Obſervationes ad Antiqvitates E ſcas*, qvas ad Dn. Cancellarium miſi, brevi videbis, & bis. Contuli qvoqve *Valerii Probi Antiqvitates* cum vetuſtiſſ MSS. notas adjeci, vulgatamqve editionem media parte a Et multa alia habeo, qvæ bono cum Deo monſtrabunt, non fuiſſe otioſum. Vale, Virorum optime, meqve a perge; qvod mutuum certè feceris. Dab. Pariſiis Id. CIϽ IϽCXXXIX.

# *DXCVII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Henrico Ernſtio.*

QVa injuria & gentem noſtram & me affeceris, mi *Er* ex meo ad *Stephanium* liqvet epiſtola. Conſcientiam a lo tuam. Te, ut amicum, ſemper colui & veneratus ſum; ſvadere igitur mihi non potui, ab *Ernſtio* hæc profecta, a qvam jam culpam ingenue fatearis. Si ab ignoto aut adv rio (qvem Divinâ gratiâ me ſpero habere nullum) hæc p ta fuiſſent, æqviori tuliſſem animo, at ab eo, qvem inter cos haud vulgares ſemper habui, qvemqve nunqvam, ſciam, læſerim, ita præter meritum, præter exſpectation tam indigne tractari, ægrè non immeritò tuli. Noſti fa & vitam pari ambulari paſſu. Egòne unqvam tuum judic qvod tum in rerum natura non exſtabat, arguebam, ut impingis? Egóne apud indoctos eruditionis & acun gloriam aucupor? ut mala fide mihi affingis. ne variorum Auctorum contorta teſtimonia & ſententia tuli? Judicet jam totus orbis literatus, cui, ſi ita lubet, c municabitur & tua invectiva & juſta mea excuſatio. At pri tua fuit ad Nobiliſſimum *Gerſtorffium* epiſtola; ſcilicet priva illud, qvod per univerſam Principis vagatur aulam, qvo tra eam literati pleriqve jactitant, qvod Collegæ tui divulg qvod deſcriptis exemplaribus ad me variis ex locis mittunt ci, ad vindicias ſtimulantes? Id verò ea feci moderatione,

ı privata ad amicum, harum rerum peritum, epiſtola, tu- ut prætererim nomen, atqve in alium culpam ut transfer- ı. Qvibus motus rationibus, me inſontem amicum tam fri- s & ineptis provocaveris, meamqve famam & exiſtimatio- ı apud Sereniſſimum Principem denigrare tentaveris, con- ntiæ tuæ relinqvo. Si boni Viri, ſi amici defungi partibus iiſſes, qvæ in mea Diſſertatione animadverſione digna ob- aſſes, privatim per literas monuiſſes; ſi tuis tum non ſatis- ſſem rationibus, occaſionem forſan habere potuiſſes, de me mphos agendi. Monuerunt de qvibusdam amici alii, bus gratias agere ſatis neqveo. Loca enim qvædam iorum auctorum ad negotii illuſtrationem communica- t, conatusqve meos bene exceperunt. Eorum igitur nomine ſuo tempore mentionem faciam honorificam, ideant omnes, me candidis publici boni æſtimatoribus ju- n ſtatuere pretium. Minas tuas qvod attinet, ſcias, me il- flocci facere. Si tu male feriatus tua epiſtola ſine neceſ- te me non provocaſſes, fideqve neſcio qva, Sereniſſimi Prin- s gratia extrudere non tentaſſes, privatim inter nos actum ſet. Age, qvicqvid lubet; nunqvam obtinebis, ut ad nu- ejusmodi ſileam, aut ad ſalſa tua in Patriam, in popula- & nos omnes ſcommata conniveam. Qvousqve tuæ pene- rerint injuriæ, faciam juſtæ meæ ut ſeqvantur vindiciæ, ve ut ſpero, bona ſummi magiſtratus venia. Patriæ glo- omnibus poſtponenda. Interim ſi Tibi libuerit amicè de re ı ſine ullius agere injuria, pergas, & ad ea, qvæ ſcripſi, re- ndeas. Si recte ſentientium judicio viceris, lubens cedam. Di- ſa de rebus iisdem ſentire incolumi ſemper licuit amicitia. ipe, qvod lubet; in utrumqve ſum paratus. Hæc ad mi- tuas. Sed ſiqvam voce & calamo profiteris Chriſtianam ritatem, & conſcientiæ integritatem, facto exprimere velis, ii gratius erit, cœptam conſtanter fovere amicitiam, qvam ıugacibus & ad rem nihil facientibus ineptiis ſerram con- ionis reciprocare. Abunde enim mihi eſt, qvod agam, iſti gloriam & proximi commodum magis ſpectans. Interim & fac, inter bonos bene ut agatur. Hafniæ IX. Maji ı I

DXCVIII.

# DXCVIII.

## BENEDICTUS MAGNI

### *D. Olao Wormio.*

AMplector beneficia tua, Clariſſime Domine Doctor, Præceptor Fautorqve multis & magnis nominibus honorande, æſtimande, colende: Amplector, inqvam, toto animo beneficia tua qvam plurima, in me indignum, qvod ingenuè fateor, haud exiguo cumulo collata. Qvæ omnia & ſingula, qvamvis meâ tenuiſſima opera & cultu compenſari neqvaqvam poſſint, memoria tamen intuebor ea, verbisqve, ut æqvum eſt; prædicabo: Illud enim *Senecæ* cogites oro, non opus eſſe, ad liberandam fidem, facultatibus, ſed animo; cum enim reddidiſſe beneficium ait, qvi libenter debet.

Pater per totum ferè annum præteritum morbo detentus eſt, ita tamen, ut officio ſuo præeſſe poſſet; die verò 21. Julii templum more ſolito viſitabat, deniqve de veſpere dormitorium accedens, lecto ſe compoſuit, audivitqve lectionem Biblicam. Circa horam XI. veſpertinam morbus magis magisqve aggravabatur, ut nihil aliud ſperaret, qvam liberationem ex hac vita, piis igitur præcationibus & ad DEum ſuſpiriis, ſumtoqve viatico corporis & ſangvinis Chriſti, ad iter ſe accinxit, conſolationibusqve divinis toto animo inhærebat. Circa 8. matutinam diei ſeqventis, me cum ſorore ad ſe vocabat, benedixitqve nobis; eoqve ipſo tempore uxori vale dixit, & Pſalmum 63. Davidis ad finem usqve recitavit. Ità hora 9. diei 22. Julii, qvi Veneris erat: inter hæc verba: *Redemiſti me Deus veritatis*, placide in Domino obdormivit, completo ætatis anno 63.

Literas tuas, Vir Clariſſime, ad Patrem datas, tribus diebus poſt beatum ipſius obitum, per mercatorem noſtrum Chriſtoph. Bremenſem rectè accepi; pro qvibus gratias ago longè maximas, ſed cur eis minus juſte reſpondere poſſim, cauſſa eſt mihi ſatis prolixa. Imprimis tamen gratias immortales ago pro fideliſſima apud Præfectum inſulæ noſtræ interceſſione; qvam tamen fruſtraneam fore ex ipſo intellexi:

Nam

m cum ego ipſum convenirem, pollicitus eſt per verba Mag-
ici Dn. Cancellarii in ea re tantum facturum qvantum poſſet;
res eſt. Non te lateat, Vir Clariſſime, eſſe qvondam in-
amicos defuncti Patris, qvi hunc noſtrum *Dn. Jonam Mag-*
de hac parochia Lauſaſenſi detrudere conantur, Regiasqve li-
as labefactare, (qvas anno præterito patri miſiſti,) qvod
n ſine magno matris viduæ damno & mœrore fiet.

Cantilenam, cui nomen indidit pater *Riddara Chriſti-*
*Frys dräpa*, ad te transmitto, qvam more veterum Poëta-
n in honorem Magnifici Dn. Cancellarii anno præterito edi-
; tibiqve ei offerendam mittere juſſit. *Gloſſarium* vero qvod
ſcripſit, una cum *Raudolfs þattri* anno ſeqventi, ſi DEus
am & fortunam conceſſerit, opera noſtri *Dn. Jonæ* pure trans-
iptum, ad te mitti curabo, qvod opus tam noſtratibus
am extraneis nationibus ſumme utile erit. Noſter ille *Jo-*
r tantus eſt Poëta, qvantus in hac Boreali Islandia non re-
ritur: ipſum qvoqve patri in hoc genere ſuccedere poſſe pu-
. Has inſulſas literas pro humanitate tua boni conſule &,
ſoles, favere perge. Salutat te lugens vidua mater. Vale.
uſaſii 1. Sept. 1636.

## DXCIX.

## OLAUS WORMIUS
### *Benedicto Magni.*

Obitum Reverendi Patris tui qvam acerbè feram, exprimere
ſatis neqveo; noſti enim, qvàm mihi fuerit familiaris,
am gratus amicus, qvi operam ſuam in antiqvitatibus enu-
:andis nobis nunqvam denegavit, cujus idcirco nomen in
iptis meis invenies æternitati conſecratum ſæpiusqve ho-
rifice allegatum. Sed qvis voluntati Divinæ reſiſtere valet?
endum, qvod mutari neqvit. Spero, te interceſſionis meæ
ud Nobiliſſimum Inſulæ Præfectum fructum aliqvem retuliſſe;
ſecus, mone, &, qvocunqve nomine tuis rebus conſulere
ſum, faciam. Exſpecto hoc anno cum *Gloſſario Raudolfs þattri*

 juxta

juxta promiſſum. Matrem ſaluta officioſe, ut & *Jonam M*
*ni*, qvem parentis Cathedram occupaſſe, plane mihi perſ
deo. Vale. 1637.

## *DC.*

## OLAUS WORMIUS
### *Benedicto Magni.*

ME nihil intentatum relinqvere, qvo tuis commodis proſ
ciatur, abunde ex iis, qvæ anno præterito ad te dedi, pe
ſpicis. De Epiſcopi voluntate, non eſt qvod dubites; chirogr
pho enim ſe tibi obſtrinxit, nec arbitror, inſulæ Præfectum
teras Cancellarii irritas relicturum. Hinc diſceſſit, dum ego p
ægre in cura Nobilis cujusdam Matronæ occuparer; alioqv
coram de te cum eo egiſſem, qvod tamen alias feci. Qv
tamen præſtiterit, monere per literas poteris. Qvæ reſtant
*Lexico* transmiſſo, hoc anno avidus exſpecto, ut & *Raudolfs Þæt*
qvem promiſiſti. Parentis effigies, tua manu delineata, mi
gratiſſima; cum inter reliqvos amicorum meorum aſſervab
Vale. Hafniæ 20. Jun. 1639.

## *DCI.*

## BENEDICTUS MAGNI
### *D. Olao Wormio.*

* * *

EGo jam tandem diu promiſſum *Raudolfs Þætt* mitto, qvo
Regale ſomnium, vel potius vaticinium in Regnum No
vegicum continere videtur. Conferre enim potes ab *Olao* Reg
*Sancto Haralldi* incipiens, prophetiam illam, cum illius regi
Monarcharum ſubſeqventium temporibus, & videbis *Raudulfi* ex
plicationem non incommode eis applicari. Danicam, etſi ma
gis fortaſſis impropriam, interpretationem ex adverſo exara
vi, ut eo facilius ea, qvæ deſiderantur, emendare, & verbo
rum proprietati reſtituere poſſis. Res meæ eodem loco ſunt

qv

qvo antea. Negotii enim mei apud Nobiliſſ. Islandiæ Præfectum ſpem omnem mihi præſcindi video, cum adhuc qvid certi mihi non reſponderit. Studiorum & ſumtus aliqvem tamen fructum retinuiſſe mihi videbor, ſi te auſpice, ab anniverſario tributo liber efficiar. Cujus voti compos ſi fierem, ulterius meis petitionibus te non moleſtarem. Tributum autem illud eſt, *Thalerus in ſpecie* (ceu vocant;) ita n. Leges Islandicæ habent, ut qvilibet, qvi decem poſſideat *Aſſes Islandicos*, (*Aſſem* enim hic vocant qvatuor *Thaleros in ſpecie*,) is viginti *ulnas*, ſive *Thalerum* anniverſario ſolvat. Et cum ſtudioſi in plerisqve regionibus hacce fruantur immunitate, putabam me eadem non adeo indignum, qvanqvam magiſtratus noſter ea me non gaudere permittat. * * * 1639.

# DCII.

## CUNRADUS DIETERICUS D.
## Eccleſiarum Ulmanar. Superintendens
## *D. Olao Wormio*,
## S. & F.

Rector Magnifice, Vir præclariſſ. Domine Fautor & amice pl. honorande.

TRaditæ mihi non ita pridem ſunt literæ, qvas M. T. ad ſpectatiſſimum Reipublicæ noſtræ Archiatrum *Dn. D. Gregorium Horſtium*, affinem meum, dum viveret, dilectiſſimum ſcripſit. Utinam vero hæ eidem vivo tradi potuiſſent! At in vivis jam tunc eſſe deſierat, affectu neſcio qvo, præter omnem exſpectationem noſtram, e medio noſtrum, die Auguſt. 9. pie & placide in Domino exemptus, non ſine publico urbis luctu, in dormitorium, viventium illam domum, poſtera die 3. elatus eſt, Vir, bonorum qvorumvis judicio, longævitate omni digniſſimus: cujus præmaturum obitum (erat enim qvinqvagenario major, annorum, præter propter, qvinqvaginta demum & octo) eruditi omnes merito lugent, cum Germaniæ, qvi

defuncto ſcientiæ medicæ palmam aut præripere, aut dubiam minimum facere tentaturi ſint, ſuperſint, me judice, vel nulli, vel certe pauciſſimi. Qvid vero agemus? anne qvod Dominus incurvum fecit, nos corrigere præſumemus? non faciemus: In Domini beneplacito pie acqvieſcemus, & illud Jobi ingeminabimus, *Dominus dedit, Dominus abſtulit. Sit nomen Domini benedictum in Seculum!* Cæterum præſtita â M. T. & filio & affini præcipue, piè defuncti, *Dn. Fingerlino* humanitatis ſimul ac pietatis amiciſſima officia, honeſtiſſimæ *Fingerlinorum* familiæ, non ſine cauſſa ſunt longè acceptiſſima. Pro iisdem M. T. ingentes gratias agit, ſua itidem ſtudia eidem, qvalia, qvalia, pro ultimo tamen poſſe ſuo, mente amica ac grata offert, reponit, ſpondet: nihil magis in votis, qvam hoc unum, habens, ut reapſe aliqvando eadem teſtificari ac demonſtrare erga M. T. qveat, id qvod, me interprete, ſcire eandem voluit. Ego a M. T. efflagito, ut *Fingerlinum* noſtrum, Haffnienſem civem, gentis ſuæ non degenerem, ſed probam ſobolem, ſibi porro commendatum habere dedignari non velit. Nullus enim dubito, qvin ejusdem favore ac patrocinio magnifico ſe qvam digniſſimum integritate ſua jam olim comprobarit ac porro ſit comprobaturus. Sicqve M. T. qvam optime & ſalvere & valere jubeo. Ex Imperiali Svevorum Ulma Calend. Octobr. 1636.

Officioſiſſimam ſalutem adſcribo Rev. & Cl. Dn. D. *Brochmand*, amico & in Chriſto fratri pl. honorando, eiqve vitam & proſperitatem omnem pie adprecor.

## *DCIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Augerio Clutio.*

*Amſterodamum.*

CLariſſime Vir, petiit a me amicus qvidam, calculo obnoxius, melioris notæ lapidem nephriticum qvovis pretio ſibi ut procurarem, qvo cum fructu adverſus ſibi familiare malum uti poſſet. Cum vero ſciam, te & eo & rarioribus multis gaudere, amice peto, ut ei, qvi has tradiderit,

unum

unum é melioribus, ubi pretio condigno eum a Te redemerit tradas, gratum me, & ad paria officia habebis paratiſſimum Hafniæ 19. Octobris, 1636.

Eſt apud nos qvidam, qvi *Cornu Monocerotis* ſpecioſum & integrum habet, magnitudinis inſignis, qvod ſi emptorem inveniret liberalem, pretio tolerabili vendere non dubitaret; Siqvem noveris ejus deſiderio teneri, mone, & ut ad vos deferatur, procurabo. Vidi cranium integrum, cui inhæſit, ut de animali ipſo, de qvo hactenus tam diverſa, incerta & fabuloſa commentati ſunt multi, qvale ſit, mihi dubium ſit nullum, qvod non potui non tibi, naturalium ſcrutatori indefeſſo, hiſce indicare.

## *DCIV.*

# JOH. MELCHIOR HUPFAUFF

## Magnifico Dn. Rectori

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Clariſſime, amice honoratiſſime. Gratias eqvidem novi me tibi debere, qvod præterito autumno me in ædibus tuis humaniſſimè exceperis, meumqve propoſitum de petendo apud vos gradu Doctoris explicanti, aures ſat faciles conceſſeris. Cumqve adhuc firma mihi ſtet ſententia, primo qvoqve tempore (qvo qvidem a laboribus practicis abeſſe potero) negotium illud, à qvo per annos ferè ſex me Patriæ turbulentus ſtatus & fortunarum in perſecutione amiſſio retraxerat, ſuſcipiendi, amicè peto; ut paucis mihi ſignificare velis, qvodnam tempus commodius huic operi futurum, qvidqve omnium primò mihi agendum, & an materiæ diſputatoriæ electio & conſcriptio penes me ſit: Item an ulterior qvædam Præſentatio præter eam, qvam nuper coram peregi, reqviratur. Si qvæ forte ante-actorum teſtimonia Collegio veſtro monſtranda ſint, mittere illa poſſum; è qvibus patebit, me non ſine Academicorum approbatione ad praxin acceſſiſſe. Spero, Clariſſ. Domine Doctor, tuæ notæ humanitati haud grave fore, de talibus reqviſi-

qviſitis me qvam primum certiorem facere, Tuumqve Venerabilem Dn. Collegam meis ( ignoti licet ) verbis officioſiſſimè ſalutare. Si qvæ viciſſim a me proficiſci poſſent amicitiæ officia, ea qvidem non parata modô, ſed & â me exoptata eſſent. Non dubito tamen, qvin progreſſu temporis, dum melius vobis innoteſco, firmior & jucundior amicitia inter nos contrahi poſſit. Hiſce. vale cum Tuis, mihiqve ſemper fave. Lundiæ Calendis Febr. anni 1637.

## DCV.

## OLAUS WORMIUS

## *D. Johanni Elichmanno.*

*Leidam.*

DUm promiſſum præſtolor Perſicum carmen, aliasqve in *Literaturam* meam notas, labitur tempus, & moram ægrius ferre viſus eſt noſter Cancellarius. Meis igitur ſumptibus editionem adorno *Literaturæ*, cujus aliqvot exempla Lugdunum ad *Jacobum Marci* diſtrahenda miſi, ex quibus unum in meliori charta tibi deſtinavi, qvod jam te accepiſſe confido. Cum verò, tuo nomine, me nuper compellaſſet *Lælius* noſter, ſcribendum duxi, ac promiſſa mittenda, ut cœptam amicitiam continuandi occaſionem præbeam meliorem, deqve tuis in præclaro conatu ſucceſſibus certior fiam. Non dubito, ſiqvid occurrat, qvod noſtram ſive *Literaturam*, ſive *Monumentorum deſcriptionem* illuſtrare valeat, qvin ejus me facturus ſis participem. Qvod ſi librum meum per Gallias diſtrahendi commoditatem ſuppeditare poſſes, mihi foret gratiſſimum; rari enim, ut noſti, apud nos ſunt, qvi hiſce delectentur. Vale, & fave. Cal. Maji 1637.

## DCVI.

## OLAUS WORMIUS

## *Thomæ Fuirenio.*

*Leidam.*

TRiſtis aſpectu hoc vere mihi hortulus fuit, anteqvam, qvas miſiſti plantas ac ſemina acceperim, pro qvibus gratias

tias ago magnas, daturus operam, ut affectu, ſi non effectu, gratum viciſſim animum declarare valeam. Adeo Flora mea hiſce exhilarata, ut cum aliis aliorum pulchritudine certare videatur. Scripſi nuper fratri tuo cum Mercatore qvodam noſtrate, & faſciculum miſi *Literaturæ* meæ, *Jacobo Marci* tradendum, cui tibi deſtinatum incluſum erat exemplum, ſed, an acceperis, ignoro. Non dubito, qvin *Henricus* de toto eo negotio me certiorem ſit redditurus, prima qvaqve commoditate. Saluta eum officioſe meo nomine. Plura occupationes graviores jam non ſinunt. Interim vale, & Patriæ bono, optimarum diſciplinarum ſtudiis ſtrenue, ut ſoles, invigila. Hafniæ, Cal. Maji 1637.

## *DCVII.*

## JVARUS JOHANNIS BANGH

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QVa fidelitate, qvanta cura rem mihi â M. T. commiſſam, cum primum Londinum appuli, inutili tamen labore, egi in literis meis, ante hoc trimeſtre ad te datis abunde demonſtravi. Qvippe Nobiliſſ. *Dn. Spelmannus* tunc temporis ruri, propter peſtem hic graſſantem, degebat. Bibliopolæ vero, qvos ad emenda aliqvot exemplaria libri tui ſollicitavi, conditionem omnem repudiarunt, prætendentes Anglos de antiqvitatibus noſtris Gothicis aut parum aut nihil eſſe curioſos. Intervallo tamen temporis relicto, occaſio ſe mihi obtulit commoda Londinum eundi, ubi jam reverſo *Dn. Spelmanno* librum & literas T. M. obtuli: qvi me non tantum verbis, & convivio, tui cauſſâ, humaniſſime excepit; verum etiam Bibliopolam procuravit, qvi 50. exemplaria â M. T. jam exſpectat aſſignato pretio moderato. Poſſunt transmitti, ſi placet, vel per præſentium literarum exhibitorem, vel per navem, dirigente omnia *Johanne Bram*: novit enim ille ad mercatorem meum Londinenſem iſta certe expedire. Librarii nomen eſt *Simon Stephani*, qvi commoratur prope Eccleſiam D. Pauli, ad inſigne aurei Leonis. Si ego in Anglia bimeſtre adhuc non maneam, qvod vix ſperari poteſt,

*Dn. Spelmannus*, amicus Tuus ſingularis, ſe id præſtitun pollicitus. Interim mandatum M. T. exſpecto, opellam me: Tibi deferens ſedulam, qvi alias ad qvodvis onus tuo nomi ſubeundum paratiſſimus. Ita Te Deus ſoſpitem, ac cum co juge dulciſſima incolumem præſtet diutiſſimè. Feſtinati ſcribebam Londino diſcedens 12. Maji 1637.

## *DCVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Jonæ Magni.*

*Lauſaſiam.*

REliqviſſe humana hæc Virum, eruditione & pietate pr ſtantem, *Dn. Magnum Olavium*, valde doleo; amici eni amicum in iſtis oris carum, antiqvitatum ſcrutatorem eximiur mihi in inſtituto meo neceſſarium. Deus viduam mœſtiſſim: & orphanos conſoletur, ſuaqve gratia benigne adſit! Cæteri non dubito, qvin juxta voluntatem Sereniſſimi Regis noſti (cujus in eam ſententiam ad *Dn. Magnum* piæ memoriæ trai miſſi diploma) in ejus locum jam ſis ſurrogatus, ut ut ſine rat: ne reſtiterint qvidam. Certus ſum, Nobiliſſimum Inſu Præfectum Regiarum literarum, ut & voluntatis Magnif Cancellarii, vindicem futurum acerrimum. Cum igitur te lo pie defuncti amici mei gaudere certo confidam, ut pari alac tate in antiqvitatibus enucleandis nobis adſis, petimus, *Gloſ rium* promiſſum prima commoditate exſpectantes. Mitto *Li raturam* meam, amicitiæ inter nos ſtabiliendæ arrham, qva boni conſulas, rogo; ac ſi qvid occurrat, qvod huic negot illuſtrando conducere poſſe putas, candide communica qvæl Vale. Hafniæ, 6. Jun. 1637.

DCIX

# DCIX.

## Ex literis JONÆ MAGNI ad *D. Ol. Worm.*

* * *

Otis viribus id agam, ut veſtris qvantum in me ſit, votis ſatisfiat. In cujus rei Teſtimonium duas ſaltem ſchedulas ex *Gloſſario* jam transmitto, ut initia & modum vias opuſculi illius, â noſtro optimo *Dn. Magno* relicti, qvi in hac prima ſua deſcriptione propter feſtinationem non ordinatè omnia poſuit, ſed prout occurrebant voces in lectione Hiſtoriarum, dicta veterum & parœmias continentium, idiomate vernaculo in qvibusdam locis raptim conſcripſit. Horum qvædam stylo juxta noſtrum Islandiſmum vertere ſum conatus; cui tis inconcinnæ verſioni ut meliore Minerva aliqvis ex noſtratibus apud vos degens ſubveniat, facile Dn. Doctor procurabit. Integrum corpus operis ſupereſt, qvod ſane meo judicio in infinitum locupletari poteſt. Qvod ad me attinet, ego in illuſtrandis priſcorum Rhythmis & literis obſoletis planè inutilis ſum. * * * Lauſaſiæ 5. Sept. 1637.

# DCX.

## OLAUS WORMIUS *Jonæ Magni fil.*

GRatiſſima *Lexici* illa mihi transmiſſa continuatio, in qva tuam cum agnoſcam facilitatem & in publica commoda propenſionem, ut debita laude non defrauderis, ſuo loco efficiam. Qvin hoc anno id, qvod reſtat, ſis transmiſſurus, non dubito. Utqve porro videas, qvantopere hæc opera Magnifico Dn. Cancellario placeat, me interceſſore, mittit tibi dono ad templi reſtaurationem, qvæ cupiebas, 24. aſſeres 9. ulnarum,

& 4. ligna majora: ſic & tibi & templi inventario proſpectum. Qvo nomine per literas Ipſius Magnificentiæ gratias agere poteris, mihiqve indicare, an probe omnia ad te delata. Pro vectura nihil ſolvendum dixit Cancellarius, ſiqvidem ea, qvæ in pios uſus conferuntur, gratis transportare tenentur mercatores. Tu viciſſim, in antiqvitatibus inqverendis & enucleandis, Tanti Mæcenatis favorem tibi conſervare ſtrenue allabora. Me proxeneta libere utaris; nihil enim unqvam intermittam, qvod tuo honori & commodo promovendo inſervire poſſit. Vale Hafniæ, 20. Jun. 1639.

## *DCXI.*

## Ex literis
## JONÆ MAGNI
## ad
## *OL. WORM.*

* * *

PUtaram qvidem (qvod non eſt ſapientis dicere,) aliqvando, compoſitis jam noſtris reculis, occupataqve commoditate loci & temporis, qviete & otio, cum libertate â curis, frui mihi licere, eorundemqve, interpoſitis ſtudiis, animo & amicis obſeqvendi gratia, copiam dari; ſed jam mediocriter expertus, didici nullum ferme in vita hac finem dari laborum & ſudorum, ut ſi maxime qvasdam horas amicorum negotiis, vel ſingulari exercitio, ſtudium & diligentiam expoſtulanti, dedicare animus ſit, propoſito tamen eventus minime reſpondeat. Vix enim fere ſors & conditio œconomorum in hac miſera terra, ut literis ultra horulam per diem ſimul operam dare, ſine magno rei familiaris detrimento liceat; qvæ fabula noſtri ſtatus infinitarum occupationum prolixior eſt, qvam ut literis his abſolvi aut committi qveat. Nihilo minus in hoc totus fui, ut opuſculum noſtrum ad finem perducerem; auctariolum, qvod deſiderabatur, an plenum alphabeti ordinem V. H. conſpiciendum nunc mitto, progreſſu temporis, Deo & valetudine permittente, idem facturus, ſi qvid occurrat exqviſiti, annotando,

ut ſuo

ſuo loco & ordini inſeratur. Plane interim confido, Te a-
d Magnificum Dn. Cancellarium meas vices acturum, me-
: excuſatum inprimis redditurum, qvod tantæ dignitatis Vi-
oculis informem literarum fœtum, ego rudis formularum-
: prorſus ignarus, ſubjicere non præſumam; Ipſius tamen
gnificentiæ pro 24. aſſerum munere plane heroico, ad tem-
noſtri inſtaurationem liberali animo mihi exhibito, im-
ırtales ago gratias, * * * Lauſaſii 28. Auguſti 1639.

## DCXII.

## OLAUS WORMIUS

### *Jonæ Magni.*

Ratum nobis fuit, qvod colophonem *Gloſſario*, à Deceſſo-
re tuo Viro ut eruditiſſimo ita in noſtra vota prono & fa-
i cœpto, impoſueris, a nobis viciſſim amicam mentem ex-
ɛctabis. Cancellario piæ memoriæ, ante obitum, literas
as oſtendi, tuoqve nomine pro munere gratias egi, qvi,
e ſedulo ad Antiqvitatis ſtudium hortarer, juſſit. Ejus
ro munere plenarie frui qvod neqviveris, cauſa fuit, qvod
nulus, qvi ligna illa emere debebat, ſe ejus magnitudinis
m conqvirere non potuiſſe regerebat. Jam vero, cum ſors
ɔerior ejus nos orbaverit benignitate, & iis, qvæ tibi de-
navit & aliis, genti veſtræ commodis carere cogimur.
es tamen affulget, ejus ſucceſſorem, Virum in literas &
teratos ſingulariter propenſum, ſuo tempore nobis etiam
rorem ſuum haud denegaturum. Vale. 25. Jun. 1640.

## DCXIII.

## Ex literis

## JONÆ MAGNI

## ad

## *OL. WORM.*

* * *

I Antiqvitatibus conſcribendis & enucleandis parum profi-
io: attamen, ne nihil prorſus â me habeas, ſophiſma

*Kroka*

*Kroka-Reſſ* ex ejus Hiſtoria exſcriptum mitto, una cum commentario Regis *Haraldi Gulkampi* ſive *Gullkampi*, ob flavam ſive aurei coloris barbam ſic dicti * * * Lauſàs, ipſo die Bartholom. 1640.

## DCXIV.
## Salutem plurimam â fonte ſalutis.

Miraberis forſitan, VIR CLARISSIME, in ipſò ſtatim limine, qva fronte homo de facie ignotus Humanitatem tuam compellare, & amicitiam ambire audeam. Ejus ego rei cauſam tibi eadem exponam ingenuitate, qva tui notitiam exſpecto ſinceritate. Nimirum, ex qvo ante annum *Faſtos* tuos & *Monumenta Danica* Lutetiæ, nuper Characteres Runicos, Doctiſſ. *Dn. Fleury* transmiſſos, Hamburgi perlegi, illico animum libido ſubiit, auctorem tantorum Operum cognoſcendi, & qvoniam coram adorare non poſſem, devotis è longinqvo literis venerandi. Ita in ſcriptis tuis cum eruditione certat curioſitas, cum novitate antiqvitas, eloqventia cum hiſtoria; ut priſcus nunc demum ſeptentrio reliqvis mundi plagis innoteſcat, & tuis ſub auſpiciis de rerum geſtarum gloria cum Græcia & Latio contendat. Macte inſolita antiqvitatis cognitione, Vir clariſſime, perge de orbe Arctoo bene mereri, vetuſtæ oblivionis & ignorantiæ tenebras diſcute, & gentium ſeptentrionalium hiſtoriam, qvarum geſta nec Græci nec Romani nec Saraceni unqvam æqvarunt, nova iſtius eruditionis luce porro illuſtra. Sic non modò a literis & literatis ubiqve terrarum maximam inibis gratiam, ſed patriæ etiam, â qva mortalem vitam accepiſti, immortalitatem reddes. Ego qvidem, ſi majora præſtare officia neqveam, qvocunqve terrarum me fata tulerint, merita tua prædicare, & qva dignum eſt admiratione proſeqvi non deſiſtam. Qvod ut commodiore opera efficere poſſim, qvoniam hic locorum nuſpiam ea reperire licet, Te per famam nominis tui etiam atqve etiam rogo, ut mihi unicum ſingulorum librorum tuorum exemplar, qvo libuerit pretio ſoluendum, transmittas, & per Mercatorem qvendam veſtratem notæ fidei Hamburgum ad ædes Præcellentiſſimi.

ni Domini d'*Avaux*, Regis Chriſtianiſſimi extra Ordinem Germaniam Legati, in urbe nova, ad inſigne Principis aici, deſtines. Sic & Viro Excellentiſſimo, & de te bemerendi avidiſſimo calcar addes, meqve ad omnia ubiobſeqvia ſemper experiere paratiſſimum. Vale & ſalve, Clariſſime, meqve perfectum tui admiratorem redama. am Hamburgi X. Calend. Septembris, decurrentis anni CXXXVII.

Dominationi Veſtræ

addictiſſimus devotiſſimusqve

ſervus

JOHANNES TERCEJUS
PALATINUS,

Regius Lutetiæ Mathematum & Hiſtoriarum Profeſſor, & pro tempore Legationis Gallicanæ extra ordinem deſtinatæ Secretarius & Interpres.

*ſcr.*

Clariſſimo, Doctiſſimoqve
Viro
DN. OLAO WORMIO,

*Doctori Medico, & in Regia Haffnienſi Academia Regio Medicinæ Profeſſori, deferantur. Haffniam.*

DCXV.

# DCXV.

## OLAUS WORMIUS

## *JOHANNI TERCEJO, PALATINO GALLO,*

*Regio Lutetiæ Mathematum & Hiſtoriarum Profeſſori, pro tempore Legationis Gallicanæ in Germaniam Secretario & Interpreti.*

*Hamburgum.*

Rectè ominaris, Vir Clariſſime: Tantam humanitatem, tantamqve benevolentiam, qva me Vir tantus ignorum nulloqve meo merito proſeqveris, non poſſum non mirari. Nec enim fama, nec meritis, nec precibus me id unqvam aſſecuturum ſperabam, qvod ultro jam offertur, tantorum ſc. Virorum amicitiam & familiaritatem. Cæterum pro affectu plusqvam benevolo, qvo tentamina mea priſcam noſtram *Literaturam* e tenebris eruendi proſeqveris, non poſſum non gratias agere ingentes. Si vel minima elogiorum, qvæ in me congeris, me promereri putaveris, laboribus exantlatis abunde ſatisfactum crederem. Amicum interim exoſculor affectum, cui omni officiorum genere viciſſim reſpondere ut valeam, haud ſegniter allaborabo. Mitto, qvos petis, à me editos in hoc genere libros, qvos in amicitiæ pignus & arrham ut tibi dono ſerves, cupio; ſi ſors melior plura, qvæ adhuc meditor hujus generis, luci non inviderit, dabo operam, ut ad te deferantur, modo, ubi locorum ſedem fixam habiturus ſis, cognovero. Abſolvi namqve ſex libros *Monumentorum* hac literatura inſignitorum, in Dania & Norvegia extantium, qvibus ſeptimum adjungerem peregrinorum, in Hiſpania, Gallia, Italia, Anglia ſitorum, ſi Tua aliorumqve bonorum porro adjutus fuero opera. Eſſe enim in Gallia qvædam accepi, inprimis in monaſterio prope Loche ſur l'Indre pyramidem, Gothicis literis inſignem, cujus per te ſi mihi fiat copia, gratius mihi nihil obtingere poſſet. Qvæſo, haſce ad *Dn. de Fleury* dirigere haud grave ducas, ac,

ubinam

inam locorum commoretur, cujusqve dignitatis ac ſtatus ſit, icare; magna enim inter Eccleſiaſticos autoritate eſſe, qvi n retulit. Adde igitur mihi amiciſſimi Viri titulos, ut nmodius porro meæ ad ipſum perveniant. Vale, Vir amiime, & Wormio Tuo porro favere perge. Hafniæ, Idibus tembris, 1637.

## DCXVI.

### S. P.

### *Clariſſime Domine WORMI,*

### Amice præſtantiſſime.

Iteræ tuæ humanitatis pleniſſimæ, cumqve iis libri hactenus deſideratiſſimi, ineunte menſe Octobri recte mihi redditæ, enti animum lætitiâ perfuderunt, cum ex iis inſperato intelli, tantum virum non modo amicitia me ſua dignatum, ſed muneribus tam ſplendidis donatum voluiſſe. Ad eas jamdun reſpondiſſem, & debitas pro liberalitate tam inſigni gra egiſſem, ni inopinus Celſiſſ. Principis Dni Landgravii obieo ipſo momento me ad Aulam Haſſiacam, & Regis Chrinıſſimi negotia inde porro in Hollandiam, evocaſſent. Unde ante paucos dies redux, nihil prius in animo habui, qvam ermiſſum ſcribendi officium repetere, & qvamcunqve poſſem in me miritis gratiam reponere. Primum igitur pro humaite tam eximia erga hominem ignotum, mox pro munificenerga immeritum grates habeo qvam maximas: & ſi ex facientis voto, non dantis arbitrio æſtimanda ſunt beneficia, ſan affirmanti credas, rogo, nec gratiorem ſub tuo auctoranto, nec præſtantiorem meo judicio mihi gazam obvenire uiſſe: qvippe in qva antiqvi Septentrionis arcana, priſcæ ıb orum, Gothorum, Vandalorumqve, gloriæ monumen & orbis arctoi contra reliqvas mundi plagas trophæa pantur. Ego ſane, qvantum per negotiorum publicorum ream licet, majorem qvotidie ex eorum lectione voluptatem io, nihilqve prorſus dubito, Characteres ſermonesqve Ruos prima & orbi pæne coæva fuiſſe Indigetum veſtratium inta, nec antiqvitate ullius gentis literaturæ cedere. Et ſi-

ſicut

cut populi Arctoi omnes Europæ regionis triumphis ſuis illuſtrarunt, ita a Vandalis in Africa, Gothis in Thracia & Græcia, â Viſigotthis in Hiſpania, ab Oſtrogotthis in Italia, â Normannis in Gallia, innumeras hujus rei relictas fuiſſe Inſcriptiones, qvibus explicandis qvi incumbunt, me judice non minus de antiqvitate, de patria, de poſteritate bene merentur, qvam qvi evanidos Græciæ, in barbariem verſæ, titulos, & elogia rerum nullibi exſtantium ad nauſeam usqve revocant. Qvicqvid ſit, Monumentorum tuorum Runicorum libros ſex jam ad umbilicum perductos, ſumma cum delectatione percepi: & ſi famæ æſtimationiqve tuæ, qvæ jam privatim apud amicos tuos ſumma eſt, etiam in publico conſulere velis, eos qvamprimum in lucem edas rogo, meqve vade & ſponſore confidas, Gallis noſtratibus ea nunc potiſſimum ſtudia probari, in qvibus ſubtilitas cum raritate, hiſtoria cum uſu noſtrorum temporum, elegantia cum utilitate componitur, ipſe qvidem ſummi honoris loco ſemper ducam, ad tam ſplendidi operis perfectionem vel minimam opellam contuliſſe: & nuper Amſtelodamo ad urbis Lochenſis Advocatum Regium, juvenem doctiſſimum, meiqve amantiſſimum ſcripſi, ut nunqvam ſatis laudatis conatibus tuis hac in parte gratificaretur, & Inſcriptionem illam Pyramidalem iisdem characteribus deſignatam nobis qvamprimum transmitteret, in qvod eum qvantocyus effecturum, nullus dubito. Dominus *Fleury*, amicus noſter communis, qvi virtute & eruditione ſua titulum Doctoris Sorbonici ab Univerſitate Pariſienſi, Canonici Virdunenſis â *Cardinale Barberino* meruit, menſe Septembri Lutetiam diſceſſit, eo ego literas tuas ſtatim direxi, ab eoqve alias interea accepi, qvibus Te qvam officioſiſſime ſuo nomine a me ſalutari petit. Obteſtanti mihi vale dicens promiſit, ſe laudum tuarum præconem Lutetiæ, Romæ, Londini fore perpetuum; ipſeqve qvoniam hyemem totam Hamburgi exactutus ſum, & incredibili Politicam, Hiſtorias, mores ſeptentrionis cognoſcendi amore teneor, nihil magis in votis habeo, qvam ſi per otium humanitatemqve tuam licuerit, crebra tecum literarum communicatione uti. Id qvod affectui meo in te ſingulari, magnæqve illi æſtimationi tuæ tribuas, meqve ad omnia ubicunqve locorum obſeqvia ſemper tibi paratiſſimum credas, etiam

atqve

qve etiam rogo. Vale, Vir Clariſſime, & me amare perge. ıbam Hamburgi, ipſis Idibus Januariis, ineuntis, qvem tibi ıſtum felicemqve precor, Anni MDCXXXVIII.

Dominationi famæqve tuæ

addictiſſimus & ſtudioſiſſimus

JOHANNES TERCEJUS,

*Matth. & Hiſt. Profeſſor & Legationis Secretarius Regius*

*m. pp.*

## *DCXVII.*

## OLAUS WORMIUS

## *JOANNI TERCEJO,*

*Hiſtoriarum & Matheſeos Profeſſori Lutetiæ.*

*mburgum.*

ſAudeo, probe ad te delatos eſſe libellos meos, atqve eò magis, qvod pretii alicujus apud te eſſe intelligam. Qvin ıatus meos in meliorem ſis interpretaturus partem, non du-ı, ac, ſiqvid occurrat, qvo juvari poſſint, amice commu-ıturus. Lochenſem pyramidem inprimis avidus exſpecto, m, tua opera, nactus ſi fuero, grata [illegible], in monu-ıtis meis, tantam humanitatem melioresqve literas promo-di ſtudium, depredicare non deſinam. De *Monumentorum* ırum editione certi qvid policeri neqveo, cum omnia i deſint adminicula. Peritum artificem, qvi æri aut lig-ːa ( ſunt ultra ducenta ) inſculpat, deſidero, qvi apud nos us. Typographi præterea noſtri difficillimi hiſce tempori-difficiles admodum in iis excudendis ſe præbent. Alibi qvò us fiat, impedit characterum defectus & corrigentium in Literatura imperitia. Interim omnibus modis allaborabo,

ut aut Sereniſſimi Regis noſtri aut aliorum Magnatum o
ficultates haſce ſuperare valeam. Qvotidie aliqvid eis a
vel propria obſervatione notatum, vel amicorum ſymbolis
tum. Qvod & de *Literatura* & *Faſtis* dico, ut, ſi recud
ſent, & auctiores & emendatiores prodirent. Unum Te
nolo, in *Literatura* mea corrigendum cap. 25. p. 147.
ro, me antiqviorem non vidiſſe auctorem, qvi plane &
ex parte literis Runicis in membrana aut charta fuerit ex
Ex eo, qvo hæc ſcripſi, miſit mihi amicus qvidam C
Legum ſcanicarum integrum, elegantiſſimus Runicis lit
membrana ante annos bene multos ſcriptum, cui circa
*Leges Eccleſiaſticæ*, *Regum Danorum Catalogus*, geſta n
memorabilia, & Reginarum nomina continens, *Limitum in*
*niam & Sveciam termini*, ſunt adjuncti. Opus egregiu
rum viſu digniſſimum. Sic itaqve edita indies amicos
lant, ut de Patria bene mereri, mihiqve in arduis hiſce co
ſuppetias ferre ſtudeant, qvibus publice gratias ut agam
elaborabo. Vides amice, qvam libere de ſtudiis meis tecu
ram; Ignoſce, & in meliorem partem interpretare.
*Fleury* ſi ſcripſeris, ſaluta officioſe, meoqve nomine ro
ſi in ſuis peregrinationibus qvicqvam occurrat, qvo
inſtituto ſervire poſſit, amici memor ut ſit. Vale. I
24. Jan. 1638.

## *DCXVIII.*

Ex literis

## SVENONIS JONÆ

ad

## *OL. WORM.*

TEmporis & importunitate & anguſtia impeditus
dum antiqvorum libellorum, Dn. Doctori transmitt
acqviſivi. Qvare & *Catenam Athletarum Islandicorum*,
dico Poëmate, ab inſigni qvodam noſtrate Poëta cont
hyeme cum bono DEO, continuabo & Latine explica
reliqva, qvæ acqvirere potuero, ſeqventi anno transı
Holæ nonis Sept. 1637.

DC

# DCXIX.

## SVENO JONAS

### D. Olao Wormio.

ETiamſi, Clariſſime Dn. Doctor, in patria nihil adhuc proficiam, quippe qvi nec munere fungar ullo, nec conditione ulla gaudeam, attamen cum Dn. Doctorem ſalvum & incolumem eſſe, ex ſuis ad me literis intelligam, non poſſum non animo eſſe lætiſſimo &c. *Catenam Athletarum Islandicorum*, qvam promiſi, pro ingenii modulo, explicatam cum mercatore Herm. Willerio transmitto. In qva qvid deſideret Clariſſ. Dn. Doctor, perqvam ſcire cupio. Non dubito autem, qvin qvorundam Athletarum, in *Crymogæa* non memoratorum, ſuccincta deſideretur hiſtoria, qvam exemplarium hiſtoricorum inopia adjungere prohibuit: * * * Holæ 9. Septembr. 1638.

# DCXX.

## OLAUS WORMIUS

### Svenoni Jonæ.

QVam transmiſiſti *Athletarum catenam*, cum adjunctis, qvibus meum nomen celebrare placuit, mihi fuere gratiſſima. Agnoſco animum ad officia paratiſſimum, cui affectu & opere ut reſpondeam, allaborabo. Cauſas, qvibus impeditus confeſtim votis tuis annuere non potuerit, ad me perſcripſit Dominus Epiſcopus: promittit tamen ſe effecturum, ut agnoſcas, hoc anno, ſi anteceſſori aliqva aperiatur promotionis via, neminem futurum ſibi te potiorem: in cujus viri promiſſis ut paululum acqvieſcas, ſvadeo. Abunde n. ex literis ad me datis, collegi, ſibi non minus ac mihi, te tuaqve curæ eſſe. Qvod igitur differtur, non aufertur. Tantulam moram patienter ut feras, neceſſum eſt. Probe curata eſſe, qvæ per te ad Arngrimum dedi, proxime ejus docuerunt literæ; Gratiæ igitur tibi

tibi debentur utrinqve. Patriis antiqvitatibus per otium inv laſſe non pœnitebit. De meo in te affectu planè ſecurum eſſe lo. Vale. Hafniæ 20. Jun. 1639.

## DCXXI.

## Ex literis SVENONIS JONÆ ad OL. WORM

* * *

TUæ jam humanitatis conſilio in exſpectanda patien Scholaſtica functione lubenter acqvieſcam. Præmium r orum hoc tempore laborum ſunt viginti tantum Joachimi qvi ad veſtes & reliqva comparanda non ſufficiunt. Utiqve ro, & Dn. Doctori bene ſuadenti, & Epiſcopo conſenti ti gratias ago, ipſisqve in nomine Domini morem gera Ut antiqvitatibus, ex tuo monitu, per otium vacarem, manus ſumſi hiſtoriolam qvandam, Islandico idiomate conſcr tam, latinè, qvoad fieri poſſit, vertendam: agit ea de Re qvodam Daniæ: qvam qvia ob negotia ordinaria mihi impo ta, ante mercatorum diſceſſum ad finem perducere neqvivi, qvente anno, ſi DEUS vitam & valetudinem conceſſerit, tra mittam. * * Holæ in Isl. Boreal. 4. Sept. 1639.

## DCXXII.

## OLAUS WORMIUS *Svenoni Jonæ.*

GAudeo, mi Sveno, tandem res tuas eò deductas, ut exar latorum laborum aliqvod ſaltem tibi obtigerit præmiu ex animo gratulor qvoqve. Faxit Deus, Eccleſiæ ſuæ utili tibi ſalutaris & commoda exiſtat hæc functio, qvæ ad majo & meliora, procul dubio, ſuo tempore aditum pateſaciet. N[illegible]

de Ep

de Epiſcopi in te benevola & propenſa voluntate dubito, nec DEUS benedictione ſua deſeret fidelem in vinea ſua Miniſtrum.* Mei memor qvod ſis in antiqvitatibus conqvirendis, eſt qvod gratias agam; ut verbis, ita opere; affectum in te meum teſtatum reddere ut poſſem, unicè exoptarem. Experieris certe me in tua commoda ubivis pronum. Vale. Dabam feſtinus Hafniæ 25. Junii 1640.

## *DCXXIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Svenoni Jonæ.*

REverende Domine Sveno, amice dilecte. Binas à te præterito anno accepi, amoris & benevolentiæ, ut ſolent, plenas: tibi viciſſim ni tantum tribuam, qvantum amicis ſoleo, ingratiſſimus forem. Pro transmiſſo vero tractatu, me in ære tuo eſſe fateor, cujus ut relinqvam indicium, cape qvam mitto, nuper à me editam de aureò Sereniſſimi Principis noſtri cornu in Cimbriâ inventô diſſertationem: cui illuſtrando, ſi qvæ in antiqvitatibus veſtris occurrant, communices qvæſo. Addo *Inſtitutiones* meas *Medicas*, qvas boni ut conſulas, rogito. Ingenuum juvenem *Dominum Erlendum* mihi à te commendatum lubens in meam ſuſcepi clientelam, vel eo nomine gratiſſimum, qvod antiqvitatibus eum delectari videam, qvibus qvoqve haud leviter tinctum comperi: ut verum fatear, nullus eſt veſtratium, cujus opera lubentius utar, qvam ejus, mihiqve gratulor, eum partes eas utcunqve ſuſtinere poſſe, qvas tu olim apud me obtinuiſti: modeſtus eſt, promtus, facilis & diligens, meum igitur erit efficere, ne ipſum operæ mihi locatæ pœniteat. In nuptiis *Domini Brynolphi*, meì qvod feceritis mentionem, gratus agnoſco, utqve vices rependam apud eos, qvi autoritate & imperio apud nos valent, allaborabo. Promiſſa cum mercatore exſpecto, ſi qvid mea in tua commoda poſſit opella, paratum ſpondeo. Vale &, ut facis, ama. Dabam Hafniæ 27. Jun. 1641.

## DCXXIV.

### Ex Literis
## SVENONIS JONÆ
### ad
### *Olaum Worm.*

ÆNigmata, qvæ transmitto, qvamvis leviora & pauciora ſ animi tamen mei voluntatem declarabunt. Ex qvibus fi le intelliget Dn. Doctor, ingenium noſtrorum hominum i fuiſſe admodum ſterile. Subolfeci; exſtare alicubi *ænigm* hiſce ingenioſiora, qvæ qvia à Dæmone neſcio qvo compo eſſe qvidam exiſtimarunt creduli, enodatione indigent exq tiore. Ipſa verò cum ab antiqvitatum & ænigmatum Isla eorum Oedipo induſtrio ad perfectionem nondum ſint elabo ta, ſeqventi anno, ſi Deus vitam & valetudinem conceſſe Tibi unà cum ea, qvæ haberi poteſt, explicatione transmitt da curabo. Gratias cætera habeo Rev. Domino Doctori, pro ſolito favore, qvam pro honorifica de *aureo Cornu* ſci communicatione, longè maximas. * * * Holæ Hialtada ſium 15. Sept. 1641.

## DCXXV.
## OLAUS WORMIUS
### *Svenoni Jonæ.*

PRo transmiſſa Ænigmatum enucleatione gratias ago n nas; ex iis enim de priſtino tuo in me affectu te nihil mittere colligio. Ut me viciſſim in tua commoda pronum ag ſcas, allaborabo. Qvod ſi *Cantilenas*, qvæ in *Knytlinga* extant, more, qvo ſoles, enodare per otium tibi integrum e id valde exoptarem, eoqve rem mihi præſtares gratiſſimam. dicem procul dubio à Domino Epiſcopo habebis, qvi eju ſcriptum huc transmiſit. Autographum aut ipſe habet, au amicis curabit. Doleo veſtratium paucos apud nos jam

qvi aut velint aut poſſint conatibus noſtris manus præbere auxiliatrices. Ni ad Antiqvitates veſtras & priſcam lingvam animetur juventus veſtra, ne penitus pereat & exſtingvatur, metuendum. Tu pro viribus Patriæ gloriæ velificari perge; qvicqvid enim huic ſtudio impenditur, pietati proximum eſt. Vale &, ut ſoles, ama. Hafniæ 3. Maji 1642.

## *DCXXVI.*

Ex literis

# SVENONIS JONÆ

ad

## *OL. WORM.*

CAntilenæ, qvæ in Hiſtoria *Knytlinga Sögu* extant, hoc anno transmitti non poſſunt; non enim habet autographum Dn. Epiſcopus. Ego autem reſcivi nuperrimè, exſtare in loco qvodam remotiore: qvocirca, ſi Deus vitam & valetudinem conceſſerit, ſeqventi anno effectum dabo, qvod Cl. Dn. D. in iis deſiderat. *Hoſpitem cæcum*, ſeu *Ænigmata Heidrico*, Danorum Regi ingenioſiſſimo, olim propoſita, pro modulo ingenii enucleata & concinnata, transmitto. An Tractatum Islandicum, qvem nos *Brynhildarmal gömlu* nominamus, à qvopiam noſtratium acceperit aliqvando Dn. D. certior fieri aveo. Holæ an. 1642. 21. Auguſti.

## *DCXXVII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Svenoni Jonæ.*

AMiciſſime Domine Sveno, pro transmiſſâ Bibliorum Islandicorum parte prima, gratias ago maximas, ut & ænigmatis adjunctis, vereor, v. ne in Biblia expenſas feceris majores, qvam res tua ferant: rogo itaqve ut indices, qvô rependendi mihi ſit occaſio melior. Antidori loco *Monumentorum* meorum nuper editorum mitto exemplum, qvod boni ut conſulas, ro-

go, ac ubi evolveris, candidè moneas, ſi qvid offenderis â p
ſcæ lingvæ normâ alienum, qvò, in iteratâ editione, ejus
tio haberi poſſit accuratior. De ſucceſſione in locum *Arng*
*mi* cum Domino Cancellario egi; at ipſe reſpondit, illum
lite as petiiſſe, ne in filiorum ſuorum præjudicium cuiqv
ſpes ſuccedendi concederetur, idqve ei promiſſum, tum ob n
rita in patriam, tum ob nuper editum & Magnificentiæ e
dedicatum librum. Alteram qvod attinet parochiam in *S*
*darſtad*, jam duo hinc diſceſſerunt veſtrates ſtudioſi Theolo
eâ muniti atteſtatione, qvi cum ſibi, juxta diploma Regiu
deberi parochias exiſtimaverunt, etiam Domini Cancellarii
Præſidem literas obtinuit alter. Qvocircà ſvadeo ipſemet ſu
plicem libellum ad Dominum Cancellarium ut mittas, qvô
operam patriæ noſtræ & mihi, in antiqvitatibus eruendi
haud contemnendam, eô fine hactenus locaſſe referas, ut in
præmii locô, ad majora promotionem reportares: jam ve
qvia egeſtate & rei familiaris anguſtia premeris, ſubmiſſè p
tere, ope ſua tibi ut adſit Magnificus Dominus Cancellarius &
Hunc libellum ad me ſi miſeris ac una indicaveris, qvâ re
bi proſpectum eſſe velis, ego offeram, & pro virili allabo
bo, reſponſum ut referas optatum. DEus novit, qvam t
cupiam benè, qvamqve res tuas promotas vellem, ſi per
me ſtaret. Interim data occaſione non deſinam omnes vias te
tare. *Domino Thorſtano Illugi* & tui & Domini Epiſcopi non
ne, qvibuscumqve poſſum modis, ope & auxiliô adero. T
ctatum *Brynhilldarmal gamlu* nunqvam vidi, nec qvicqv
de eô unqvam percepi: ejus guſtu ſi me beaveris, rem fece
gratiſſimam. Vale Hafniæ 15. Jun. 1643.

## *DCXXVIII.*
## Ex literis
## SVENONIS JONÆ
## ad
## *OL. WORM.*

NOn ceſſabo, antiqvitates rimari, inqve ejus rei teſtim
nium *Cantilenas* ex Hiſtoria *Knütlinga Sogu* transmitt

Por

rò monumentum *Brynhilldarliod* ita procurabo, ut, modo *Dn. Arngrimus*, aut *Dn. M. Brynolfus* illud hoc anno non erint, ſeqventi cum explicatione a me ſis habiturus. Qvan-m mihi in animo eſt, *Lexicon Islandico-Latinum*, ordine al-betico, conſcribere, cum tamen neſciam, an alicui ſit pla-irum, hæreo. Qvod ſi Magnif. Dn. Cancellarius ſeriò po-ret, mihiqve in poſterum conditionem lautiorem indulgere naſcetur, utiqve opus illud perficiendum aggrederer. Verum meum inſtitutum qvæſo nemini Islandorum dicas aut ſcri-, ne ad invidiam mei incitentur. Si qvid haberet Rev. Dn. ſtor de privilegiis Studioſorum, qvi Academicis legibus ali-ndo fuerant ſubjecti, obnixè rogarem, id mihi ut imperti-ur. Tanto enim onere premimur Islandi, qvi ex ordine ius literatorum, à politicis, ut pupilli & pauperes, ſive ve-e ſive ſenes, ſive alii mediæ ætatis, vel cæci, claudi, ma-ci, & id genus alii, qvi nobis ſunt ſangvine qvoqvo modo opinqvi, imponantur ſuſtentandi, ubi deficere incipiunt. Qvod is inter nullas alias nationes eſſe exiſtimo. Vix enim libros eſtes retinemus, qvin eas qvoqve ad ejusmodi egenorum ſu-ntationem vendere cogamur.

In verſione illa, qvæ ex *Knitlinga Sögu* deſumta, ad cal-n *Monumentorum Danicorum* fuerat addita, puto aliqvid cor-endum: ſic enim habet hiſtoria: *Danmark er mykid ryke, og ür miög ſündür lauſt*, i. e. *Dania amplum eſt regnum, & in ltas inſulas diviſum.* nam *ſündür* eſt, dis, & *lauſt*, ſolutum. ia autem Dn. Doctoris fretus, hoc innuo. Vale &c. Ho-31. Auguſti 1643.

## DCXXIX.

## OLAUS WORMIUS

### *Svenoni Jonæ, Islando.*

*lam.*

Ro præſtita nobis opera in cantilenis *Knitlingſagu* enodandis gratias ago maximas; ut viciſſim, qvantum in me eſt, tu-roſpiciam commodis, operam dabo ſedulam. Difficilia ad-dum apud nos jam ſunt tempora, ut Procerum alloqvio æ-

tui aliorumqve amicorum non ero immemor. Vale, &, facis, ama. Hafn. 16. Junii 1647.

## DCXXXIII.
## OLAUS WORMIUS
## *Svenoni Jonæ.*

*Holam.*

QVod mihi miſiſti *Lexici Islandici* ſpecimen, cum delect one legi, nihilqve magis mihi in votis, qvam ut integi opus typis deſcriptum videre liceat. Hortor igitur in pro ſito ut pergas; rem non ſolum pubi Scholaſticæ in Islar præſtiteris perutilem & neceſſariam, ſed & exteris literatis, lingvæ veſtræ tenetur deſiderio, qviqve hoc adjumento in ligent, qvæ eo idiomate ſcriptis mandata ſunt & ex abſtr oribus ſe expedient commodius. Non eſt, qvod laborem tr: ſcribendi in te ſuſcipias, eo fine, ut mihi mittatur, ſed ubi pis veſtris abſolutus fuerit, exemplum communica, & rem hi feceris gratiſſimam. Perge ejusmodi literariis adjume Patriæ & aliis prodeſſe; hinc nominis immortalitatem & norum favorem tibi certè conciliabis, Vale. Haſ. 10 J 1648.

## DCXXXIV.
## OLAUS WORMIUS
## *Dom. Svenoni Jonæ.*

*Barſtad. Fliotenſium.*

QVod binis jam annis nihil literarum à me habueris r amoris aut favoris intermiſſione, ſed variorum negotior diſtractione, & materiæ, de qva ſcriberem, penuria factı Accedit, qvod anno præterito, cum literæ exarandæ eſſe infirma adeo fuerim valetudine, ut vix paucas lineas ad Do num Episcpum exarare potuerim. Cæterum de functione c miore tibi gratulor, utqve proſpera ſuccedant omnia, vov Qvamvis *Arngrimi* noſtri obitum ægre admodum feram, n

tam

men, patienter ferenda, qvæ mutari neqveunt; & ſpero, De-n qvempiam veſtratium excitaturum, qvi patrias res exco-ndo, & ad poſteros literis transmittendo, pari pietate probæ ıtiqvitati litare velit. Si monueris, per qvos mercatores com-odiſſime ad Te literæ noſtræ deferri poſſint, occaſionem di-gentius ſcribendi ſuppeditabis. Vale, &, ut facis, amare per-:. Hafn, 13. Maji 1651.

# DCXXXV.

## OLAUS WORMIUS

### *Dn. SVENONI JONÆ,*

### *Bardenſis Eccleſiæ Paſtori.*

)Ergratum mihi eſt, mi *Sveno*, qvod cœptum inter nos li-terarum commercium diligenter conſervare ſtudeas. Per me ın ſtabit, qvamdiu vitam ac valetudinem largitus fuerit De-Opt. Maximus, qvin annuatim continuetur. Qvæſtio, qvam oponis, vix commode expediri poteſt, niſi ab eo, qvi terra-m iſtarum tractus viderit & exploratos habuerit. Conjectura icqvid aſſeqvimur, incertum plane eſt, niſi experientia fulci-ur. Utraqve à te propoſita opinio probabilis videtur, ſed cui tiſſimum aſſentiri debeam, nondum video. Navigationem in önlandiam hoc anno duabus navibus inſtituerunt Mercatores ſtri; ubi redierint, diligenter expiſcabor, an qvicqvam obſer-verint, qvod huc facere poſſit; interea judicium ſuſpendo. le. Hafn. 16. Maji, 1652.

# DCXXXVI.

## THOMAS FINCKIUS D.

### *D. Olao Wormio.*

*fniam.*

'Lariſſime & Excellentiſſime Vir, Gener ac Collega optatiſſi-me. Hoc ipſo momento allatæ mihi ſunt Illuſtris ac Magni-fici

fici Dn. Cancellarii literæ, una cum alteris Clariſſ. ac præſtantiſſimi Dn. *M. Trancredi Lælii*, de ſtipendio Medico ejusdem filio tribuendo. Eas ego hiſce incluſi, ut, re æſtimata & forte cum reliqvis Dnn. Profeſſoribus Collegis noſtris communicata, qvid hic rectiſſime fieri, dimiſſa Academia, & poſſit & debeat, demum intelligam. Eqvidem gaudeo, aliqvem ſe offerre, qvi ſtipendii medici uſum ſibi profuturum animadvertat, & qvidem Medici filium, jam ante, niſi me fallat memoria, a Dn. Doctore de induſtria & diligentia commendatum. Nec qvicqvam mihi gratius eſſet, qvam ſi actui huic & Diſputationi præeſſe poſſem. Sed qvia ea eſt valetudinis meæ in audiendo incommoditas, ut in publico propterea comparere non audeam, ſpero Dn. Doctorem id hic facturum, qvod & filio & Patri ſatisfacere poſſit, longe mihi qvoqve gratiſſimum, in reliqvis paratiſſimo, qvæ ab amico ſocero & collega præſtari poſſint. Vale, Vir Clariſſime, ad omnem etiam voti mei ſententiam feliciſſime, & cum lectiſſima familia ſalve. Roskildiæ feſtinante calamo, 22. Novembr. 1637.

## *DCXXXVII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Margarethæ Johannis fil.*

GRatum mihi fuit, belliſſima virgo, ex literis, tua manu eleganti ſcriptis, valetudinis proſperioris aliqvantum ſtatum intellexiſſe; inprimis qvod officio ſuo probe defunctum ſit applicatum cervici veſicatorium; dubium enim nullum eſt, qvin multum oculis ſubtraxerit prurientis materiæ. Prudenter vero facis, qvod caniculares hoſce æſtus fugiens, ab uſu horum, ut & aliorum, medicaminum deſiſtas. Nam, ſub cane, & ante canem, omnem medelam vires ſuas minus commode exſerere monuit dudum *Hippocrates* noſter. Saltim cura ne ſub cane tibi ſolis radii oculos feriant, aut lucibus aliisqve commotionibus nimium corpus incaleſcat: ventorum & fumi acrimoniam oculis noxiam per te noſti: nec nendo, aliaqve minutiora opera puellarum tractando, aciem nimium defatiges, velim. Circa autum-

autumnum, ſi opus fuerit, reliqvis morboſis, Deo volente, à nobis proſpectum erit. Matris tuæ Matronæ prudentiſſimæ, conſilium etiam magnopere approbo, qvod ſororem tuam tenellulam tempore hoc, pharmacis minus commodo, iis non defatiget. Saluta eam, ut & Patrem, meo nomine, officioſe, atqve pro transmiſſo munere gratias age maximas, qvas Tibi referre allaborabo. DEus Te porrò ſoſpitet, & animi ac corporis Tibi largiter conceſſis bonis, in ſui Nominis gloriam, & Parentum tuorum prolixum gaudium, indies incrementum largiatur perenne. Vale. d. Julii 1638

*Inſcr.*

**Eximiæ indolis & ſpectatæ formæ Virgini, Margaretæ Johannis filiæ, mihi multum dilectæ.**

## *DCXXXVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Willichio Weſthovio.*

AD *Akirkianum* noſtrum qvod attinet negotium, nunqvam mihi alia mens fuit, qvam ut caverim, ne inde ad me aut hæredes detrimenti qvid redundaret. Qvocirca & a Procuratore meo *D. Foſſio* petii, ut eo unice conſilia dirigeret, & ut *Fridericus* idem tibi indicaret, rogavi. Qvod bona fide factum gaudeo. Animus mihi non eſt, ulli collegarum litem movere, ſed mihi ſaltem meisqve cavere. Tibi ſi ita viſum, fac ſaltim, ut *Actis Capituli* & libro rationum templi manu Notarii auctoritate publica inſeratur: me aut hæredes meos non teneri ad debiti ante mea tempora contracti collectionem aut ſolutionem. Hoc autem ut fiat, nec *Friderici*, nec alterius opera opus eſſe exiſtimo; Tute enim pro ea, qva polles inter Collegas auctoritate hoc facile obtinebis, præſertim cum & alios, ut noſti, hoc tangat negotium. Utqve videas, me omnes occaſiones litium fugere paratus jam ſum vel hac ſola de cauſa (ſi ex prioribus me nullus ſit, qvi id petat,) *Brokirchianum* beneficium optione

cum

cum *Aakirkiano* commutare, in qvo negotio ut in reliqvis te mihi amicum ſemper voveo, qvi viciſſim a Wormio nil niſi amicum, & tibi gratum exſpectabis. Nobiliſſimo *Galtio* amiciſſimam à me nuncia ſalutem. 1638.

# DCXXXIX.

## WILLICHIUS WESTHOVIUS

### Com. Palat. & Eqves, Lundenſis Canonicus.

### *D. Olao Wormio.*

Amiciſſime Domine *D. Olae*, Scripta tua, Literaturam Runicam, tenebroſa obſcuritate ſepultam, illuſtrantia, ſingulariter infuſum â Deo ſpiritum indicant, & ſupra communem humani captus ſortem aliqvid peculiare ſapiunt. Si enim rerum, adeò abſtruſarum, cognitio ex mera ingenii humani induſtria ortum traheret, qvidni alius literator per multa ſecula idem præſtitiſſet? præſertim literatiſſimi *Saxonis Grammatici* ævo, indeqve ad noſtra hæc usqve tempora. Imò ne tentare qvidem hoc eruditorum Heroum ullus unqvam auſus fuit. Incaſſum ergo laboraret, ſi qvis perverſæ mentis aretalogus in laudatiſſimis operibus vel minimum carpere præſumeret. Qvod verò excellens in varia literatura *Spelmannus* â tua diſcedit ſententia, in etymologica vocabuli *Rune* deductione, id nihil controverſiæ importat. Tua enim dictio primam iſtius vocabuli originem indagat: *Spelmanni* aſſertio ejus vocis uſum docet. Alii ſi qvid carptim muſſitant, eos neglectu punies.

Perge, mi Dn. Collega, iſtam divinitus collatam genio tuo ἐνέργειαν, laudatis celebratæ Patriæ uſibus ſolerter applicare, & eadem opera glorioſam nominis tui memoriam literato terrarum orbi inculcare. Lundiæ Scanor. Cal. Maji 1643.

DCXL.

## DCXL.

# OLAUS WORMIUS

## *Willichio Weſthovio.*

*Lundam.*

NObiliſſime Domine Collega! tot me beas beneficiis, ut illorum cumulo, parum abſit, qvin obruar. Non ſatis erat, tua præſentia me nuper beare, ſed & elegantiſſimis *Galtii* noſtri *Emblematis* pictis me dotas, qvæ cum ſine additis à te *Epigrammatis* mortua qvaſi & anima deſtituta videri poterant, ea jam amice mittis, ut plena me bees delectatione. His non contentus, in meorum Schediasmatum laudes eleganti epiſtola animo plusqvam amico veheris. Qvid dicam? aut qvid referam? Vereor, ne amore mei præter meritum abreptus, nimium affectui tribuas. Interim benevolentiam exoſculor, &, qvas poſſum, gratias ago, relaturus, ubi ſe melior obtulerit occaſio. Qvæ in *Monumentorum* meorum explicatione obſervanda putas, ſana judico, & exoſculor, eorumqve habebitur ratio, ſiqvando contingat iterato excudi. Rogo, ut, ſi plura ejus generis inter legendum occurrant, amice de iis moneas. Non enim is ſum, qvi qvicqvam humani à me alienum eſſe putem. Cum cras mane arduum Rectoris munus mihi ſolenniter deponendum ſit, abrumpere cogor, utqve feſtinationi ignoſcas, rogare. Vale, Vir Nobiliſſime, ac æternum vige. Hafn. prid. Calend. Jun. 1643.

## DCXLI.

# OLAUS WORMIUS

## *Willichio Weſthovio.*

### S. P.

*Malmogiam.*

NObiliſſime Domine collega. Ab obitu *Galthii* mihi optionem in bonis concedi intelligo. Qvia verò Tibi, ut Seniori res tota optimè perſpecta, utpote qvi & *Galthii* fuiſti familiaris, ejusqve

S s

qve reditus optime omnium noſti &, qvantum Bornholmica mea tribuant, expertus es: rogo per amicitiam noſtram, cordate & ſincere, qvid mihi faciundum ſit, ediſſeras, ac ſano conſilio adſis. Plures in Nybolliana Præbenda invenio colonos, reditus etiam plures. Unde amicorum qvidam hic optionem ſuadent, alii diſſuadent, me non operæ pretium aliqvod facturum putantes, cum ruſtici omnes (qvod tamen commune malum,) ad incitas redacti. Me maxime dubium reddit, qvod Tabulæ redituum, qvas hic vidi, non ſint ejusdem tenoris, ſed maxime diſcrepent. Qvocirca ni nimis foret moleſtum, à Te exactas, qvalibus uſus ipſe *Galthius*, expeterem. Me vicisſim ad paria & majora obſtringo. Vale ac vive qvam proſperrime, amice exoptate. Hafniæ 25. Januar. 1645.

## DCXLII.

## OLAUS WORMIUS

### *Willichio Weſthovio.*

*Malmogiam.*

BEnevolus tuus in me affectus, officiis haud levibus aliqvoties declaratus, facit audacius compellare ut haud verear, iterumqve conſilium tuum implorare; importunitati itaqve ignoſce. Noſti ab obitu Epiſcopi Gotlandi & *Paynckii* duo jam vacare in Capitulo beneficia, ex qvibus unum optandi (illis, qvi ante me ſunt, id nolentibus) mihi jus eſſe ferunt. Dubius hæreo, qvid facturus. Tu, qvæſo, ſalubri conſilio ſuccurre primo, an conſultam putes optionem? (permutationem ſvadere videtur ætas ingraveſcens, & duo illi, qvi me priores, ſi pingvius occurrerit, arrepturi) deinde, utrum horum præferendum, hæreo. Ejus, cujus tu ſvaſeris optionem, redituum tabulas, qvas exactas te habere accepi, haud gravate ſi miſeris, rem feceris gratiſſimam, ut & menſæ *Arindal*, qvam mihi ceſſiſſe ferunt. Nimium ſi fuero moleſtus, ignoſce; me viciſſim ad paria aut majora offero. Vale, Amice honoratiſſime, diu publico bono vive. 3. Maji, 1645.

DCXLIII.

## DCXLIII.

# OLAUS WORMIUS

## *Willichio Weſthovio.*

PRo præſtita opera gratias, qvas poſſum, ago maximas; ſi qvid occurrat, qvo tuis commodis viciſſim conſulere valeam, promptiſſimum habebis. Ex communicatis colligo, ex uſu fore, mihi Præbendam unam ut ſeligam; ſed intellexeram, ex obitu *Windii* Dn. *Phocam* præbendam *Eſchildſtrup* optaſſe; cum igitur & illa jam vacet, mens mea erat ſcire, utra harum, *Wram* ſc. & *Eſchildſtrup* eſſet præferenda? *Wram* præ iſta commendant hic amici; at, qvia judicium tuum antea expertus eram candidum, amicum, ſincerum, & jam illud implorare non dubitavi, ut in eo acqvieſcerem. Nimis, fateor, moleſtus ſum, ac facilitati tuæ & candori meam ex parte adſcribas, velim, importunitatem. Vale. 15. Maji, 1645.

## DCXLIV.

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QVam vellem me Excellentiam tuam vel ſerenam & mœrore expertem affari poſſe, vel contigiſſet ſacro ſilentio obſignare luctum hunc, qvi nunc E. T. coqvit, & verſat ſub pectore fixus, & facit, ut inter mea verba cadat lingva ſilentiô. Certè qvemadmodum triſtis non ita pridem rumor ad aures meas pervenit, morborum cohortem terræ patriæ dulciſſimæ incubuiſſe, multosqve ſidere peſtilenti afflaſſe, ita non poſſum non dolenter affici, qvod eas qvoqve domos auſa ſit atra mors injuriæ cauſa intrare, qvæ æternitatem merebantur, & pullam laureatis foribus induxerit veſtem. Scilicet, ſicut ſemper eſt ſolita, ità per omnia violentior fortuna ivit. *Nulla enim domus in toto orbe terrarum aut eſt aut fuit unqvam, ſine aliqva comploratione,*

rione, ſicut præclare *Seneca* inqvit. Qvin imo infandus nuntius & rumor ad aures triſtiſſimas accidit, Matronarum omnium & virtutis exemplar, Sanctiſſimam T. E. conjugem ordinibus Superorum aſcriptam eſſe & mortalitati exemptam. Profecto pietas & virtus intaminatis honoribus fulgens, ſi morti indomitæ moram afferret, Matrona hæc ad ungvem facta diutiſſime cœtibus miſerorum mortalium interfuiſſet, & ſero ad iſtam felicitatem, qva in cœlo fruitur, perveniſſet. Sed qvod ſentio, dicam; Beatiſſima illa Matrona virtute & meritis faſtigium humanæ ſortis exceſſit, nec terrena moles ultra ſuſtinere potuit tam ſplendidum depoſitum. Virtus & pietas ejus adhuc ſpirat, ſpirabit & poſt nepotes, qvantumvis illam vitiis noſtris iniqvam ocior aura tulerit. Qvanqvam autem omnibus flebilis occiderit, fruſtra tamen Deum illam poſcimus. Si precibus fata recluderentur, utiqve feriremus qverulis verbis ſidera, & junctæ ad cœlos irent preces. Excellentiſſime Vir, tuum erit modum ponere luctui & mœrori, qvum Deus hæc in ſedem benigna vice reducet, qvi omnia ſuo moderatur arbitrio. Ego, qvi tanqvam Matrem merito eam ſemper ſuſpexi, memoriam Virtutum ejus deſiderio nunqvam non extendam. Atqve hoc eo magis, qvo Majoribus ſum â beata illa anima affectus ſemper beneficiis, qvæ ſilentio veneror, & qvietem defunctæ pie apprecor, terramqve ſuper oſſa levem. Sed de Excellentiæ Tuæ in me meritis qvid dicam? unde exordiar, aut ubi deſinam? Non mihi, ſi lingvæ centum ſint oraqve centum, omnia beneficiorum genera effari poſſem, qvibus jam inde a pueritia T. E. fui obſtrictus. Invidia mortis cum p. m. Parens meus deſiiſſet, qvod in felicitatis maxima parte pono, Te parentis loco Tutorem nactus ſum; Usqve eo autem omnia Parentis & Tutoris munia implevisti, ut dubitem fuerimne parenti germano charior, an Tibi magis curæ. Usqve adeo nunqvam ſenſi tuum in me benevolum affectum claudi, ut omnium mearum felicitatum (Deum ſi excipiam) auctor fueris & princeps cauſa. Reliqva beneficia ſuppreſſis labiis ſancte venerabor, qvum & numerus & granditas illorum ſilentium imperet. Unum atqve alterum tegere inpræſentia non poſſum. Nempe Domini Doctoris me & in exteris comitatur benignitas. Illius interceſſione factum, me participem Finckianæ munificentiæ, diſſimulare neqve volo, neqve debeo. Hujus eximii beneficii gratia Tua eſt, qvo etiam

nomine

mine æternum ſum obſtrictus. Gratus ſemper agnoſcam cum
i venerandi pietatem, tum Clariſſ. Curatorum facilitatem.
ra hoſce benevolentiæ & benignitatis terminos Clariſſ. Dn.
ctor ſe non continuit, ſed latius ſe diffudit, largaqve ma-
noſtrum ſublevavit iter. Cum Flacco exclamo: Satis me
ignitas tua ditavit. Nihil autem, qvod tantis beneficiis par
: poſſit, in benignitatem T. E. refundere poſſum. Nihil, in-
am. Nudum offerro animum, beneficiorum merita depræ-
atione memorem, qvem ſi non aſpernatus fueris, novo nomi-
me æri tuo implicari fatebor. Cujus arrhabonem has volui
: literas, qvanqvam non ſuffecturas ſciam, qvippe & ſerius
ientes, & altum nihil ſperantes. Sed præſtare puto humi ſer-
e, qvam cum Dædalo volare per aëra. Nos poſtqvam
am patrium mutavimus, Belgium conſenſu & auctoritate A-
:orum & Fautorum ſedem elegimus, felicem per mare tem-
tuoſum auram, qvod Deo acceptum volumus, experti. Com-
ne Leydæ cum conſobrinis clariſſimis hoſpitium delegimus.
ut autem loci hujus & amoenitas & celebritas non potuit non
; ineſcare, ita vicit opinionem ſumptuum impenſa. Om-
enim magno veneunt, adeo ut nummus & merces æqvali
eantur libra emptoribus ſuſpendere Belga. Pro qvadra ut &
ſeo in ſingulas hebdomadas florenos ſex pendimus, viliſſi-
m qvidem Lugduni pretium; aliis enim hoſpitibus ſolvunt
ſeptem, non pauci octo, aliqvi etiam novem florenos. O-
io nonnullorum fert, poſſe nos facilius privata vivere qvadra,
ipſos nos implicare hac cura: ſed cum qvibuscunqve conſilia
tra ſuper hac re communicavimus, diſſvaſum iverunt & a-
io & mente. Exemplo nobis præluxerunt. Dn. *Fuirenii*, alii
conterranei, ut & Vir Clariſſimus *M. Johannes Fridericus*,
ondam Scholæ Coagianæ Rector, qvi tantum abeſt ex illa
onomia emolumentum perceperint ullum, vel ſumptus impen-
contraxerint, ut affirmarint omnes, majorum ſe interdum
nptuum feciſſe jacturam. Igitur nos qvam minimis poſ-
ius impenſis vivimus, cura cibaria ſoluti & vacui. Ve-
lineæ lavandæ ſingulis menſibus unicum florenum di-
nt. Nec libralia ſuppellex neceſſario comparanda gratis
ar. Vinum & qvicqvid præterea ad conſervandum inte-
ſtatu corpus fragile pertinet, ſeorſim ſolvendum eſt.
poris enim cura his regionibus admodum neceſſaria eſt,

qvippe mari innatantibus. Tentatus fui olim febriculâ, & obſtructionibus perpetim laboro, id qvod & *Thomæ Fuireni* ſu venit, dum his moraretur in oris: qvare medicamento uſus apud me freqvens eſt, qvem tamen Medicorum Sch damnat. Experientiſſimi Domini Doctoris hac in parte d dero experientiam & conſilium tutiſſimum, qvod qvidem qvi cum ſalute putabo conjunctum. Corporis illa gymna qvalia ſunt ſaltatoria ars & pugilatoria, luſus pilæ & ſim a nobis etiamnum, qvia plenum eſt aranearum marſupium, p termittuntur. Collegia privata magno ſtant pretio. Et ſiqv do veſtes novæ his detritis ſuperinducendæ ſunt, vereor ut centi illi Imperiales in ſingulos annos nobis legati poſſint in re eſſe auxilio. Elapſa hyeme ſectiones corporis humani tres ſolutæ fuerunt. *Otthò Heurnius* unicum ſecuit ſubjectum, qve ſeqvioris ſexus. *Falcoburgius* verò, qvi *Heurnium* & d gentia & in monſtrando, docendo, ſecando, fidelitate lo poſt ſe relinqvit, bina ſexus virilis corpora aperuit & ſec Priori me interfuiſſe fateor, reliqvis verò per tempus non li it; Non enim ſum tam ab aliis ſtudiis otioſus, ut tota me in Medicum incumbere poſſim; Tua Excellentia, Venerandus vus & Curatores cæteri honorandi facile hanc dabunt veni *Adolfus Vorſtius* Botanicus hortum publicum necdum aggre eſt aperire, dubio procul brevi telam ordietur. Si qvæ hic h tus ſinu ſuo foveret, ſeu ſemina, ſeu plantas, ſeu radices, q deſideraret cult.ſſimus Excell. Tuæ hortus, non cunctanter tra mitterem, dummodo vel literula ſignare nomina non dedig tur. *D. Elichmannus* hic in re lauta eſt. Uxor Belgica & o ſplendidas & religionem impertita eſt. Bibliothecam inſtruc ſimam ſibi paravit, ornatam etiam trecentorum MSS. libror theſauro. Opuſculum Arabicum publici dat juris: Niſi er *Pythagoræ ſententias*. Limatiſſimum T.E. opus de *Danica lite tura*, ſeu *Runica*, ſicut manibus Doctiſſimorum Virorum ritur, ita ab omnibus cum opere politiſſimo, æternæ mem riæ digniſſimum Viri nomen dignè æſtimatur. *Petrus Scriveri* inter Doctos qvi hic familiam ducit, usqve eò opus iſtud e ſculatur, ut ex illo in amorem devenerit & deſiderium Effigiei Dn. Auctoris, qvam inter monumenta Illuſtrium & Claror Virorum, qvæ magno ſtudio collegit, referre geſtit. E qventiæ Profeſſorem *Marcum Boxhornium* de literatura An

qvor

rum & monumentis ſaxo inſculpi ſolitis pro lectione publica
:rentem, opus hoc cedro digniſſimum ad teſtimonium hono-
:è citantem audivi. Ubi id ſolum dubitationem mihi move-
qvod *literas* illas *Runicas* nihil aliud qvam *Græcas*, olim
rpari ſolitas, diceret. Bibliopolæ de chartæ ſolum vilitate
qveruntur, nam belgarum oculi paulum ſunt delicatiores.
; ne in longum excreſcat Epiſtolæ decens brevitas, verba ad
ıpendium referam. Nullus dubito, qvin & reliqvi Honora-
mi Domini Affines & Excellentiſſimus Dn. Doctor ſtudio-
ı meorum ſpecimina videre aveant, atqve adeo exigant, ut
poris & ſumptuum ratio ſibi conſtet. Sed inpræſentiarum
oſcant, qvod eo non ſim defunctus munere. Qvandoqvidem
plum illud celebratiſſimum Dianæ pluſculis annis exſtru-
n, & erectum fuit; Annus unicus id effectum non dabit,
ſtudiorum præclara poſſint dari documenta. Interim me meo
ı defuturum officio ſanctè polliceor. Excellentiſſimus Dn. Do-
: ſolus mihi reſtat exorandus, ut me ſtudiaqve mea & om-
ſuo favore, conſiliis, authoritate, domi foriſqve, qvemadmo-
n huc usqve, ita & in poſterum paternè ſublevare velit. E.
E. T. Virtutum, humanitatis, benignitatis & Clariſſimi no-
ıis nunqvam non ſum futurus præco, admirator, cultor.
ım T. O. Max. humillimè veneror, ut largâ benedictione
ita beneficiaqve, qvibus me familiamqve mactavit, in
E. refundere velit, ſerò in cœlos evocet, æternum florere
rigere jubeat. Lugduni Batavor. CIↃ IↃC XXXVIII. X. Id.
rtias.

## DCXLV.

# OLAUS WORMIUS

## *Thomæ Bartholino.*

Multis nominibus mihi literæ tuæ fuere gratiſſimæ, dilectiſ-
ſime *Thoma*, nam, præter ſingularem tuum, qvem in
ſpirant, affectum, luctuoſo hoc rerum mearum ſtatu, ſola-
ı attulerunt haud leve. Gratum mihi fuit ex utriſqve (pri-
s enim tuæ jam demum curatæ) percipere, & de ſolita in-

duſtria; Te nihil remittere, & inſignem in Literatura Latina feciſſe progreſſum. Macte indolis optimæ juvenis, & Parentis piæ memoriæ veſtigia ſic preſſe premere perge; Patriæ ornamento, mihi reliqvisqve tuis qvin futurus ſis gaudio, minus dubito. Cæterum pro transmiſſis næniis, ut & libellis reliqvis, gratias ago maximas, referre ut valeam, allaborabo. Certo enim Tibi perſvaſum habeas velim, inter tuos vix qvemqvam futurum, cui affectu in te cedere decreverim. Ex poſterioribus, primo redditis, colligere mihi videbar, te, ſtudio ſacro vale dicto, arti Medicæ animum applicaſſe, qvod an ſerio facias, ſcire percuperem. Si enim ſtat ſententia huic immorari, non intermittam, non conſiliis modò, ſed & ope, tam nobiles conatus promovere. Nihil ſvadeo, ſed qvò genius fert, ſeqvere. Invita Minerva nullus unqvam præclari qvid præſtitit. Deus te Spiritu ſuo ſancto regat, & in vias ducat ſalutares. Status rerum veſtrarum mihi jucundus fuit intellectu; ex aliis dudum percepi, carè omnia ibidem comparari; ſed ita fert rerum hodiernarum conditio, nec impenſæ nimiæ eſſe qveunt, qvæ bene locantur. Recte facis, valetudinis tuæ, alioqvin infirmioris, rationem qvod habeas diligentem. Nollem, te nimiis fatigares pharmacis, qvæ nativum deſtruunt calidum, & vires qvandoqve proſternunt. Alvi conſtitutioni occurres, ſi jejunus, horis matutinis, paſſularum majorum pugillum comederis, ſub hauſto juſculo; vel ſi hoc minus profuerit, pilulas qvasdam familiares tibi compara, qvæ, naturam ſtimulando & aperiendo, officium ſuum faciunt, ut pilulas de *Ammoniaco Qvercetan.* ex qvibus, ſi opus, bis ſingulis ſeptimanis 3. vel 4. pondere drachmæ ante cœnam caperes. Ipſe, qvid ex uſu futurum, facilè animadvertas. Sed cave, naturam, ad excretionem ſtimulantem, impedias. Qvocunqve diei tempore conſvetudo multum poteſt. Juvaret, ſi ſingulis matutinis, anteqvam te ſtudiis tradas, ut & veſperi cubitum iturus, in loco ſecreto excretionem ſollicitares; etiamſi prima aut ſecunda vice non ſucceſſerit, natura tamen crebro ſollicitata, tandem, ſui qvod eſt officii, faciet, cujus motum caute obſerva, & ſtatis horis vacare haud deſine. De *Elickmanno* qvæ ſcribis, mihi grata, ſed qvod mei memoriam plane obliteratam habeat, miror. *Scriverium* accedendi ſi detur occaſio, Virum optimum, meo nomine, officioſe ſaluta. Affectum in me ſuum abunde in libello *de Typographia*

*phiæ inventione* declaravit, qvod ubi vidi, non potui non gaudere, nugas meas tanti à Viris tam magnis fieri, & ut verum fatear, vel ejus ſolius judicium non parum me animavit ad *Literaturam* & *Monumenta*, qvæ reſtant, elaboranda. Dabo operam, ut grati erga ipſum animi mei publicum extet monumentum. Iconem mitto, qvam expetere eum refers. Sed qvis ego, qvi locum inter tam præclaras mentes obtineam? Optimo Viro ut morem geras, offer. In charta meliori *Literaturæ* addo exemplum, qvod, ſi viſum, adjunge. Qvibus indiciis *Boxhornius* noſtram Literaturam priſcam *Græcorum* eſſe colligat, ignoro. Utinam tibi daretur facultas, hac de re cum ipſo diſſerendi, forſan haurires ea, qvæ ad noſtrum inſtitutum haud parum facerent. Vir eſt, ut ex ſcriptis vidi, eruditus, & in antiqvitatibus eleganter verſatus, non animadverſa à nobis aut aliis forſan ſuggeret. Plantarum qvarundam ex *Catalogo horti* transmiſſo notavi nomina; harum qvasdam, qvæ ſine difficultate & tuo incommodo haberi poſſunt, transmiſſas vellem in ver inſtans aut ſemine aut radicibus. Pretium tibi numerabit bibliopola veſter, *Jacobus Marci*, cui *Literaturæ* meæ diſtrahenda 50. miſi exempla. Niſi moleſtum, hominem convenias, & ex divenditis, roges, mihi emat tractarum qvendam Gallicum anonymi *de Meteoris* & aliis adjunctis; Leidæ edidit in qvarto *Joannes Maire*, ni fallor. Si apud Vos degat *Georgius Hilarii*, elegantis ingenii juvenis, ſaluta meo nomine, & pro transmiſſis Theſauri mei ornamentis, *Turbinibus* inqvam & *cochleis*, gratias age. Probe enim ad me devenerunt. Mitto pro transmiſſis Næniis exiguum grati animi indicium, qvod boni conſule, & me, ut facis, amore, literisqve, data occaſione, inviſere, perge. *Lælius*, qvi has offert, ſtipendium Regium obtinuit. Ubi certi fuerimus, qvo tua ſerio feratur induſtria, forſan non deerunt, qvibus ſublevari poſſit, atqve in eo ego totus ero; Dominus providebit. Vale, 19. Junii 1638.

# DCXLVI.

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

JAm dudum juſto pudore ſuffuſus ſum, qvod ita cumulate ii me beneficia tua conferas, ut beneficium accipere exiſtimes qvum in hominem Clientem confers. Hanc divinam menten ſatis abunde mihi aperuit qvem per Dn. Lælium nuperrime ad ornaſti ad me nuntium. Parvum etenim fuit antea innumer affectus tui in me dediſſe documenta, niſi & in exteris me co mitaretur ardens ille in Clientem animi benevoli amor. Parvur fuit qva conſiliis, qva ope me ſibi totum obligaſſe: jam etiar prioribus majora ſuperaddis totumqve animum tuum Plus qva paternum excutis. Summus ille arbiter humani generis pro m ritis tibi det gratiam: mearum n. non eſt virium digne æſtimar illa, qvæ ſua laborant magnitudine, qvamvis ſæcula videren Id unice tamen agam, ut minimum ſim magnarum tuaru virtutum cultor indefeſſus, qvas merito mecum ſuſpiciunt, qvo qvot ſive domi ſive foris inter doctiores caput efferunt. Cuj nominis deprædicator me præſente nuper extitit & noſter *Scr verius*, cui nomine tuo miſſum *Literaturæ Runicæ* exempl obtuli. Qvi acceptiſſimum hoc donum læto vultu ſuſcepi qvævis officia & ſtudia Excell. tuæ refundens. Petiit, ut n mine ſuo officioſiſſimam ſalutem & gratas gratias Dn. D. pe ſcriberem. Affirmavit ſe maximo olim ſuo commodo *Calend rium* Excell. tuæ perlegiſſe, nobis autem eſt gratulatus, qv talem lingvæ & Antiqvitatum noſtrarum nacti ſimus Vindice & indagatorem. Nonnulla exemplaria *Joanni le Maire* Vi ſpectatæ fidei & induſtriæ, Bibliopolæ primario, tradidi dive dendа, ex qvibus ſtatim ſibi exemplar præſtinavit Cl. *Jacob Golius* Arabicæ L. & Matheſeos Profeſſor. Eo autem pretio diſtracturum pollicitus eſt, qvo maximo poſſet, donec a D Authore certior redderetur. Interim ab eo Domini *de Cart* Tractatum Gallicum *de Meteoris* &c. qvem velle Tuam Exce ex literis cognovi, accepi, qvem nunc ad T. E. delego. Plant autem ſeu ſemina ſignata una tranſmiſiſſem, niſi id nonnulloru

ſem

ſeminum immaturitas vetuiſſet. Cl. D. *Vorſtius* demonſtrando hortum ante ferias percurrit: Lectiones ob ferias jam dudum ſuſpenderunt Profeſſores, haud dubie brevi retractandas. Initiis tamen ſtatim feriis pro honoribus & privilegiis in Medicina conſeqvendis publice hic diſputavit ex Otthonia Practicus, cujus poſitiones mitto. Egregie partes ſuas eſt tutatus, qvæ laus alias his locis inſolens eſt. Qvid in mentem illi venerit divinare non poſſum, qvod, domeſticis Diis relictis, ad hoſce ſe contulerit. Rurſus ad gratiarum actionem delabor, qvorſum me impellunt partim communicatio Partis alterius Syſtematis Medicinæ ſub Excellentia T. a *Lælio* defenſæ, qvovis theſauro mihi charioris, partim de novo in me repetita affectus documenta, qvæ in ſtudiis meis utramqve faciunt paginam. Exoſculor ſubmiſſe oblatum ab Excell. T. Paterni animi pignus & qvum videam decretum illi eſſe, mores illos benigniſſimos usqve perſeqvi, materiam iſti animo ſuppeditabo. Mater mea ſvaviſſima per literas mihi indicium fecit, inſtitutum meum de ſtudio Medico mirum ad aures ſibi accidiſſe, a qvo me variis argumentorum momentis abſtrahere ſategit. Verum hoc meum propoſitum, in qvod peculiari aliqvo inſtinctu afflatus deveni, nuperrime ad Honoratiſſimos dominos Affines per literas detuli. Excellentiæ Tuæ hanc rem ita tum curæ & cordi fuiſſe, ſatis me docuerunt literæ, qvas ab illa ſpei & auxilii plenas accepi. Ad qvem igitur, velut ad ſacram anchoram, confugio, a nutu illius conſilium velut auſpicium petiturus: illi ubi meum probavero inſtitutum, ſecurus ero. In hanc vero ſententiam & cognitionem me deduxit fortunæ volubilitas, qva varie mortalium res volvere ſolet, cujus fortunæ ludibria qvotidie oculis noſtris hic obverſantur. Non pauci enim pulſi patria, bonis fortunæ omnibus exuti vitam ægerrimam tolerant. Præoccupanda autem eſſe fortunæ lubricæ tela exemplis his edoceor, eo qvidem ſtudiorum genere, qvod cultorem ſuum eximit fortunæ iniqvitati, etiam ſub curſu nimium propinqvi ſolis, in terra domibus negata. Deinde nec genius meus huc invitus fertur, cui ſtudio indefeſſo blandiri eſt animus. Neqve tamen ita huic curæ me immergo, ut Philologiam & Philoſophiam intactas relinqvam, nam & in his mea occupatur induſtria, qvas veluti ſocias vel verius miniſtras ſuperiori adjungere non abs re erit. Æſtivis hiſce menſibus in aliqvalem plantarum cognitionem

nem deveni, qvas, ne memoriâ excidant, per hyemem ex herbario meo vivo recolere poſſum. Cl. Dn. *Walæum* Med. Profeſſ. Extraordinarium Virum perhumanum & affabilem conveni, ut in authoribus evolvendis judicium illius exquirerem. *Anatomiam* ille mihi parentis mei p. m. ante omnes commendabat, cui ut *Spigelii*, donec, ex Italia qvæ exſpectatur, in majori forma adveniat, adjungerem author erat. Deinde Fernelium *Sennerto* in Inſtitutionibus ut ſociarem ſvadebat, & ita qvidem, ut illum huic anteponerem. Tandem addendos cenſuit, qvi ſingulas Phyſiologiæ partes fuſius ſunt perſeqvuti, ut *Cremoninum* de *calido innato*, aut *Sperlingerum*. In Hiſtoria de Humoribus qvi de hac materia ſolus ſcripſit *Sancta Cruz* Hiſpanum, in reliqvis Phyſiologiam concernentibus ſufficere Parentem meum. Qvos autem deſiderarem, ſeſe lubentem uſibus meis conceſſurum ſpopondit, qvod ipſo etiam facto ſtatim comprobavit. In te autem, Experientiſſime Vir, ſpes meæ omnes ſitæ ſunt, cui me fortunasqve meas, ſtudiaqve omnia commendo, ſpe firma fretus, fore, ut conſiliis E. T. ad ſtudium hoc feliciter perficiendum adjuver. Illâ enim aura ſpirante vela ventis dabo, & curſum per vaſtum hoc mare intrepidus dirigam. Impetrabit V. E. ſuâ interceſſione & authoritate, ut eo usqve ſumptu ſtipendii Finckiani ſublever, donec ad aliud admittar. Interim me illi totum dedo, & juſſis omnibus obſeqvium commodabo, cui omne a Deo felicitatum genus ex animo precor; ut Patriæ lumen & decus qvam diutiſſimè ſuperſit, vivat, floreat. Vale Patrone benigniſſime, meqve in numero Clientum tuorum porro numerare digneris. Lugd. Batav. An. CIↃ IↃCXXXVIII. 23. Auguſti ſt. n.

## *Poſtſcriptum.*

Finitis ſuperioribus literis commodum a Bibliopola *Jacobo Marci* in pretium exemplarium ab illo amiſſorum extorſi *Biblia Svecica* in illius nata officina, qvæ Dn. D. nuper per literas petiiſſe affirmavit. Nominatus Jacobus Marci ſummo exoptat opere, ut ſibi poteſtas fiat hac forma, hôc nitore, *Biblia* noſtra *Danica* excudendi. Iterum vale.

DCXLVII.

# DCXLVII.

## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

*lam.*

Moris & officii pleniſſimas tuas accepi, qvibus juncta *Biblia Svetica* & Tractatus *de Meteoris* Gallicus, pro qvibus ias ut ago magnas, ita majores debeo, qvod in negotio librario expediundo ſedulum adeo & promptum invenerim, ), ut, me commodis tuis viciſſim hic non defuiſſe, intel-:. Recte feciſti, qvod à negligentiſſimo iſto homine, *Ja-Marci*, *Literaturam* meam repetieris, & aliis tradideris dis-endam. De pretio non ſum ſollicitus, vendant, qvanti int, & æqvum judicent. Non tam qvæſtum qværo, qvam l manus doctorum delata, de noſtris antiqvitatibus teſtetur., nummis ut rependant, cupio; mittant ſaltem ex eorum offi-; qvicqvam, meis ſtudiis aptum. Clariſſimo *Scriverio* non e diſplicuiſſe gaudeo; multa enim Viro iſti magno debeo ıonorificam mei factam mentionem in vernaculo ſcripto *de ographiæ origine*. Dabitur alias occaſio ipſi ſcribendi. Semiıs rarioribus colligendis, nolim, te nimium fatiges; paum in hortuli mei ornamentum miſiſſe ſuffecerit. Rara ni- & pretioſa non expeto; obvia mihi grata. Qvia ſtat ſenia, Medico ſtudio ingenium tribuere, non diſſvadeo, ſed EO Optimo Maximo feliciſſima & fauſtiſſima qvævis tibi :or. Is conatus tuos dirigat in ſui nominis gloriam & pa-commodum! Ego nihil unqvam intermittam, qvo tam ilis tuos ſpiritus recreari poſſe cognovero. Cum Avo ſedulo n, tibi ut ſtipendium prorogetur, usqve dum Regio gaude-:tur. Is etiamnum Roeſchildiæ hæret, ubi per aliqvot ſepinas commoratus eſt. Perplacet conſilium, qvo Philolo-a & Philoſophiam Iatriæ jungere decreviſti; qvantum e-uſum, non ſolum in Medicina, ſed & aliis diſciplinis, habent, dudum animadvertiſti. Conſilium *Valei* ſaluberım ſeqvere, & non pœnitebit. Unum addo: Cum Pharopœo urbis celebriori, ut & Chirurgo, familiaritatem inevelim, (ſi apud eorum qvempiam hoſpitium habere

haud

haud licet) qvo, aliud qvaſi agendo, per otium ab illo ſimplicium omnium Medicis uſitatorum cognitionem habeas, ab hoc nobiliorum operationum & caſuum inſpectionem, qvibus te, a ſeverioribus defeſſum recreare valeas. In Chymicorum adyta te ſuo tempore Gallia forſan deducet; qvocirca, ne copia nimiâ obruaris, de hiſce pluribus jam monere deſino. Perge modo, qvo cœpiſti, pede; ex alto benedictionem exſpectabis. Nova nulla jam narro, niſi qvod diem ſuum apud nos obierit ſenex grandævus, *Reſenius*, Selandiæ Epiſcopus. Londini in Anglia, maximo Parentum mœrore, epidemiâ lue abreptum maximæ ſpei juvenem, *Chriſtianum Brochmannum* vos percepiſſe, ſat ſcio. Decumbit graviter affinis, *D. Joh. Brochmannus*, Academiæ Rector Magnificus, cum uxore optima, de qvorum tamen reſtitutione ſpem foveo optimam. Vale. Hafniæ 9. Octob. 1638.

## *DCXLVIII.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

FAcit ſumma illa tua, qvam ſancte ſemper veneratus ſum, humanitas, faciunt merita illa, qvibus jam dudum impar ſuccumbo, ut freqventiori ſcriptionis munere intrepidus etiamnum defungar. Ita enim heroicæ illæ ingenii tui dotes & profuſiſſimi amoris in me & benevolentiæ τεκμήρια defixum ſtupore detinent, ut criminis damnatum me cenſeam, qvotiens ſine teſte aliqvo animi mei internuncium patior diſcedere. Non diu eſt, qvum prolixiori ſcriptione negligentiæ labem a me eluerem, & pariter præſentis ſcriptionis materiem exhaurirem pene omnem. Tractatum Domini *de Cartes* Meteorologicum & *Biblia Svecica* curavi, ad Excellentiam tuam ut devenirent. Plantarum ſemina, qvorum ſegetem magnam penes me habeo, ubi primum per occaſionem licuerit, curabo ad Excell. Tuam ut deferantur. Neqve enim præſenti literarum harum exhibitori *Dn. Wilhelmo Lejel* terra iter emetienti ſarcinam hanc injungere ſum auſus. Cujus internuncii indicium

um mihi fecit Cl. Dn. D. *Elichmannus*, qvem alias nomine
:ellentiæ Tuæ ſalutavi, alias de pilulis conveni ſuis, qvas
gno ſucceſſu hic omni morborum genere laborantibus
ibet, qvarum admirandos effectus ſatis mirari non poſſum.
tale universale remedium dari poſſit: an illud ex genere ve-
abilium, an Mineralium conſtare debeat, lubentiſſime a li-
tiſſimo tuo judicio edocerer. Morborum enim diverſitas tam
cauſis diverſis, qvam ex ſubjectis dependens, diverſitatem
oqve reqvirere videtur remediorum. Meorum autem ſtudio-
n rationem proximis, qvas cum faſciculo ad Ex. T. dedi,
ris ſubmiſſe expoſui, a penu tuæ ſapientiæ conſiliorum ad-
iicula avide exſpectans, qvæ ubi ſubvenerint, de onere leva-
mihi gratulabor. Proxime elapſa ſabbathi die in Noſocomio
olico, qvo his in ſingulas hebdomadas confluunt Æſculapii
mni & Profeſſor Medicinæ Practicus, ut in morborum na-
am, cauſas & remedia inqvirant, ſectioni cadaveris humani
erfui. Occupabamur inveſtigationi cauſæ mortis latentis,
um ex principalioribus partibus, qvæ præter naturam ſe habe-
, invenimus nullam, qvare cauſa in ſpiritus vel humores
erebatur. Verum internuntius abitum minatur, &, ut filum
tionis abrumpam, compellit, qvare reliqva ſeqvuturæ occa-
ii reſervabo. Vale Mæcenas Honoratiſſime, & me poſ-
uo favore dignare. Lugd. Bat. 3. Octobr. ſt. n. 1638.

## *DCXLIX.*

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*dam.*

X tuis 13. Octobr. exaratis, 20. vero Decembr. ad me
delatis, Te nondum eas accepiſſe percepi, qvibus
lixe ad primas tuas reſpondi. Doleo tam negligenter
egniter res noſtras curari. Tradidi eas juveni Studioſo
*iſtiano Petri filio*, ad vos ituro. Si nondum acceperis,
homine inqvire, accepti rationes ut reddat, aderant
Matre Tibi inſcriptæ. Verum tempeſtatibus & flati-
adverſis, in freto Croneburgico aliqvot ſeptimanis detentum

eum

eum fuiſſe, demum intellexi. Scripſi vice ſecunda cum Hortulano Nobiliſſimi *Nicolai Trolle*, qvem Tibi eo nomine commendavi, qvod ſemina, bulbos, plantas, frutices, aliaqve herilis horti ornamenta conqviſiturus, hortorum veſtrorum præfectis innoteſcere diſcupierit. Sed & is re infecta adverſæ tempeſtatis remoris impeditus, ad nos reverſus, literas reddidit. Pro rebus meis ex voto expeditis, iteratò gratias ago & niſi meas ad te jam delatas exiſtimarem, ad ſingula prioribus tuis literis contenta, fuſius reſponderem. Pilulas *Elichmanni* qvod attinet, de is olim cum Authore, dum apud nos eſſet, egi. Aſſerebat baſin eſſe qvaſi cremorem qvendam ex Thermis (*Aqvenſibus*, ni fallor) deſtillatione collectum, qvi vi inſigni polleret obſtructiones aperiendi & abstergendi, à mineralium ſpiritibus procul dubio profecta. Hanc verò baſin variè aliis adjuvantibus, corrigentibus & dirigentibus, pro ratione inſtituti, ſe affectui appropriatam reddere addidit. Sed qvod univerſales ſint hæ pilulæ, omnis generis affectibus & complectionibus dicatæ, vix mihi perſuadeo. In morbis chronicis è viſcerum obſtructionibus & cachexia ortis multum poſſe credo: qvamvis mihi noti ſint, qvi in talibus affectibus nullo cum ſucceſſu iis uſi ſint. Miſiſſem anniverſariæ meæ Diſputationis exemplum, niſi celerioris ordinarii internuncii id recuſaret ratio. Grata mihi qvæ in Noſocomio obſervaſti, ſi qvæ porrò occurrant rara, mone. Veſtratium Anatomicorum De *Venis Lacteis* qvæ ſit ſententia, easqve an demonſtrent, ſcire percuperem. Vacavit apud nos per qvadriennium ſtipendium Medicum Regium; qvicqvid interea repoſitum, tibi ut procurem, allaborabo. Negotiorum moles me plura volentem retrahit. Te igitur per totum novi hujus anni decurſum proſperrimè valere cupio. Haſniæ 7. Id. Jan. 1639.

## *DCL.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

NUperrimæ cum *Wilhelmo Lelio* & ante has cum faſciculo librorum an ad Ex. T. ſint rectè prolatæ eqvidem ignoro.

Exin-

exinde tamen ab officio debito ſcribendi non abſterreor, cum ex hac importuna forſan interpellatione a facilitate tua de facili veniam ſim impetraturus. Plantarum ſemina, qvalia in Autographo E. T. habentur, commoda hac occaſione tranſmitto, qvorum v. copia mihi fieri non potuit, notâ ad marginem ſignavi. Obnixe v. peto, velit qvidvis huic homini imponere; ſuſferet enim, & ea, qva par eſt, diligentia curatum reddet. Hoc enim omne pro ſervitio illi debeo. Qvid vero rerum agat Medica noſtra Facultas, brevibus exponam. Elapſa ſeptimana cadaver cujusdam facinoroſi publice diſſecuit Cl. *O. Heurnius*. In qvo peculiare nihil obſervavimus, niſi qvod muſculi Pyramidales deſiderarentur, & ejus rei cauſam dedit *Heurnius*, qvod recti Muſculi ſua carnoſitate vicem illorum ſubire poſſent. Ideoqve etiam finis muſculorum rectorum plane erat carnoſos adinſtar principii, qvod alias inſolens prædicabat Anatomicus. Hepar illi inuſitatæ magnitudinis, adeo ut dexter tantum lobus magnitudinem vulgaris hepatis excederet. Lienem fateor me non unqvam majorem conſpexiſſe. Scilicet fuerat ille plethoricus, qvod venarum amplitudo & arteriarum exilitas indicabat. Profeſſores Practici in ſingulas ſeptimanas bis ſtudioſos Medicinæ in Noſocomio publico ad praxin manuducunt, habito diligenti morborum & remediorum examine. Qvorum in gratiam Catalogus hic, qvem E. T. mitto, Pharmacopœi & horti Noſocomici, juſſu Magiſtratus eſt editus. Qvatuor ex ſtudioſis Medicinæ deliguntur ſingulis ſeptimanis, qvi qvotidie ægros illos viſitent, & medicamenta, a Practico & ſtudioſorum concilio præſcripta, ut exhibeantur, efficiant. Qvin imo Theatrum ibidem Anatomicum exſtruxerunt, in qvo cadavera morboſa defunctorum a Chirurgo præſente Medico aperiuntur & examinantur. Vidi nuper cadaver cujusdam Holſati diſſectum, qvo ex gravi percuſſione lateris dextri verſus dorſum in tribus primis coſtis ſpuriis flatulentum œdematoſum tumorem habuerat, ex qvo in muſculis gangræna & in illis coſtis caries effecta fuerat. Illud ſaltem admirabile in illo fuit, qvod in mediaſtini intercapedine vomica exiſtebat craſſo pure repleta. Similis etiam ſterno ſub pleura inſidebat eo loco, ubi mediaſtinum connexum erat vomica affectum, ita ut inter ſeſe duæ hæ vomicæ communem aditum haberent. Vidimus & alium caſum: Paulo poſt aperuimus aliud cadaver cujusdam tabifico morbo

 extincti,

extincti, nomine Thomæ Gvalteri, cujus lien denſiſſimæ erat complexionis, coloris valde nigricantis & prorſus exſangvis. Hoc ſupra naturam aderat, ut ovi columbini magnitudine appendix ipſi ſubtus adhæreret, exiguis ſimul qvibusdam excreſcentiis ei ad latera adſidentibus. Appendix v. hæc eandem cum liene ſubſtantiam, eundem colorem habebat; Reliqva v. viſcera mediocriter ſeſe habebant. Dum hæc tractant Practici, D. *Joh. Walæus* nobis privatim operam dat in Collegiis tam Inſtitutionum, qvam Practico diſputatorio, qvorum primo interſum, alteri, ne confunderer multitudine negotiorum, intereſſe e re mea non fuit, nec ſvaſit ipſe *Walæus*, ſed duxit conſultum hoc negotii differri in aliam occaſionem *Johannes Lælius* nobiſcum vivit, propter ægritudinem tamen hactenus Medicis nullis præſens adfuit exercitationibus. Diſputationem Ex. T. Diæteticam adeo impenſe concupivit Cl. D. *Elichmannus*, ut vix potuerim meum exemplar ab illius vi vindicare. Verum diutius nolo feſtinantem nuntium morari, qvare filum abrumpam, Excellentiæ T. liberisqve lectiſſimis feliciſſimum & florentiſſimum annum, cujus exordia nunc nobis ſacra ſunt, animitus precatus. Dabam raptiſſime, ut ex contextu literarum apparet, Lugd. Bat. 4. Jan. 1639.

## *DCLI.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

INterpellator ſum parum commodus, qvi tempora Tua moror & publicis commodis & Epithalamiorum ſacris deſtinata. Spero tamen veniæ futurum locum, qvod crebriori ſcriptione tuam benevolentiam ſtudeam conſervare Præterita proxime hebdomada bis canem privata induſtria diſſecuimus, ut venarum lactearum originem ſcrutaremur. Aderat antiqvorum fautor ſtrenuus pariter & doctus, Cl. Vorſtius. cui illud pro commento erat, qvod qværebatur & monſtrabatur. Diſtincte tamen videbantur candicantes hæ venæ in meſenterio & inteſtinis tenuibus, diſtinctæ a meſeraicis. Arterias non eſſe, qvod *Gale-*

*nus*

videtur inuiſſe, ideo concedebat nobis qvod pulſu carerent, utrumqve vas diſtinctum appareat. Pro nervis argumenta t, qvia & meſenterium & inteſtina tenuia ſenſum habeant, nervi qvoqve medullam molliuſculam recondant, qvod cerebro videre eſt & ſpinali medulla. Viſum tamen nobis , nervos liqvidum humorem hujus commatis non continere, diſparere emortuo corpore. At ille fidem nobis denegatu affirmabat, donec origo & inſertio in hepar, truncusqve nſtretur, id qvod difficile factu eſt, qvum extincto animali e-eſcant cito propter morientis dolores. Facilius forſan poſt inſertio patebit, qvando ſine mora ulla ad glandulam me-erii magnam cultros promovebimus, in qva harum vena-t fit concurſus. Hanc enim per pancreas intellexit *Aſellius*, d male alii de ſubſtrata ventriculo glandula acceperunt. Et e qvum illam in tranſitu ſecaremus, non abſimilem chylo orem deprehendimus. Mirum autem mihi viſum eſt, qvod er Amſtelodami ex *Tulpio* Anatomico inſigni audivi, in ſe-one cadaveris ſtrangulati publice hyeme præterita facta, qvinto t die *venas lacteas* apparuiſſe: cujus eqvidem cauſam igno-, niſi in obſtructione harum venarum in hepar deſinentium at, & cruoris egreſſu. Cupio hac de re a Te erudiri. In al-o cane ob defectum alimenti inconſpicuæ erant, niſi ſibi illas icantes admittamus, qvas ſemper pingvedo comitatur. Tres renes habuit, duos in dextro latere, invicem ſibi impoſitos. erius renis parenchyma abſumtum, cujus locum occupabant mes duo digitum craſſi rubicundi, in gyrum intorti, ſive ex rupto parenchymate nati, ſive ex impura aqva, qvam ſæ-canes bibunt. In ſectione Apoplectici cujusdam nupera, ob-vata fuit in ſiniſtro cordis ventriculo pingvedo in arteriam noſam adſcendens, ubi cum ejus orificium clauſiſſet, in duo nua dividebatur ad ſimilitudinem literæ Pythagoreæ. Si, ut lunt, a cauſa frigida concreſcat pingvedo, mirum certe in idiſſima regione adeo luxuriare. Inter magnos Viros *Sal-ſium* & *Vorſtium* lis orta eſt literaria, ſcriptis ultro citroqve imenda. Dulcis ea eſt, qvia de *Sacchoro*, an nempe no-am idem ſit qvod antiqvorum, de qva controverſia actum ab in *Exercitationibus Plinianis*, ubi ſaccharum priſcis celebra-n ex arundine credit fuiſſe, arboreæ magnitudinis & *Mambu* Indis vocari: Differre qvoqve viribus, qvia antiqvorum

ſaccharum fuit εὐκοίλιον ex *Dioſcoride*, h. e. ventris moran tis incitamentum, qvod oculorum obſcuritatem abſterſeri qvod renes & veſicam juverit exulceratam. Saccharum præte rea illorum ſiticuloſum non fuiſſe, teſte *Galeno*, ſed ſitim ſi daſſe, adeoqve pro potu inſerviiſſe. *Mannam* vero noſtra potius pro ſaccharo veterum accipit, qvia conveniunt pleræqv notæ. Cl. *Vorſtii* reſponſiones non vidi, dubio procul erudi tas, qvia Vir eſt ſolide doctus. In his ego minus adhuc ver ſatus, putarem cannas magnitudine variare pro terræ cœliqv varietate. Satis longas olim apud Parentem meum videre m memini. Si parvis magna componere licet, Malva noſtra hu milis eſt, Indica vero, qvam in hortis vidi, major & arborea proceritatis. Neſcio tamen an ea propter qvoqve viribus differant Noſtrum qvoqve ſaccharum ad ſollicitandam alvum enemati miſcetur. Ophthalmicis aqvis ſaccharum noſtrum feliciter ind ex Medicis audivi, & pro ſiti vinum ſaccharo edulcoratum ſtrenui potatores hauriunt. Sed qvid ego ſus Minervam. Nol lem dubiam mentem meam *Salmaſius* ſuboleſaceret, alioqvi amicitia illius, qvam magni facio, facillime exciderem. Ægre enim fert aliter ſentientes. Arbiter ſummus Te cum liberi lectiſſimis, & lectiſſima Virgine ſponſa perpetuo florere jubea & dulce conjugium poſt tot luctus Tibi largiatur. Vale. Lei dæ 26. Apr. 1639.

## *DCLII.*

## THOMAS BARTHOLINUS
### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

IN ſpem erigor repetitas jam aliqvoties literas Tibi non in gratas fore, qvanqvam an rectæ ſint curatæ, qvas prioribu menſibus miſi, dubitari cogar. Torporem ferentium damno, inprimis qvi ſemina Tibi deſtinata diutius juſto occultarunt, ut veris commoditas jam ſit transmiſſa. Interea licet fortun & aliorum negligentia conſpirent, de meo tamen officio nihi remittam. Dum lineas has ad Te meditor, commodum

qvaſ

i dato ſigno ex Phœbi cubili ſeu occidentali India merci-
pretioſis onuſta navis appulit. Miſerat cum illa ad horti
lemici ornamentum Vir Excellens D. *Piſo* Archiater *Mau-*
*Auriaci*, Indiæ Occidentalis Gubernatoris, rararum ali-
: plantarum ſemina, ſiliqvas bene magnas arboris Caſſiæ,
ias ſerpentis, & fruſtulum arundinis ſaccharini. Planta-
ſemina nonnulla à Lælio miſſa credo. Siliqvam Caſſiæ
ris unam ego transmitto, qvam ægre hortulano extorſi.
ıtum ex literis Cl. *Vorſtij* intellexi, experimento compert-
fuit, nullam purgandi vim huic Caſſiæ ineſſe, ſecus ac
o creditum, qvod ſolet hujus Caſſiæ doſin imminuere
ter putaticiam facultatem excellentiorem qvam ſit orientalis.
: arboribus conſitas eſſe integras apud Braſilianos ſylvas
m narratur, & ſiliqvas earundem a vento inter ſe colliſas
ım ſtrepitum edere, ut præternavigantes terreantur. Qvan-
oculis obſervare poſſum, occidentalis hæc ab orientali diſ-
hæc rotunda, illa plana magis eſt. Alia jam nunc non
rrunt qvæ tuæ curioſitati immenſæ ſatisfaciant: nam ovum
hiocameli, qvod penes me eſt, in Tua Technicotheca in-
tiſſima ſuſpenſum memini, & ſeminum rariorum curam, in
:upidum animum exerces, Ver poſcit. Interea feliciter vale,
me porro inter tuos numeraveris, ſublimi feriam ſidera
ѕe. Raptim Leidæ 1. Jun. 1639.

## *DCLIII.*

## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

ım.

mis, mi *Bartholine*, in tuum amorem & promtitudinem pec-
:o. Aliqvot a te jam literas teneo, qvibus hactenus non
ndi. Cauſa vero hujus dilationis frater fuit *Caſparus Bar-*
*ius*, qvi indies ad vos abitum meditabatur, ſine meis vero
e venire piaculum duxi, ſed neſcio qvæ mala fortuna &
:verterit. Dum enim itineri accinctus me de literis com-
:, avocor ſubito extra urbem ad Nobilem fæminam, He-
xia laborantem. In cujus cura dum occupor, ipſe diſ-

 ecdit,

cedit, ego ſpe mea cado. Domum reverſus iterum a T
Lælio literas invenio, qvibus jam per ordinarium Tabellic
reſpondeo, ne me Tui plane oblitum exiſtimes. Cæterum
ne Tibi perſvaſum habeas velim, in maximis meis occup
nibus, literis tuis jucundius nihil mihi contingere poſſe,
qvod animum curis defeſſum magnopere recreent, tum
egregiis obſervationibus utplurimum ſcateant. Cum igiti
terpellari jucundius nunqvam poſſim, officioſo excuſationi
nere ſuperſedere poſſes. Miror de *Venis Lacteis* multos
literatos tam celebres ſenſibus & oculis propriis adeo diffi
Res tam clara, tam ſplendida, tam neceſſaria ad varias dif
tates Anatomicas enucleandas, qvem non alliceret? Si
enter a vobis frigidis illorum effugiis reſponſum. Qvid
amſi venarum lactearum nunqvam demonſtrari poſſet ori
inſertio, an propterea oculis omnium obvia negare poſſ
De uſu forſan illis aſſignato dubitaverit qviſpiam, donec
& progreſſus demonſtretur, ſed de re ipſa nullus niſi c
Animo diſcendi cupido abunde ſatisfecit *Aſellius* cap. 19. u
dum dies meliora & certiora doceat. Præſtaret inventis
re, & jactis bene ab *Aſellio* fundamentis jugi inqviſitione
ratiora ſuperſtruere. *Tulpii* obſervatio digna notatu: ration
jus rei a Te adductam non ſatis aſſeqvor. Obſtructio eni
rum venarum in hepate deſinentium, impedire qvidem
ingreſſum lactei ſucci ex chylo elaborati in Hepar: Sed
ſus ſangvinis in chylum qvorſum? Qvid ſi ſuffocati viol
cum diu doloribus non torqveantur, Hepatis tractum
ant nullum, unde in vaſis lacteus ſuccus remanet inexha
De pingvedine in ſiniſtro ventriculo cordis Apoplectici ob
ta qvid dicam? Non multum abludit ab eo, qvod Anno
Baſiliæ in diſſectione Phthiſici cujusdam obſervavi. Præt
ex utroqve cordis ventriculo, carunculæ qvædam interiu
cantes, exterius colore rutilo emergebant, figura pyran
peculiaribus fibris in ipſis ventriculis radicatæ, per vaſa
ramulos ſuos diſpergentes, digiti minoris craſſitie, longit
ſesqvipalmæ. Qvid ſi illud a *Tulpio* obſervatum, non
pingvedo, ſed ejusmodi corpus albicans extiterit. In Ph
cis & Hydropicis haud raro ejusmodi reperiuntur. In e
ſubjecto ad dextrum Renem duæ ferebantur venæ emulg
altera pollicis craſſitie, minor altera. Controverſia inte

m

naſium & *Vorſtium* de *ſacchiro* procul dubio cedet in Rei literariæ magnum emolumentum: ita enim veritas elicitur, & aliis de iis meditandi occaſio ſuppeditatur uberior. Pro transmiſſa Caſſia Americana gratias ago ingentes, inter fructus rariores locum in Muſeo meo obtinebit haud poſtremum, tui nominis titulo ſuperbum. Unam ſiliqvam antea dono *D. Sperlingii* obtinui, verum nec tam grandem nec tam pulchram. Ejus mentionem facit *Nierenbergius* lib. 14. *Hiſt. Natur.* c. 88. Niſi in arboribus proveniret, dubitarem an eſſet phaſeolus Braſilianus, qvem deſcribit *Cluſius* lib. 2. *Exot.* cap. 12. & ex eo *de Laet* lib. 15. *Ind.* cap. 50. præſertim cum ea deſtituatur facultate purgatrice, qva prædita eſt Caſſia. Sed diſſectio docebit an ad Caſſiam referenda. Adjunctas haud gravatim ad Dn. *Lælium* procurabis data oportunitate. *Hilarium* & *Michaelium* amice ſaluto. Vale & ut facis amare perge. Hafniæ 28. Junii. 1639.

## DCLIV.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

### Excellentiſſime Vir, Fautor & Promotor honorande.

*Hafniam.*

Mihi inprimis gratulor de conſveto tuo in me affectu, qvem per optatiſſimas literas mihi voluiſti perennem, & de qvo frater meus mihi ſpem fecit minime dubiam. Ego vero mei duco officii premere, qvod cœpi, & de diligentia in ſcribendo nihil remittere, certus tuis occupationibus nullam moram allatum iri. Inprimis vero id Excell. Tuæ in præſens duxi ſignificandum, magno literarum & Antiqvitatis noſtræ damno humanis ereptum *D. Elichmannum*, magnum tui & Patriæ æſtimatorem. Qvi, nuperrime ipſi cum adeſſem, more ſuo totum ſe in humanitatem componens varios ultro citroqve de Patria ejusqve Antiqvitatibus ſermones habuit, magno meo commodo. Subinde ubi tui injecta mentio, fauſta omnia E. T. apprecaturus

turus, ut fit, ſchyhos non ſemel ſiccandos mihi propinavit, & qvovis modo animum ſuum depromſit. Sed præter omnium ſpem, cum tertiana affligeretur, 18. Augusti circa veſperam, ſubito concurrentibus aliis ſymptomatis, exſtinctus eſt, inteſtatus. Qvod factum nollem. Speraveram enim fore, ut ſi teſtaretur, nobis lucubrationes ſuas Patriis antiqvitatibus inſumptas legaret. Sed ſpem intervertit urgens fatum. Ubi primum dabitur occaſio viduam conveniendi, cum ea hac de re agam, & MSS. libros Islandicos, numero non paucos, certo, ſi fieri poſſit, paciſcat precio. Nec enim ex re eſſet Patriæ, alienis oris iſtos diſtrahi, qvi ad illuſtrandas noſtras antiqvitates magnum momentum afferrent. Præter hæc Patriæ ingentem illum MSSorum Arabicorum & Perſicorum theſaurum, qvibus ſuperbit Bibliotheca *Elichmanniana*, optarem. Fando accepi viduam Magnati cuidam certo pretio oblaturam MSS. omnes, qvos ingentibus ſumptibus ex Arabia & Perſia ſibi defunctus paravit. Exiſtimo vero hic non defuturam Regiæ Majeſtatis liberalitatem, alias in literas pronam. Ego affectum meum in defunctum exiguo monumento teſtatum feci, qvi apud omnes triſte ſui deſiderium reliqvit.

Ante ferias dierum canicularium pro Laurea Doctorali diſputavit *Henricus Citadinus*, olim Cl. *M. Olai Tormii* domeſticus, cui, meo judicio, ad ingenii felicitatem nihil deeſt, præter modeſtum de Clariſſimis judicium. In ipſo diſputationis actu parum viriliter ſe geſſit. Cum enim Chirurgus qvidam ſat peritus contrafiſſuram prolato cranio dari ad oculum oſtendiſſet, & alia inſuper *Galeni* loca inculcaſſet, præter, Non, non, nihil qvidem reſpondit, omniumqve experientiarum fidem rejecit, niſi qvæ vel ipſe obſervaſſet, vel cujus cauſam ſciret, toto auditorio in riſum & plauſum ſoluto. Ut taceam, qvæ de mera putredine peſtis cauſa theſibus inſeruit, contra recentiores qvidem pleroſqve, ſua tamen probabilitate non deſtituta. Theſes ipſas ipſius Authoris rogatu Tuæ Excell. mitto, omnem a DEO felicitatem Tibi Conjugiqve & liberis lectiſſimis a DEO precatus. Vale Vir æternum amande, meqve ſub tutela tua porro fove. Raptim Leydis Batavicis 31. Auguſti An. 1639.

Venit

Venit jam ex Scania Practicus qvidam Nobilitatis Sca-
æ, qvi Lauream Doctoralem ambit; privatim vero & diſpu-
it & promovebit. Qvid patria de talibus male ſit merita,
jurari neqveo.

## DCLV.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*idam.*

QVas per *Petrum Vilbadium* miſiſti, probe accepi 1. Octo-
bris, una cum diſputatione Hupaufii apud Vos privatim ha-
a, pro qva gratias ago magnas. *Elichmannum* diem ſuum
iiſſe, doleo; mihi enim erat amicus, & ab eo, priſcam no-
im lingvam concernentia, rara qvædam exſpectavi. Sed ita
t in fatis, tandem hinc migrandum. Qvod etiam exemplo
nuper apud nos docuit Magnificus noſter Cancellarius *Chri-
inus Friſius*, qvi non ſine inſigni Academiæ & multorum li-
atorum detrimento, eodem die, qvo tuas accepi, fe-
maligna extinctus eſt. *Vilbadio*, qvo poſſum modo,
ra & favore adero, cum juvenis modeſtia & probitas
mereri videatur. Cæterum qvas te per *Elzevirium* miſiſſe
ibis nondum vidi; huc qvidem appulit ex ejus familia qvi-
n, qvem de literis a te ubi convenirem, reſpondit, ſe qvi-
n faſciculum ad me accepiſſe, ſed in ciſtula reliqviſſe, qvam
ma commoditate exſpectat; ubi accepero, prima data occa-
ne reſpondebo. Nuper Patavio ad me ſcripſit *Henricus Fui-
ius*, totius itineris Italici rationes exponens, ſed de Academiæ
u nihil, qvia eum nondum exploratum habuit. Dolet, ſe
tum temporis Lutetiæ Pariſiorum triviſſe, & ad Monſpeli-
es, qvos in tranſitu viſitavit, non iviſſe: ejus enim Acade-
e commoditatem, tam ob exercitiorum freqventiam, qvam
aëris ſalubritatem & exſpenſarum moderationem, commen-
e ſatis non potuit: qvod ſignificare lubuit, ut, ſi aliqvan-
in Gallias tranſitum meditareris, qvid tibi agendum, diligen-
expenderes. Vale, &, ut ſoles, me ama. Salutat Te
r, noſtriqve omnes. Hafniæ, 11. Octobr. 1639.

# DCLVI.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Leidam.*

TAndem tuas 31. Auguſti datas, & per *Elzevirium* tranſmiſſas, 11. hujus accepi. De *Elichmanni*, amiciſſimi mihi Viri, obitu retulerunt; graviter certe me affecit inopinatus iſte caſus; exſpectaveram enim ab eo qvam plurima, ad priſcæ noſtræ lingvæ inſtaurationem ſpectantia, de qvibus coram mecum egit. MSS. ejus qvod attinet Islandica, anteqvam de iis redimendis tranſigatur, Catalogum eorum huc tranſmittere e re eſſet, ut conſtaret, an qvippiam teneret, qvod aut nobis non viſum antea, aut momenti alicujus eſſet. A me qvamplurima habuit, qvorum αὐτόγραφα adhuc teneo. Idem ſentio de Arabicis & Perſicis; ex qvo enim nobis ereptus eſt Magnus Academiæ & Literatorum Patronus, Dominus Cancellarius, rari erunt in Aula, qvi Regem ad hæc redimenda permovebunt. Pro transmiſſis Epigrammatis, ut & diſputatione Citadini gratias ago. Dum apud nos vixit, ingenio mihi viſus eſt plane Gallico, hoc eſt, levi, deſultorio & procaci. Ad Vos confugiunt, eo qvod Clariſſimus Dominus Decanus Facultatis noſtræ, Avus tuus, in hac decrepita ætate promovendi labores ſubterfugiat, & ipſi ſumptibus deterreantur. Mitto anniverſariæ *diſputationis* exemplum; boni conſulas, rogo. Reſtat jam unica *de medendi methodo*, qvam ubi abſolvero, ſiqvis apud Vos eſſet Typographorum, qvi, in forma octava aut duodecima, eas, ſimul in *Medici Enchiridii* normam redactas, prælo ſuo recudere vellet, poſt adhibitam limam facile conſentirem. Tu animos eorum tenta, & reſcribe. Qvod ſi *le Maire*, pro tradita *Literatura*, qvidpiam ſuis typis expreſſum remittere vellet, mihi gratum foret; qvid & qvantum, ipſius arbitrio relinqvo. Vale. Hafniæ, 26. Novembris, 1639.

DCLVII

# DCLVII.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

PRo tranſmiſſa, nuperrima occaſione, *Diſputatione* anniverſaria gratias, qvas tua merentur, ago maximas. Operis dignitate & tuo juſſu permotus, uni atqve alteri noſtrorum Typographorum eum debita auctoris & operis commendatione obtuli, &, ſi vellent, facile impetraturos ab auctore novam ejus operis editionem minori forma, ſpem feci non dubiam. Conditionem non repugnanter amplectuntur, nec hanc opellam refugit noſter *le Maire*, ſi prius opus conſummatum videret, & paulum a cudendis libris Cl. Salmaſii prælum ejus vacare poſſet. Catalogum Bibliopolii ſui commoda data occaſione T. E. per me mittet, ut pro tradita ipſi *Literatura Runica*, qvos velis, excerpas. Auctio Bibliothecæ Elichmannianæ circa feſtum Pentecoſtes habebitur. Islandica MSS. non habet, præter *Poëtam* qvendam antiqvum, & *Mythologiam* ſeu *de Diis veterum Danorum*, qvam memini me apud ipſum adhuc ſuperſtitem, in Latinum idioma ſemi-verſam vidiſſe. Ejus vero αὐτόγραφα nulli patent, ab amicis diligenter cuſtodita. Catalogum ejus Bibliothecæ typis exſcriptum mitterem, niſi commoda occaſio prohibeat, hoc præſertim tempore, qvo nullæ naves, Ordinibus prohibentibus, ad vos tranſcurrunt. Sunt hic ex Bibliopolis aliqvi boni Viri qvi *Anatomiam* Parentis mei elegantibus typis recudere ſollicitant; nec enim alius liber magis in his locis diſtrahitur. Figuras ære inciſas modo confectas habent ſat accuratas, ut mihi indicat Cl. *Walæus*. A me vero petierunt, *Walæo* interprete, ut hinc inde paucis adderem novas obſervationes & opiniones, qvas ætas hæc poſt Patrem tulit, præſertim *Aſellii* & *Harvæi*, qvorum figuras qvoqve expreſſerunt. Vix poſſum horum petitionem & illius authoritatem ſubterfugere, præſertim cum eam alias opellam ab alio efflagitarent, qvod periculo fieret Parentis mei. Contuli recentiorum obſervationes, *Riolani*, *Spigelii*, *Aſellii*, *Harvei*, *Zacuti*, *Hofmanni* & aliorum, qvos vel ipſe habeo, vel mihi a D. *Walæo*,

*Waleo*, copia eſt facta. Novas vero obſervationes paucis ta[...] go easqve non omnes, ſed alicujus momenti, & ſi ſubinde [...] Patre meo divortium faciunt, ut fecit in *Collegio* ſuo *Anatom*[...] *co P. Laurenbergius* more ſuo Patri infenſus, breviſſima reſpo[...] ſione Parentem vindico. Operis vero cenſorem, anteqvam ed[...] tur, ſe *D. Walæus* obtulit, feſtinant enim & urgent edition[...] Typothetæ. Nihil tamen ſine authoritate tua agere certum eſ[...] Vir Excellentiſſime, cujus ſuper hac re judicium & qvid vel[...] vel addi vel omitti, obſeqventi animo exſpecto. In ſubje[...] ctis hac hyeme diſſectis nihil rarum obſervavimus, niſi qvod ſub[...] jecti fœminei teſtes plane fuerint maculoſi, nigris maculis ſub[...] inde exſtantibus, & ileo inteſtino adnata ſit ἀπόφυσι[...] qvædam penis virilis magnitudine & figura. An hæc in prim[...] conformatione, an poſtea in lucem editæ acciderint, ignora[...] ſe faſſus eſt *Falcoburgius*. Duo præterea hoc menſe monſtr[...] tulit urbs noſtra, fœtum bicipitem mulier, & vitulum bicipi[...] tem vacca; ille amplius menſe uno ſupervixit. Vale Fauto[...] & Pater venerande, cum conjuge & liberis lectiſſimis, meqv[...] clientem ſolito amore dignare. Cl. *D. Moth* officioſam ſaluten[...] T. Cl. per me tranſcribit, qvi nobis præſens eſt, & nullo no[...] officiorum genere mactat. De Patria inviſenda vel relinqvend[...] adhuc ancipiti conſilio vacillat, dignus meliori ſorte. Rapun[...] exarabam Leydæ 27. Martii 1640.

## *DCLVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Leidam.*

PRo præſtita opera in commendandis noſtris *Inſtitutionib*[...] Typographis veſtris, eſt, qvod gratias agam. Si Deus vi[...] tam & valetudinem conceſſerit firmam, ſummam iis imponan[...] manum hoc anno, [unica namqve reſtat *diſputatio*] qvod ub[...] factum, ſi adhuc ibidem perſtiteris, ad te integrum tractatu[...] transmittam. Catalogum *Le Maire* ubi videro, qvosdam an[...] notabo libros, qvos pro *Literatura* remittere poteſt, ſi ip[...] viſum. Gratum auditu eſt, qvod Parentis tui *Opera Anatomic*[...] recuder[...]

ıdere tentent veſtrates; gratius, qvod iis revidendis & locu-
andis operam tuam impendas; nec enim vellem, a peregrino
dam hanc Tibi præreptam laudem. Ita *Columbi* Anato-
m obſervationibus locupletavit *Poſthius*, Parentis *junior*
*ıbinus*. Macte egregio hoc auſu, qvi tuam induſtriam om-
ıs in patria commendatam reddit. Forſan ex uſu eſſet, ut tua ad-
menta charactere alio a textu excuderentur. *Harvæi* obſerva-
ıes, qvamvis arrideant qvibusdam, easqve approbare videam
*minum des Cartes*, ab aliis tamen exploduntur, & juſto
ıatu eas refutavit in Anglia *Primiroſius*, qvem an videris
ıio; ego ex Anglia adferri curavi. Qvod eo nomine non
neo, qvod excluſas ejus obſervationes velim, ſed ut etiam
neatur, qvid *Primiroſius* in eis deſideret. Memini me apud
entem tuum piæ memoriæ vidiſſe eleganter depictas rararum
rum obſervationum figuras, qvas æri inſculpendas magno-
: deſiderabat: has ſi habere & jungere poſſes, ad operis e-
ıntiam multum faceret, tum qvod capſulas atrabiliarias
qve, a Parente tuo inventa, eleganter expreſſerint. Si ipſe
ı habeas, aut inter Parentis adhuc latitant ſcedas, aut ad
*lervordium* tranſmiſit. Effigiem ejus, ſat ſcio, addes. Cum
publice in ſceleto noſtro tractatum parentis tui explicarem,
cranio noſtri ſceleti in ipſa ſutura lambdoidea ſex inveni
cula, tria qvidem in dextra ejus *linea*, tria in ſiniſtra, in
ıqve cranii tabulato tam exteriori qvam interiori conſpicua,
ıljora & magis conſpicua in interiori qvam exteriori lamina;
: ab aliis non memini obſervata aut deſcripta. In ſuperficie
vexa cranii minora apparent, & ſuturæ dentibus majoribus
tatis ita implicantur, ut non niſi diligenter inſpicientibus
areant. Horum infimum in hoc cranio ad proceſſum mamil-
ım ſitum eſt; medium paulo ſupra, vix dimidii digiti in-
ʼallo; tertium longius aliqvanto a ſecundo diſtat. Figuræ
: variæ, triqvetra, ovalis, incertæ. In ſiniſtro lambdoideæ
ıu majora, qvam in dextro; Maximum pollicis ungvem
ſuperat. Inveni primum anno 1628. Parente tuo adhuc in
s, eiqve oſtendi, qvi mirabatur non animadverſa a ſe aut
:, cumqve dubitaremus, an peculiare eſſet huic cranio,
luſtravimus & invenimus, ſed magnitudine, numero &
ra differentia. Meminit *Andernacus lib. de Vet. & Nov.*

*Med.*

*Med. pag.* 209. cujuſdam oſſis triangularis in vertice, ad formam lapidis, piſcis ciprini; ſed hæc oſſa non in vertice ſed occipite ſita ſunt, & tam ſitu qvam numero differunt, nec foras proſiliunt ſalpello tacta, qvod de ſuo aſſerit. Hæc non potui non referre, ut aliqvid etiam in commune conferrem. *Morhium* meo nomine viciſſim ſaluta. Nova hæc addo, ad extraordinariam profeſſionem Anatomicam huc Roſtochio vocatum *D. Simonem Pauli*, qvi nondum huc appulit, licet ante brumam pro Cathedra diſputaverit. Filiam meam *Soſtratam* Collegæ noſtro, *M. Erico Tormio*, addixi; ſponſalia celebrabuntur 21. April. Faxit DEus, ut in ſui Nominis gloriam omnia dirigantur. Vale, 18. April. 1640.

## DCLIX.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

SEmper tuorum meritorum ſum memor, qvæ & publicum in ſcriptis & ego in literis experior. Ab illo famæ immortalitatem, a me gratum animum expectabis. De utroqve ſollicitus, perſuaſi fere noſtro *Marco*, ſed non Tullio, ut *Inſtitutiones* tuas *Medicas*, qvas olim ego cum aliis ex ore tuo hauſi, & in publicis ventilationibus in patria Academia tuitus ſum, ut ad plures elegantis compendii fructus derivetur, minori forma excuderet, modo laborum pretium indicaveris. Cl. *Walæi* noſtri conſilio *Inſtitutionibus Anatomicis* Parentis manum admovi & eas variis inventis locupletatas *Hackio* commiſi. Sangvinis motum circularem tandem admiſit Cl. *Walæus*, crebris factis in animalibus experimentis, ad qvæ nos non raro invitavit & admiſit, jamqve in eo eſt, meo rogatu, ut chartæ haud periture committat, qvidqvid *Harvæi* invento illuſtrando & confirmando conferre poteſt, qvod onus in me derivare voluit, ſed tandem vix impetravi, ut Epiſtolis rem totam complecteretur, meo operi annectendis. *Elichmanni* Librorum indicem mitto. Obiit ille 18. Auguſti anni ſuperioris inteſtatus, qvod factum nollem, qvia, pro noſtra familiaritate, promiſerat mihi nonnullas lucu-

brati-

biationes in patriæ noſtræ laudem inſumptas. Sed ſpem intervertit urgens fatum. Carmine tamen Manes Viri optimi proſeqvutus ſum. Ne ſubciſivæ horæ mihi inanes elaberentur, *Pygmæorum* hiſtoriam a Parente concinnatam pervolvi, variisqve additamentis auxi, qvæ forſan noſtris prælis ſubjiciam. Scrupulum tamen movet *Ath. Kircherus* in *Prodromo Coptico* cap. 4. non niſi a Te ſolvendum. Veros homines fuiſſe negat, ſed Dæmunculos montanos, qvi circa metallifodinas oberrare ſolent, de qvibus *Agricola* de Anim. ſubterr. & multa de his ſeptentrionales narrare ſolent, audiviqve a Norwego amico, cubitales hos homunculos circa metallifodinas in Norwegia oberrare, nec cuiqvam damnum inferre, niſi læſos. Tales qvoqve aliis in locis conſpiciendos ſe præbent, ſi fides narrationibus. A Belgis vocantur *Kabauter*, *Mancke*, a noſtratibus Niſſe-god-Dreng, qvi ſubinde de nocte operas exercent: ut exemplo recenti Piſtoris cujusdam Leidenſis notum eſt, qvi non reverſus eſt, poſtqvam nova tunica donatus fuit a Piſtore. In patria qvoqve memini aniculas multa de illis fabulari, pulteſqve illorum in gratiam coqvere. An hi ex Dæmonum ſunt genere, de qvibus Platonici multa. Solent vero illi infimos Dæmones malos aliqvando nominare, qvia ad infimum generationis & ſenſibile bonum ſuo qvodam, ut ajunt, officio nos alliciant, divertere autem a ſummo bono ad minimum, comparatione ſummi, malum jure cenſetur. Ajunt etiam ſupremos Dæmones ad contemplationis, medios ad actionis, infimos ad concupiſcentiæ bonum ducere: qvodqve his omnibus & uti poſſumus, & abuti, & utentibus qvidem bona contingant, abutentibus vero mala. Multa in hanc rem *Ficinus* ad *Platonem*. Qvis verum dicat neſcio, & *Pygmæos* æqve dubii Dæmunculi videntur probare, cæcusqve cæcum ducere. Sed in ſcribendo jam parcior ſum, qvia valetudo impedit, qvam forſan Thermis Spadanis ſublevabo: ſi ſuaſeris. Tuum enim conſilium ſeqvar. Vale Affinis magne, me tuum fove. Officioſe Te ſalutat Cl. *Golius*, qvi ad Arabum fontes nos fideliter manu ducit. Leidæ 10. Apr. 1640.

DCLX.

# DCLX.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Leidam.*

CRedo Te jam meas accepiſſe, qvibus iis reſpondi, qvas per Tabellionem publicum miſiſti. *Inſtitutionum* mearum editionem, in annum ſeqventem differre cogor, qvod tantum mihi jam non ſit otii, ut ſupremam iis manum imponere valeam. Si *Jacobo Marci* tum viſum fuerit, minori forma eas recudere, ipſi mittam, nec qvicqvam pro labore expeto, niſi ut aliqvot transmittat exempla, amicis communicanda. Qvamvis e re futurum ſciam, ut Te præſente & dirigente hæc curentur, curæ tamen, qvibus jam circa nuptias filiæ meæ *Soſtratæ* diſtineor vix permittent, ut ante tuum abitum ad vos eas dirigere valeam. Gaudeo Parentis Tui *Inſtitutiones Anatomicas* prælo vicinas eſſe, ſpero me eas viſurum, ubi in lucem prodierint. Qvæ de *Circulatione Sangvinis* commentatus eſt Clariſſ. *Walæus,* videre geſtio, rem gratam feceris ſi transmiſeris. Ego hactenus adduci non potui, ut fidem *Harvæi* inventis adhiberem. Qvæ mihi moverint dubia, longe ante qvam qvicqvam *Primiroſii* viderim (*Pariſanum* enim nondum habere licuit) ex *IV.* noſtra *Exercitatione Medica* videbis, qvam eo nomine, cum aliis mitto. Pro catalogo Auctionis Bibliothecæ *Elichmannianæ* gratias ago. Ex iis qvæ ex officina prodiere *la Maire*, qvædam ſelegi, qvorum qvid & qvantum ipſi viſum, pro meis transmittere poterit. Tuo arbitrio omnia committo. Perplacet conſilium de *Pygmæorum* hiſtoria a Parente elaborata, tua cura prælo apud vos committenda. Qvid ſi *Caſſanio* de *Gigantibus* adderetur, ut contraria hæc juxta ſe poſita eſſent illuſtriora. Non eſt qvod Te ſuſpenſum teneat *Kircheri* nuda opinio, nullis rationum momentis ſtabilita. Nam & obſervationibus fide dignis & ſanæ rationi adverſatur. *Pygmæos* eſſe & fuiſſe gentem peculiarem & longe aliam qvam ſpectra illa, qvæ in Metallorum fodinis oberrant, præter ea qvæ Parens tuus p. m. adduxit, qvam plurima ſunt qvæ evincant. Pauca addam. *Joannes Alvarez Maldonatus* anno M.D.LX. ultra montanas Andes hanc gentem reperit, ſtatura cubitum

non

non excedentem. Pila plumbea emiſſa a milite fugacem fœminam occidit. Captum marem intra ſex dies triſtitia viduitatis & ſervitutis confecit. Fœmina moribunda, cum accederet percuſſor, manum opponebat oculis, ne videret, ad temperamentum impotentis odii. *Argenſola* genus qvoddam hominum perpuſillum non ultra qvatuor dodrantes reperiri aſſerit in orientis qvadam Inſula, qvæ tota aurifodina eſt. Non diſſentit *Antonius Pigaſetta*, qvi hanc inſulam unam ex Moluccis ſtatuit, & ipſe Inſulam *Arucbetto* reperit. Hos *Pigmæos* veros eſſe qvis dubitabit? Homines vero anima & corpore præditos relata docent: at ſpectra metallica potius ad Dæmones retuleris. Qvantum igitur homo a Dæmone, tantum Pygmæi a ſpectris iſtis differunt. Hæc ſpiritus ſunt, qvandoqve phantaſticis corporibus apparentes ut hominibus imponant, pro lubitu ſe viſendos præbent ac mox diſparent. At veri Pygmæi vero corpore ſunt præditi, qvod nunqvam deponunt, ſed animæ ad mortem usqve ſociatum tenent, unde ſemper conſpicui. Tangi, occidi poſſunt aliisqve modis, ut reliqvi homines, tractari. Metallurgi iſti ſpiritus, nec carnem nec oſſa habent; Pygmæi nullo horum deſtituuntur. Teſtis Sceleton qvod Parens apud Electorem Saxoniæ vidit, teſtis *Maldonatus*, aliiqve qvi eos viderunt & tractarunt. Qvid multis? ipſe *Agricola* non homines ſed Dæmones hæc ſpectra vocat, etiam *Cobalos* & *Gutelos*, qvos reliqvis benigniores ſtatuunt. De *Screlingis* qvod citat ex *Olao Magno*, in mea editione Romana invenire non potui. Interim falſum qvod *Screlingers*, cubitales denotare ait. Sunt enim *Screlingeri* populi qvidam Occidentalis Grónlandiæ, ſtatura non minores reliqvis Grónlandis. Cum iis orientales ſæpicule bella geſſiſſe ex noſtris *Antiqvitatibus MSS.* colligo. Neminem igitur *Kircbero* fidem adhibiturum confido, niſi & ſanæ rationi, & tot fide dignorum obſervationibus reclamare velit. Infirmior tua valetudo valde me tenet ſollicitum. Cave ne importunis vigiliis & lucubrationibus ita corpuſculi enerves habitum, ut & te ipſum ſanitate & patriam tuam præclaris ingenii tui dotibus defraudes. Exemplo Tibi ſit Parens p. m. qvi in adoleſcentia adeo ſe ſtudiorum laboribus defatigavit, ut cum maxime prodeſſe patriæ debuiſſet, morborum irruentium ita obruebatur cumulo, ut minimam partem eorum, qvæ in votis erant, expedire potuerit. Felix qvem faciunt aliena pericula cautum. Moderata

Uu

derata durant. Interpone tuis interdum gaudia curis. Perturbato adeo Germaniæ ſtatu, vix tutus ſatis, ut opinor, Thomas adeundi tibi dabitur tranſitus. A diæta & Pharmacia a Tibi petenda ſanitatis præſidia. DEUS Te nobis ſervet incolumem. Clariſſimum *Golium*, qvi tanto me dignatur honor ut Te interprete, mihi ignoto ſalutem nunciare haud dubite officioſiſſime viciſſim a me ſalutare haud deſine: ejus favore amicitia nihil mihi erit antiqvius. Vale, mi *Bartholine* & valetudinem tuam cura diligenter. Hafniæ. 11. May, 1640.

# DCLXI.

## THOMAS BARTHOLINUS
### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

COmmunis mea fratrumqve res ad iteratam ſcriptionem vocat, qvæ tuum in re dubia conſilium nobis impetret. Apud animum enim noſtrum conſtituimus, relicto Belgio, Galliam commodiſſimo anni hoc tempore petere, utinam avibus ſecundis & Cl. amicorum conſenſu. Id enim hoc triennio egimus, ne in Philologia, cujus cauſa huc venimus, plane ſimus hoſpites, ſed ejus ſtudii uſum fructum patriæ, ſi opus, poſſimus offerre, pro modulo impenſi in rem ampliſſimam temporis non longi. Reſtant in Gallia abſolvenda ſtudia Philoſophica, nullibi magis opportuno loco, ut ex Clariſſimis noſtris Viris & aliis hauſimus: qvibus ſe tanqvam comes adjunget Medicina & ſi qvid ulterius patria, cui devoti ſumus, a nobis exſpectat. Præter hæc momenta neceſſitatem inevitabilem mihi imponit valetudinis meæ ratio, ſatis jam loco periculoſo, ob diuturnam in aëre hoc denſiſſimo & humidiſſimo moram, & deleo me habitum contraxiſſe graviſſimorum ſymptomatum, qvæ perpetuæ per tot annos obſtructiones invexerunt; adeo ut a phthiſi mihi, ob læſum ex defluxu humorum ex capite pulmonem, & a tabe vitiatum & ventriculum & hepar, metuam & utinam phthiſeos me indicium fallat, qvod ex freqventi ſputione ſangvinis habbeo. Qvibus de cauſis plane conſtitueram

therm

thermas Aqvisgranenſis inviſere; ſed via ab exercitibus intercepta propoſitum plane evertit: ſvaſere tandem Medici & Dn. D. *Moth*, ut itineri Gallicano me accingerem; promittere enim aëris ibi temperiem, & thermas non ignobiles hujus diſpoſitionis peſſimæ mutationem. Omen accepi, & ubi primum de voluntate tua & reliqvorum amicorum ero certus, nihil fere reſtat ad felicem progreſſum itineris, Fratri noſtro *Caſparo* uno ore omnes ſuadent, ut contubernium fratrum relinqvat, ob cauſas ad matrem per me perſcriptas, & parem in ſtudiis ſucceſſum Gallia promittit. Plurimi ſunt Viri Doctiſſimi, qvi per alios conterraneos de qvavis humanitate & nullo non officio nos, ob famam parentis, & commendationem Clariſſimorum Virorum *Salmaſii*, *Voſſii*, *Golii* &c. qvos ſemper benevolos hic experti ſumus, certos fecerunt. Qvid de editione *Anatomiæ* noſtræ judicet T. Exc. ſummo deſiderio & ego & typothetæ exſpectant. Omnibus enim ad editionem paratis tamen opus ſuſpendere juſſi, donec de voluntate tua certus ſim, & id in me CL. noſtro *Walæo* nimis quam placuit. Dn. *Golius* ſummam ſalutem me ad te juſſit perſcribere, uti & magnus ille *Voſſius*, cujus humanitatem nuper, cum Amſtelodami eſſem, expertus ſum, diei unius apud eum mora. Vir eſt candidus & humaniſſimus, adeo ut pari felicitate utrumqve cum doctrina conjunxerit: Ubi, poſt longos habitos ſermones in tui mentionem incidit, ille qvamvis corpore ægerrimo ob ætatem & alia ſymptomata, qvæ a publicis lectionibus eum diu avocarunt & lecto affixerunt, tamen lætabundus exſurrexit, mihi patriæqve de tali Viro gratulabatur, & filios ſuos Clariſſimos & doctiſſimos in me ſubornavit, qvi in præſentia Patris, qvia ipſe dolebat ſe non poſſe, in ſalutem Dn. *Wormii* pocula propinarent. Addidit ſe mentionem *Wormii* feciſſe, qvalem meretur, & in *Opere Grammatico*, qvod vidi, & in magno illo, qvod jam ſub prælo eſt, *de Theologia Gentilium*, duobus voluminib. in 4. comprehenſum. Ego idem in *Literatura Runica* a D. *Wormio* factum dixi, & qvia iſtam non viderat, exemplar nitide compactum obtuli, in cujus compenſationem opus illud magnum, qvod brevi prodibit, Cl. Wormio promiſit. Tanta eſt nominis tui apud doctiſſimos religio & veneratio, cujus magnitudinem ſi ob tenuitatem non aſſeqvor, at nunqvam committam, qvin, ut poſſim, omnibus fiat notum. Vale,

Vir Excell. & me tibi ob merita devinctiſſimum conſilio maturo & amore ſolito dignare. Dabam raptim Leydæ 8. Maj 1640.

# DCLXII.

# THOMAS BARTHOLINUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

QVod tamdiu calami juſta obſeqvia protulerim, imputabis inſtanti itineri, ad negotia non pauca vocanti in ultimo, ut ſolet, rerum articulo. Qvod enim felix fauſtumqve ſit, ex conſilio amicorum & permiſſione, iter ſuſcepimus, qvod DEI & ventorum arbitrium præſtolatur. Sed eſt, qvod prius me purgem T. E. qvia inſalutato te Leydam reliqvi, & hic in naturæ utriusqve confinio, cogor morari. Nempe ſpes venti ſecundi & oportunæ occaſionis moram noſtram decurtabat, & Leydam ſubito relinqvere cœpit: huc vero delati, & ventorum & occaſionis experimur difficultatem, non niſi cum magna ſumtuum jactura. Ante diſceſſum vero Leydæ reliqvi præſentium exhibitori, amico integerrimo & digno favore doctorum, *Severino Matthiæ* rara nonnulla, qvæ bona fide ad te delaturum ſe promiſit. Majora volui, ſi per hominum horum iniqvitatem licuiſſet. Hæc enim levidenſia vix pretio & prece impetravi. Avem hanc, qvam Paradiſi vocant, ob raritatem mihi commendabant, eo qvod raræ cum pedibus reperiantur. Flabella ideo haberi merentur, qvod ex papyro ſerico ab ingenioſis Chinenſibus ſint facta. Eorum qvidem hic apud virgines freqvens eſt uſus, ſed pergamen a vulgari conſtant. Muſcas illas Indicas ipſa commendat elegantia, ut & conchas, Radix illa Braſilianis in cibum venit, *patart* ab incolis nuncupata, cui panem, qvem mitto, addunt, ex radice *Caſſave* (ita vocant) coctum, prius expreſſo ſucco, ob vim venenatam, qvam habere dicunt. Fabæ illæ rubro-nigræ qvomodo appellentur, qvum nautæ ignorant, & ego ignorare cogor. Nuces, qvas mitto, nigras de arbore *papeja* (ut vocant illi homines) ob inſignem vim purgandi mecum in Gallias defero, experiundi

). Tuum erit, Patrone honorande, omnia, ut offeruntur, pere, ab eo, qvi ſe majoribus obſtrictum fatetur. Diſpu- )nem *Walæi* noſtri pro *Harvejo* una mitto: reliqva vero ex- menta, *Anatomiæ* noſtræ ſubjungentur; qvod forma epiſtolari ctурum promiſit & obtulit Cl. noſter *Walæus*, qvi te maxi- eſtimat, ut merentur, qvas illi prædicavi, dotes tuæ. Qvam irem, ad me perveniſſent literæ primo ad me datæ, de qvi- binæ per *Fuirenium* mihi a te allatæ loqvuntur; magnum ıve momentum ad Anatomiæ noſtræ perfectionem afferrent: ıc opere perfecto & reviſo, omne negotium abſens volenti *ılæo* commiſi, qvi ſedulo curabit, ne ſphalmata typogra- ca irrepant; eſt enim Vir mihi plane addictus. Novas, qvas avimus Capitis figuras elegantiſſimas, qvamprimum perfe- fuerint, ad te mittam: in iis enim expreſſimus ſinus aliqvot ros, non ita pridem ſub auſpicio & ſectione *Franciſci Sylvii D.* obſervatos, uti & ventriculorum cerebri novam & veram ıram, non, ut alias depingitur, lunarem, ſed rotun- n, ſoleæ eqvinæ ſimillimam, qvam αὐτοψία nos docuit. ımis Anatomiæ partibus pauca addere potui, itinere noſtro ractus. *Laurenbergium*, juratum Bartholini adverſarium, ce attigi, niſi ubi nominatim *Bartholinum* errare calumnia- . Nec enim, qvi nominaretur, dignum judicavi. Unde fluxerit aqva & cruor in hiſtoria Paſſionis, an ex thorace, ıd Parens meus voluit, an ex pericardio, ut contra *Bartholi- n* probat *Lauremb.* in ſuſpenſo adhuc hæreo. Utrinqve gra- rationes urgent, nullæ tamen, qvæ jugulum petant. Tu- de hac controverſia judicium & momenta avide exſpecto. ui enim id ſi in ipſo opere non poſſit, ſaltim in Præfati- , qvam operi perfecto præfigam, contra *Laurenbergium*, ılſus eſt, agere. Pro miſſis a te *Controverſiis Medicis* grati- qvas merentur, maximas ago: eas roganti *D. Walæo* con- ere ſum coactus. Argumenta contra *Harvejum* olim *Walæo* eci, ut habentur in Excerc. T. qvibus ille ex tempore ut- qve ſatisfaciebat; Interim majoris momenti nonnulla in ſua erſaria conjecit, ulterius expendenda. Sed loci importu- te, ſævienteqve mari & tormentorum boatu impedior, minus plura addam. Si DEUS iter ſecundaverit, bre- tem hanc freqventiore ſcriptione compenſabo. Vale æ-

ternum Fautor venerande, & me amare perge. Vliſſingæ 3. Julii.

Prima data occaſione *le Maire*, libros a T. E. conſignatos ſe miſſurum, ſtipulata manu mihi promiſit abiturienti.

## DCLXIII.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

* * *

COntroverſiam, a Te enodatam, bene & polite ſatis tractaſti, Parentemqve egregie vindicaſti. Exiſtimo illum ſibi fingere Chriſtum in cruce paſſum, qvalem depingere ſolent Pictores, ut rivi ſangvinis & aqvæ ex latere fluant vel chyatos repleturi. Si vel guttula aqvæ aut ichoris aqvoſi emanaſſet, ſuffecerit. Non habeo, qvod addam; perge in inſtituto, vix poenitebit. Philoſophiam qvod excolere ſtatuas ibidem cum medicina, recte facis, ſi modo id ferat valetudo tua; fere apud nos ad interitum vergit, cum rari aut nulli ferme ſint, qvi auxiliatrices porrigant manus. Verum crebrioribus velitationibus te exerceas, velim, ut promtum & expeditum te præſtes in omni congreſſu. Sed ante omnia valetudinis curam ut geras diligentem, hortor. Plura hac vice non ſinunt occupationes; jam enim currum conſcendo, in Falſtriam ad Sereniſſimum Principem, graviter decumbentem, profecturus. Vale, ac fratres & *Fuirenium* ſaluta. Hafniæ, d. 8. Octobris 1640.

## DCLXIV.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QVod hactenus diutius juſto calami obſeqvia protulerim de facili ignoſce, qvi rerum pondere feliciſſimo genio pen-

far-

are didiciſti. Habent hoc præter cætera itinerum difficultates & inſita nobis cupido ea viſendi, qvæ a noſtris finibus natura removit, ut, dum operas partimur & animos, debitas in ſcribendo vices negligamus. Mei vero ſilentii apologiam hic texere neqve tibi gratum erit ſeverioribus occupato, & ab omni ſeqviori ſuſpicione plane alieno, neqve res permittet, qvæ cauſam ſuam apud te æqvum judicem tanqvam de facili probat. Vliſſinga per Dn. *Severinum Matthiæ* literis datis, tuum genium adoravi, addita taciti & ſubiti ex Belgio diſceſſus ratione, qvam, cum rationibus una ſcriptis, qvin placido vultu exceperis, me dubitare Wormiana virtus vetat. Dubii tum moti ſolutionem anxie exſpectavi, ut eam ſuo loco præfationi *Anatomiæ* insererem; nempe unde ex latere Salvatoris ſangvis & aqva effluxerit. Hic enim more ſuo contrarius eſt *Laurembergius*. Parentis mei aſſertionem facile eſt contra objectiunculas ejus vindicare, ſi tuum hic accedat judicium, utramqve paginam faciens. Eorum qvæ a me contra illum ex tempore reſponderi poterant, ſpecimen mitto, ut tuo judicio vel emendes vel confirmes. Alias qvid de *Anatomia* agatur, a diſceſſu non audivi, non dubitans, qvin omnia a Typographo bene curentur, & Cl. *Walæo* qvi hic operam ſuam mihi abſenti addixit. Tractatus noſter *de Pygmæis* tibi de maximo ornamento & augmento huc collato obſtrictus erit, ubi per Typographum lucem viderit. Libros a te notatos aliosqve pro *Literatura Runica* ſe miſſurum prima data occaſione abiturienti mihi ſpopondit *le Maire*. Qvod de Muſis hic lutoſis referam, nihil habeo, qvia jam a longo tempore ſilent, & otio immerſæ torpent, donec canicularium dierum fuga ad ſolitas officii vices revocentur. Interea me hujus lingvæ exercet difficultas, ab aliis ſeriis avocatum, ita volentibus, qvorum conſiliis uſus ſum. Inprimis Cll. *Moræi* & *Patini*, Medicinæ Profeſſorum doctiſſimorum, humanitatem non poſſum non deprædicare, qvi ignoto mihi omnia benevolentiæ officia exhibuerunt, & patentem familiaritatem, ille ob ſola parentis in rem Medicam merita, hic partim commendatione D. *Mothii*, partim veneratione communi adductus, ſtudiorum meorum maximum incrementum pollicetur. Qvi, uti & alii humanitate his pares, loci hujus tædium leniunt. Philoſophiam hic conjungere placuit, ſi id bono patriæ futurum exiſtimes, cui unice ſerviendum cordato cuiqve. Tra-

ſtatus alter Botanicus Dn. *de la Broche* nondum prodiit, ut Ty-pographi retulerunt. Sanitatis meæ eadem eſt conditio, nō tamen adeo moleſta, pejoribus aſſueto, futura melior, ni mora longior in peſſimo Belgii aëre deteriorem habitum impre-ſſiſſet, qvi vix medicamentis cedet. Aſinini lactis effectum ade decantatum longiori ejus uſu experiar, tuo conſilio unice inte-tus, qvod ad ſolidam eruditionem & firmiorem habitum via faciat expeditam: ſi, de qvo dubitare non auſim, priſci amori in me veſtigia relinqvere pergas, qvi æterno obſeqvio tib tuisqve me dudum devovi. Vale, paterna veneratione colende & patriæ nobisqve diutiſſime ſuperſtes eſto. Raptim Luteti Pariſior. 8. Sept. 1640.

# *DCLXV.*

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Facit verecundia, ut denuò ad calamu redeam, non ita pridem a ſcribendo ceſſantem. Heri enin cum mihi traditæ ſint literæ, qvæ de mora in ſcribendo m incuſarent, committere nolui, ut apologiam meam differre diutius. Pro me tamen ſententiam dicent litteræ, qvas inte nunciorum mora tandem haud dubie deferet, ut in priſtinu amoris & favoris gradum reſtituar, qvod unum eſt votun Dni *Wichmannus* & *Hilarius* patrios lares repetierunt, qvib bonas aves precor & felix iter. Tuam de controverſia nupe a me mota ſententiam avidus exſpecto, ut habeat, in qvo ac qvieſcat animus. Qvid porro ſit cum Medicina conjungendu ex te ſciam: Philoſophia valde me allicit, ſi id publico patri bono futurum arbitreris. Parebo monitis qvibuscunqve, t cui unice ſervio, Patriæ tandem proſim. Vale Patrone optim Raptim Pariſiis 18. Sept. 1640.

Cum *Ivaro Bang*, ex Italia jam reduce, pluribus veſtra virtutes colam, fuſioribus literis.

DCLXVI

# DCLXVI.

## THOMAS BARTHOLINUS
### D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Non longum tempus effluxit, qvum debitas in ſcribendo vices exſecutus ſum, literis ordinario tabellioni traditis. Et qvanqvam inopia materiæ laborem, nolui tamen committere, aliqvid ut in me deſiderares, qvod officii negligentiam argueret. Medicinæ Profeſſores ad ſolitas lectiones nesdum reverſi, adhuc ſilent, interim me alia ſtudiorum genera habent, per vices partitum. Monſpelium transgredi, qvod olim ſuaſiſti, minime, ob ſævitiam peſtilentiæ omnia vaſtantis, tutum; & Lutetia, lutoſa licet, me vario delectu afficit & in ſui amorem pellexit. Omnia autem cariſſimo pretio veneunt, & literæ & alia corpori ſuſtentando neceſſaria, qvam caritatem jucundiſſimum omnia diſcendi deſiderium de facile lenit. *Anatomiam* p. m. Parentis propediem confectam reor & abſolutam. Amicis meis id dedi negotii, ut, re confecta, in Patriam ad Venerandos meos Præceptores & Fautores referant. Septimana proxime elapſa, genio diſtante, Apologiam trium vel qvatuor plagularum exaravi pro Defenſione Parentis, de Controverſia in Præfatione brevibus attacta, inter parentem & *Laurenbergium*, ventilata, circa ſangvinis & aqvæ effluxionem e latere Chriſti aperto. Qvæ tuum præſidium & tutelam implorabit, ſi lucem videat. Brevi nitide deſcriptam, tuæ cenſuræ ſubjiciam & calamo. Rapit me nonnunqvam genius ferventior & in certam materiam ingenii debilitatem deflectit, ut ex minimis major potentia voluntas eluceſcat. De tuo favore perennaturo & conſiliis ad finem aptatum neceſſariis, ſupplex veneror, qvi tibi æternum obſtrictum præ me feram. Vale Patrone & Pater obſervande, cum uxore & liberis lectiſſimis. Raptim Lutet. Pariſ. 27. Octobr. 1640.

# DCLXVII.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Pariſios.*

QVæ per *Severinum Matthiæ* miſiſti, jam primum 20. nempe Decembr. accepi; ſed male adeo habita fuere, ut non poſſim non deteſtari hominis ſupinam negligentiam. Adeo negligenter curantur, qvæ ſtudioſis traduntur; Certius multo & tutius per mercatores res geruntur. Maximopere mihi placuit avis iſta Paradiſiaca, inprimis qvod pedibus non deſtituatur: iis enim præditas eſſe, negavit maxima pars eorum qvi aliqvid de iis commentati ſunt. Sed nolim te tantas mei cauſa facere expenſas: nam apud nos valde care venduntur, & magno ſunt precio. Hanc adeo male tractavit internuncius, ut & caput abruperit, & flagellorum alterum mutilaverit, & pennas cum detrimento complicaverit. Flabellorum pulcherrimum fregit qvoqve & peſſime tractavit. Conchæ ſunt venereæ dictæ, qvarum licet ante mihi fuerint exempla qvædam, tamen minores, qvas miſiſti, omnium ſunt pulcherrimæ. Radix transmiſſa eſt Yuca *Cluſii*, Mandiuca *Latii*. Hæc ut & panis ex ea confectus, raritate ſe valde commendant; antea enim videre non contigit. Phaſeoli iſti corallino atri a *Cluſio* deſcribuntur *exot.* libr. 2. c. 13. & *Rarior. Plant.* lib. 6. Nuces purgatrices, ſunt *Cluſii* Ficini Americani, Pinnones de Braſilia *Latii.* Inſecta illa, Cantharis nempe & Scarabæus, præclara ſunt. Cantharidum qvidem unam antea habui, ſed non Scarabæum. Omnia raritate ſua & precio ſunt eximia, tibi ſumptus in ea collatos lubentiſſime refunderem, ſi annotares. Interim ſingula ſuo loco in Hiſtoria noſtra deſcribam, non ſine honorifica tui mentione. Jam primum etiam libros qvos *Maire* miſit, accepi, at Parentis *Anatomiam* nondum vidimus. Ad proximas tuas, qvas 21. Novembr. accepi, nondum reſpondi, tum qvod peregre, circa Illuſtriſſimum Principem curandum, tum qvod domi in promovendo ad ſummos in arte noſtra honores *D. Stougardium*, occupatus fuerim. Huic ſe junxere Theologi *D. Jacobus Matthias, D. Nicolaus Paulinus, D. Laurentius Martini.* Diſputationem

tionem noſtram transmitterem, qvæ ultima eſt mearum *Inſtitutionum de Methodo Medendi*, ſed commode per ordinarium Tabellionem fieri neqvit, alioqvin & aliqvot exempla adderem, ut Gallorum veſtrorum qvoqve de hac docendi methodo expiſcari poſſes judicia. Sub prælo jam mihi ſervet *Aurei Cornu*, apud nos ante annum inventi, Hiſtoria. Sed qvo medio hæc ad vos commode deferri poſſint, ignoro. Vides qvam prolixe & aperte tecum agam, ut raritatem, qvam nobis imperare video locorum diſtantiam, longitudine compenſem. Tu animum, ut ſemper, æſtima. Tuis commodis vix qvempiam hic habiturus proniorem. Fratrem *Bartholum* indies expectamus, qvem a Cancellario huc vocatum intelligo. Vale, & ut facis ama. Hafniæ 12. Decembr. 1640.

# DCLXVIII.

## THOMAS BARTHOLINUS

### D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

VIr Experientiſſime & Pater Venerande. Audeo fœtulum hunc meum tibi ſiſtere, tuo fretus judicio acerrimo, ut, qvia indiget propter infantiam, te Patre & teſte gloriari poſſit. Facies rogo, & munere parentum defungere, qvi nævos infantium & vitia blande tractant, ita tamen, ut tollantur, & tibi gloria tanqvam Naſcentis DEO tutelari ætatem debebitur. Qvid in minimis poſſim, indicio erit, qvid auderem in magnis, aliorum erit ſuſpicari. Omnes qvos citavi, legiſſe me memini ipſum, ſi paucos ex antiqvioribus Patribus, ut *Ambroſium*, *Cyprianum*, *Hieronymum*, *Damaſcenum*, *Bernardum*, excipias, qvos ætatis & otii defectus necdum legere permiſit, bona vero fide citatos adduxi. Tu pro lubitu alia vel emendabis, vel approbabis, anteqvam ſub nominis tui clariſſimi auſpicio in lucem prodeant; &, ſi operi non invideres, Epiſtola reſponſoria, (una excudenda) calculum tuum dictis dare; haberet opus unicum ornamentum, adverſarius vero terrorem ex tanti nominis conſenſu & fama. Si perlectum remiſeris aut correctum excudi juſſeris, de tuo judicio certus ero, qvod ut

Oracu-

Oraculum conſulo. Muſæ noſtræ lutoſæ nimis qvam frigent cum hyeme, cum tamen in æſtate non caleant. Monſpelium excucurriſſem, ſi ordinaria pecunia tantas moras non nexuiſſet. Tuo conſilio, hyeme exacta illuc evolabo, ſi maturius Mater ſuccurrat: majores enim hic ſunt expenſæ, qvam pro loci dignitate & ſtudiorum meorum commodo. *Anatomiam* propediem confectam prima data occaſione habebitis, ad nos necdum perlatam. Leydæ eam in collegio prælegit amiciſſimus mihi & accuratus Anatomicus *Fr. Sylvius*, multarum obſervationum author. Nuper hic ſectionem publicam vidimus, ſed ad faſtidium & ſummam miſerationem. Cujus ad me Epigramma vides, juvenem doctiſſimum favori tuo inſinuo; ut ad magna qvæqve natum, tuo conſilio & ope, ſi in patria nobilior aliqvis ejus indigeat, juvare non dedigneris. Alias plura, qvando per catarrhum ſatis moleſtum licuerit. Vale, Pater venerande, meqve & fratres, qvorum literas brevi habebis, conſtanti favore protege, qvi æternum cum illis tuus cliens, T. B. Lutet. 20. Decembr. 1640.

## DCLXIX.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

De nupera favoris & benevolentiæ ſolitæ, per literas 12. Decembris die datas aſſeveratione denuo gratias ago, qvas meretur, id eſt, infinitas, tanto majore lætitia, qvanto tibi qvæ miſeram, gratiora fuiſſe intellexi. Vilia erant, ſed pretium affectus addet. De perlatore *Dn. Severino Matthiæ* ſiniſtra non ſuſpicabor, qvia animum ejus ante exploravi fidum, honori tuo & meæ amicitiæ addictiſſimum. Mora longior, & forſan illi neceſſaria, de transmiſſis nonnihil detrivit, caput jam ante abruperat venditor, & flagellorum alterum nonnihil durius tractaverat, cætera itineris incommoditati, non perferentis malitiæ adſcribas, vice ejus rogo, qvi favoris tui auram nunqvam non vehementiſſime captavit. De *Cornu Aurei* ſine dubio aurea deſcriptione ſpem feci noſtris Medicis Philologis;

non

a diffugiam tabellario ſolvere, modo tanti ſcripti appetitum
leas, qvem apud me jam ſummum rei novitas & authoris
nitas fecit. Qvem nuper miſi examinandum libellum meum,
*latere Chriſti*, ſine dubio ad vos pertulit fide bona internun-
s ordinarius, qvi, ſi dignum videbitur ſcriptum, eadem fide
me referet. Qvem in Dedicatione ejus veneratus ſum, ul-
ius & alio ſcripto venerabor; tamen inpræſens non mutabo
lum, qvin ſub ejus tutela prodeat, qvod alias tutoris, præ-
te, non indiget. Qvoniam vero ita vobis, qvibus obſe-
ium addixi, viſum, cancellarii Magnifici favorem alio ſcrip-
venabor. Non pauca habeo, qvæ publico deſtinavi, ſi tem-
s & otium faveat, de *Antiqvitatibus Natalium*, *Anatomia ſu-
ſtitioſa*, *de Nibilo*, *Philoſophia Antiqvorum*, præſertim *Pla-
ica*, (qvæ me ineſcavit,) &c. omnia Leydæ incepta, cum
npore perficiam, Præmittam brevi *Anatomiam ſuperſtitioſam*
ejus tantum ſpecimen, nempe qvid veteres Pagani ſingulis
mbris ſuperſtitionis & religionis ineſſe crediderunt, & ejus ſu-
ſtitionis cauſas. Materia fuſiſſima, ſed qvia itineris mei tem-
s urget & inſtat, ſpecimen aliqvod ejus abſolvam, Cancel-
io inſcriptum. Ante iter aliis literis tuum favorem & amico-
n ambiam, ut terris ſemotus longius, vos ſemper tamen præ-
tes habeam. Vale æternum, & me ſolito amore proſeqvere,
minis tui indefeſſum cultorem Th. Bartholinum. Lutetiæ
. Jan. 1641.

## DCLXX.

# OLAUS WORMIUS

*Thomæ Bartholino.*

Ellegi, dilectiſſime *Thoma*, *Apologiam* tuam elegantiſſimam,
nec habeo magnopere qvod addam aut demam. Illud ſaltem
nitum velim, e re fore, ſiqvidem e vivis jam exceſſit ad-
ſarius, mitius aliqvanto cum eo ut agas, ne in idem inci-
vitium, qvod tantopere in eo culpas. Præſtat omnia illa de-
, qvæ acerbitatem aliqvam præ ſe ferunt, & forſan ſemel
nunqvam nominaſſe adverſarium ſufficerit. Qvædam pun-
ctulis

ctulis in margine notavi, qvæ expuncta cuperem. Legit Avus tuus, ut & Epiſcopus noſter, qvi ſibi in eo valde placuere, unico hoc excepto, qvod ſi mutaveris, magnam tibi modeſtiæ laudem conciliabis, qvæ juvenem decet; nec enim acerbius, eo in loco, qvem examinas, in Parentem, qvicqvam eructavit ille, ſed nude nominavit. Non dubito, qvin hic futurus ſis facilis. De Epiſtola mea qvæ ſcribis, lubentiſſime tibi gratificarer, niſi diſſvaſiſſent variæ cauſæ, qvas in chartam conjicere jam neqveo, in tuum tamen commodum tendunt omnes. De Dedicatione, proximis meis in Decembri ſcriptis, mentem meam aperui. Mihi ſufficit affectus in me tuus, qvi ſatis ſuperqve perſpectus. Cancellarii, vellem, tibi hoc ipſo conciliares favorem; deleta itaqve ad me Epiſtola, (in qva nimium tribuis affectui, easqve cumulas laudes, qvas ſine pudore legere neqveo, cum iis me parem haudqvaqvam agnoſcam) aliam ſubſtitue, in qva & Heroi huic gratulari, & tua ſtudia ei commendare valeas, qvod non ſine fructu futurum ſpero. *Beringium* ſalutabis viciſſim meo nomine; de eo cum Dn. Epiſcopo egi, qvi ipſi impenſe favet, juſſitqve, monerem, ut qvam maturrime ſe huc conferret; eſſe enim jam in promptu ea, qvæ deſiderat, ne alii igitur præripiant, maturato opus eſt. Elegans & doctum ſcripſit carmen, qvod libello tuo ut præfigas, ſvadeo. Mitto Diſſertationem, qvam nuper juſſu Principis de *Aureo* Ejus *Cornu* edidi; boni conſulas, & ubi ſphalmata correxeris typographica, in meliorem cuncta interpreteris partem, rogo. Dudum eſt, qvod mater ad vos pecuniam deputatam ablegavit; miratur valde, qvod nondum ad vos pervenerit. Vale & valetudinem tuam cura diligenter, Hafniæ Calend. Febr. 1641.

## *DCLXXI.*

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Pariſios.*

EFfluxere menſes duo cum ſemiſſe, ex qvo tibi ſcripſi, & ſcriptum, qvod mihi miſiſti *de ſangvine & aqva, è latere*

*Chriſti*

*Chriſti profluente*, remiſi, addita Diſſertatione, de *Aureo* Principis noſtri *Cornu*, qvæ an probe acceperis, dubitare me facit, qvod hactenus nihil a Te reſponſi accepérimus. Nunc haſce ad te ut darem, hoc ipſum urſit, tum hiſce incluſæ, qvas Dn. Epiſcopus ad *Vitum Beringium* deſtinavit, qvarum ſummam eſſe arbitror, actutum domum ut ſe conferat; eſſe enim, in qvo ejus operam deſideret. Haſce igitur cura diligenter, &, ut iter maturet, nec ſe in itinere detineri patiatur, procura. Ei ſi qvid ad nos dederis, procul dubio recte curabitur; qvamvis cuncta rectius per ordinarium tabellarium, qvam per alios. Velim Avo ſcribas, tibi ſtipendium diutius ut indulgeat: Elapſi enim jam ſunt anni, in fundatione conſtituti. Ego cauſam tuam ſerio egi; cum perceperim ex tuis eſſe, qvi pro aliis intercedant. Qvia reſponſum ex voto non tuli, velim ipſe petas: &, ſi viſum, qvem mihi inſcribere decreviſti tractatum ſub ejus nomine edas. Pervenere ad nos Parentis tui Anatomiæ duo exempla, elegantibus typis tua cura edita, qvæ Typographus huc miſit. Non poteſt non omnibus placuiſſe, tum ob typorum elegantiam, figurarum nitorem, ſed maxime ob præclara inventa, tua cura breviter & nervoſe addita. Tibi maximas debeo gratias tum pro tranſmiſſis, tum qvod mei aliqvoties mentionem feceris honorificam. Epiſtolæ *Walæi* ferme in ſuam me trahunt opinionem; dubia ſaltem mihi reſtant qvædam, qvibus ſi ſatisfactum fuerit, illuceſcenti veritati obviam ibo gratus. De itinere certiores nos reddas, ac qva commoditate ad te noſtræ perferri poſſint. Cura, ut valeas. Hafn. 16. April. 1641.

## *DCLXXII.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

VIr Excellentiſſime. Pater æternum colende. Montis Peſſulani infelicibus rixis itinerisqve neceſſarii tædioſa mora hactenus impeditus, debitum ſcribendi munus, invitus licet, negligere ſum coactus. Qvæ Monſpelii noſtra fata fuerint, ad Patrem perſcripſi. Diſputationes pro nova *Lactearum Venarum*

*rum* & *Circulationis* opinione acrius a me ibi contra Profeſſorem publice inſtituta, inviſus primum obſtinatis *Galeni* ſectatoribus, mox ob reſeratas Collegii fores timendus, tandem graviſſimo Fratris morbo delaſſatus, in Italiam avibus infelicibus perrexi, & ſedes hic qvietas conſtitui, ad qvas tot nos difficultates pellexerunt. Peregrinationes deteſtarer, niſi meliore voto alias currerent. Sed tamen omnium infortunia levat tui in me conſtans amor, qvem a tacente ſperare auſim, etiam extra ſolis terminos delatus. Avi in prolongando ſtipendio animum invictum forſan flectes, ſi ex re mea ita judicaveris, cui omnia committo, vel certe ad regium, elapſis *Lælii* annis, perduces. Res anguſtæ neſcio an fallaci indicio bonam mentem teſtentur, ut *Arbiter* arbitratus eſt. Si abeſt hæc, ad minimum expetitur, & ut veniat, malo paupertatem comitari, qvam cum hac emanere. Aurea illa aurei ingenii tractatus jam modo inter *Barberinos* Cardinales Romæ innotuit: & de nova hieroglyphicorum explicatione aliqvid Bononiæ meditatur *Licetus* clariſſimus, in edendo *de Annulis* libro, ut mihi nominis tui ſtudioſiſſimus *Rhodius* narravit. Memini me in Technicotheca Florentina non abſimile cornu, a Turcis ſpoliatum, cum emblematibus vidiſſe, qvum pertranſirem. Meus *de carne lucente* recenti, nuper Monſpelii viſa, brevis diſcurſus Avo dedicandus, brevi forſan in loco hoc difficili prodibit, ſi ita judicaveris: a reliqvis me ſeriora avocant, ad qvæ loci commoditas invitat. Tu ſi favere pergas, de reliqvis ſecurus ero, qvi in æternum tuus cliens T. B. Batavii 13. Nov. MDCXLI.

## *DCLXXIII.*

## OL. WORM

### *Thomæ Bartholino.*

QVod integro jam anno, à tuo Lutetia diſceſſu, nihil literarum acceperimus, & itinerum difficultati & peregrinationibus adſcribimus. Jam cum Te Patavium perveniſſe ex matertera perceperim, non potui non de itinere feliciter abſoluto gratulari, & porro de rerum tuarum ſucceſſu inqvirere, ſiqvidem inde ad nos ſcribendi occaſio ſe offerat indies. Nuper in

annua

annua exercitatione, de *Manucodiata* agendi mihi ſuppeditata eſt occaſio; eam igitur, qvam mihi miſiſti, delineari curavi, ut pedes habere oſtenderem, non ſine honorifica tui mentione, qvod ut melius tibi conſtet, ſpecimen mitto, integram miſſurus *Diſputationem*, ſi per tabellarios liceret. *Chariſius* hic apud nos periculoſe duorum menſium ſpatio decubuit, ſed DEI ope noſtraqve induſtria jam primum convaluit, & iter Aureliam verſus ante octiduum ingreſſus eſt. Vellica, qvæſo aures *H. Fuirenio*, ut ad ultimas meas reſpondeat, & de itineris Romani ſucceſſu nos inſtruat. Si ad *Kircherum Cornu* noſtrum detulerit, qvid is de eo ſentiat, me faciat certiorem. Qvia ejus exempla omnia ſunt diſtracta, animus mihi eſt, illud reliqvis *Monumentis*, qvæ jam ſub prælo fervent, auctum & locupletatum inſerere; cui rei multum inſerviret *Kircheri* enodatio, ſi mature ad me deferri poſſet. *Beringius* noſter Soræ ſtudiis Nobiliſſimi *Tottii* præfectus eſt, poſt annum cum eo Gallias & Italiam petiturus. Cætera apud nos ſalva, niſi qvod Epiſcopus Wiburgenſis D. *Wandalinus* diem ſuum ante paucos dies obierit. Saluta fratres & *Fuirenios*, ac cura ut valeas. Hafn. prid. Cal. Januar. anni 1642, qvem tibi fauſtum ac felicem cupio.

## *DCLXXIV.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime, Fautor ætatem Venerande. Inter mœrorem & gaudium ambiguus, utriqve indulgebam, qvum lectis nuper literis tuis, Calendis Januariis datis, nec matri meæ nec Mæcenati aliqvid de itineris rerumqve noſtrarum ſucceſſu, ob literarum mearum defectum, conſtare ſerio dolui. Terrarum infelicitas & diſtantia internuncios non raro intercipit, malo noſtro, qvod proximis diebus factum intellexi. Rediit tamen legenti tuas animus, ubi affectum ſenſi eundem, qvem dudum mihi auſus eram ſperare. Inprimis tamen devoti animi mei nunqvam ſopitas flammas excitavit copioſiſſima tua & diffuſa humanitas, publica diſputatione intertexta & di

divulgata; qvam indignus ego aliter nunqvam interpret bor, niſi, ut ſeculo noſtro conſtet, Te eſſe, qvem cu Clariſſimis ævi Viris, ſolum venerabor, & cui perpetu me obſtrictum fatebor; interim in Tui obſeqvium h penna, hic animus æternum jurabit. *Kircheri* de hieroglyphi Aurei Cornu judicium indies exſpectat *Rhodius*, qvod ob it *Naudæi* in Gallias moras nectit. De *Liceto* in nuperrimis lit ris ſcripſi, aliqvid in libro ſuo de *Annulis* meditari. Cornu i ſum æri minuto curabit incidi, &, niſi fallor, figuras hie glyphicas omnes ad res geſtas Haraldi ſolius reſtringet. Qv ſi iteratam editionem pauliſper ſuſpendere velit Typographu breviſſime utriusqve, & *Kircheri* & *Liceti*, mentem ſcripto co ceptam, transmittam, literis enim ipſe, ſi Cl. *Rhodio* per n gotia iterum non liceat, utrumqve compellabo. Advenere h Venetiis exemplaria, Bibliothecis Vaticanæ & Mediolanenſi me comparata, qvæ deſtinavi prima occaſione mittere, ut u diqve Aurei ſcripti fulgor eniteſcat. Retulit mihi conſobrin *H. Fuirenius*, ſe in *Barberini* Bibliotheca *Faſtos Danicos* vidiſ qvibus ſe additurum dixit *Aureum Cornu*, Romam cum il mittendum, qvæ *Naudæo* & *a Puteo* deſtinavit. Feliciter & acc ratiſſime ſectiones Anatomicas peregit Amicus & Fautor meus ſummus Excell. *Veslingius*, veritatis ſummus amator, c etiam more ſolito carmine gratulati ſumus. In Anaſtomoſ Venæ Cavæ & Arteriæ venoſæ diligentius inqviſivimus, ſ inter plurima cadavera non niſi ſemel apertam invenimus, i qve ſingulari cordis conſtitutione, obſtructa via ordinaria p Venam Arterioſam, maxima pingvedinis, ſeu potius phlegm toſi humoris copia utrinqve ſecundum ventriculos exſurgent ut obſervationes *Folii* iſtius, cujus ego in Præfatione mea m mini, plane falſas deprehenderimus, vel potius nimis partic lares: de qvo jam cum ipſo *Folio* agam præſens, dum ad S turnalia huc evocatus ſum. Vale Pater obſervande, & ſer tibi devotum, ſerio porro ama. Venetiis 21. Febr. 1642.

DCLXXI

# DCLXXV.

## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

*tvium.*

uci admodum effluxere dies, poſt datas ad te meas, cum uas acceperim, qvæ de difficultate Monſpelienſi & itineris Itane erudierunt. Ut ex animo lætor ſalvum te eo appuliſſe, iberrimum peregrinationis fructum te reportaturum ſpero; irari ſat neqveo Monſpelienſis Academiæ ſtatum adeo mutaab eo, qvem ego ibidem offendi. Ingenia meliora abſternt poſthac, ne ſe tantis ſtudiorum cauſa exponant pericu- Interim poſthac meminiſſe juvabit. De ſtipendio cum Avo Is votis noſtris annuit, multis a me perſvaſus argumentis. tinuabitur igitur tibi ſtipendium, ſed qvousqve, incertum. iſſime feceris, ſi de *carne lucenti* ei qvæ meditatus es, obtu-, typis deſcripta. Inſtituti te nunqvam pœnitebit. Stipendi- qvod ſpectat Regium, ſine difficultate illud obtineri poſſet *Lælium*, ſi titulo Magiſterii eſſes inſignitus. Jam enim ſtrime urgetur Fundatio Regia, qva cautum, ne ulli niſi lene promoto Philoſophiæ Magiſtro illud conferatur. Siqvid obſtaculo noris remedii, indica, & me cauſæ hujus Patro- invenies paratiſſimum. Si ſimul utroqve frui poſſes, rebus optime conſultum putarem. Qvam primum aliqvid de entia *Liceti* circa Hieroglyphica noſtra olfeceris, commure haud graveris. De Cornu Florentino, vellem, diſertius vanto mecum ageres, an aureum? an magnitudine noſtro ondeat? an iisdem dotatum Hieroglyphicis? an inflatile? ex pluribus laminis conflatum? cui uſui olim deſtinatum? qvicqvid de eo obſervaveris. Si rem hanc peculiari deſtinais epiſtolæ, & ad me, qvam fieri poteſt maturrime, deferuraveris, addam eam iteratæ editioni, qvæ jam eſt in proctu, non ſine nominis tui honorifica mentione. Cum *Fuire* optime curantur, qvæ ſcripſeris. Noſtros omnes ſaluta, rimis *Rhodium*, cujus de *Cornu* meo etiam avide exſpecto icium. Vale, & amare perge. Haſn. 22. Jan. 1642.

# DCLXXVI.

## OL. WORM

### *Thomæ Bartholino.*

*Patavium.*

EX ultimis tuis, Venetiis 21. Febr. datis, te meas, qvas 22. Jan. ad vos dedi, nondum accepiſſe colligo; iis enim & de ſtipendio Finckiano, qvod ab Avo tibi impetravi, certiorem te feci, & qvid de Regio ſperandum indicavi, a qvo unica te jam excludere videtur difficultas: cui obviam ire qva ratione qveamus, tuum eſt arbitrari, meqve de eo inſtruere data opportunitate. Magno me beaveris beneficio, ſi qvam fieri poteſt ociſſime, qvas promittis, *Kircheri* & *Liceti* perſcripſeris de *Cornu* noſtro opiniones. De cornu Florentino, qvam vellem, mihi ſingula, qvæ obſervaſti, particularius & accuratius exponeres, magnitudinem nempe, materiam, figuram; an continuum? vel pluribus conſtans annulis, ut noſtrum? an inflatile? an iisdem aut diverſis præditum Hieroglyphicis? Qvæ communicaveris, meo operi non ſine honorifica tui præfatione inſeram. Aliqvoties ex me qvæſivit Magnificus Dominus Cancellarius, an a te literas acceperim? an brevi ad nos ſis rediturus? amat enim vos ſingulos ob Parentis merita, te vero inprimis, cum multa de tua induſtria & in meliori Literatura ac Medicina profectu ipſi deprædicaverim. Vale, & fratres ac conſobrinos meo nomine ſaluta, inprimis *Henricum*, cujus indies exſpecto ad ultimas meas reſponſum. Hafn. 26. Mart. 1642.

# DCLXXVII.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QVod nuperrimis meis promiſeram, ita volente, qvem hoc ſpectabat negotium, jam demum tibi ſiſto, utinam tempeſtive, ob operarum veſtrarum fervens ſtudium. Redditæ mihi nu-

dius

dius tertius literae ad meas reſponſoriæ ſummi Italiæ Philoſophi & Antiqvarii *Fortunii Liceti*, de Aurei veſtri Cornu interpretatione, a me per literas Venetiis nuper datas efflagitata, qvæ his verbis in data ad me Epiſtola, poſt alios diſcurſus, concepta legitur: „ Ad explicationem poſtea vetuſtiorum Emblematum Aurei Cornu Danici qvod artinet, eqvidem in „ Cap. XL. voluminis de *Priſcorum Annullis* hujuscemodi rem „ ago paulo diligentiori diſſertatione. Cujus ſumma eſt, Cornu fabrefactum fuiſſe juſſu Regis antiqviſſimi apud Cimbros, „ non in alium uſum, qvam ad tentandam Præſidum vigilantiam in regendis Provinciis, & populorum integritatem „ in abſtinentia a furtis; ideoqve projectum expoſitumve fuiſſe in bivio Ripenſi. Simulacra vero in eo formata cenſeo „ nihil aliud indicaſſe qvam Optimi Regis Danici mores & attributa, tum belli tum pacis tempore Regnum ſibi ſubjectum „ bene gubernantis. Qvam opinionem ex apta ſingulorum Emblematum explicatione confirmo, diſtinctè qvibusqve particulis eorum examinatis, Incluti *Wormii* diligentiam ſuſpiciens, & ab ejus placitis non admodum diſcedens, etſi non ſemper iis adhærens. Hæc ea ſunt, Vir eruditiſſime, qvæ feſtinanti calamo potui nunc occupatiſſimus elegantiſſimæ epiſtolæ „ tuæ reſpondere &c. „ Reliqva ejus Epiſtolæ verba fuſiora non referam, qvia ad rem hanc nihil faciunt. Nomen Regis non expreſſit, qvum ſine dubio *Frotonem Magnum* velit, armis & gloria illuſtrem. Liber *de Annulis* necdum in lucem prodiit; qvamprimum prodierit, ejus capitis contenta perſcribam; interim qvum craſtino die mihi ad Clar. Viri literas ſit reſpondendum, dubia mea proponam, qvæ conjecturam illam primam vix admittent. Qvo enim teſte evincet, tali expoſitione ſubjectorum fidem exploratam in re viliori tentandam & minus conſpicua? Emblematum expoſitiones majorem veri ſpeciem præ ſe ferunt, qvas facili negotio ad unius Regis mores ex tuis conjecturis moralibus arctabit. Tamen qvum Hieroglyphicorum ſignificata ad veterum Ægyptiorum & Romanorum ſenſum mentemqve interpretetur, dubium mihi, a Te facile, ut ſpero, ſolvendum, utrum veteres noſtri Dani iisdem Emblematibus res ſignarint? a qvibus ea communicata, & in Septentrionem traducta, veſtigiis Authorum edoceri vellem: Sin Romanorum & Ægyptiorum fama & ſecreta ſcribendi ratio illis ignota fuit,

veriſimile apparet, diverſis qvoqve notis interiorem mentem occultaſſe, adeoqve Hieroglyphica aurea ad ſenſum Orientalium vix poſſe accommodari. Sed hæc aliaqve levidenſia facile diſcuties, cui in omnium ſeculorum arcana ſummum imperium conceſſit Deus Immortalis. Cornu Florentinum, cujus deſiderio te teneri humaniſſimæ literæ nuper teſtabantur, brevi depictum magnitudine & figuris ſuis inſignitum mittam, qvamprimum Amicus, cui Florentiæ id negotii dedi, per ordinarium internuncium remiſerit, qvod ſtatim proxima hebdomada futurum confido. De *Kircheri* judicio adhuc nihil, propter abſentam *Naudæi* affertur, ſpero tamen literis meis eum aliqva redditurum. Non enim piguit aut pigebit hunc calamum famæ Nominis tui conſecrare, omnibusqve, qvos ætas noſtra colit, hujus laudes & divinas dotes ſiſtere, in qvas jamdudum cœli conſpirarunt & doctorum ſummi. Qvantum vero Tibi virtutibusqve Tuis debeam, nullos unqvam ignorare patiar, nec deprædicare deſiſtam, qvia indies illarum argumentum debita animi veneratione ſuſpicio. Muſæ noſtræ innocentes tibi debebunt in æternum, qvod ſubſiſtant. Dubium Avi animum in partes noſtras flexiſti, &, niſi valde fallor, ad ſuperioris beneficii uſuram, exactis *Lælii* annis, auctoritate tua perduces. At ſine laurea ulla caput nudum contemnent ſeveriores? Regiæ Majeſtatis rigorem temperabunt æqviores Interpretes, vel Licentia in utraqve facultate donatum admittent, qvam hic vel alibi locorum, dato publico eruditionis ſpecimine, minoribus impenſis de facili impetrabimus. Primæ Laureæ conceditur beneficii fructus, cur non a ſuprema proximæ? Tuum erit, Pater Optime, pro arbitrio omnia moderari, ſortemqve temperare, ut viſum fuerit, ejus qvem pro cliente tuo hactenus agnoviſti. Vale, ſummum ſeculi docti decus & porro fove

devinctiſſimum Tibi

Thomam Bartholinum Caſp. F.

Patavii 20. Martii 1642.

DCLXXVIII

# DCLXXVIII.
## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

*tavium.*

'Empeſtive ſatis ad me delata eſt Clariſſimi *Liceti* de *Cornu* noſtro judicium. Qvamvis enim in cudendis Monumentis upetur Typographus noſter, priores tamen tres ſaltim abſol- libros, in qvarto locum obtinebit *Cornu*, cujus editionem, lente etiam *Rhodio*, differam, usqve dum cenſuram *Kircheri*, ıismatis Trojani apud *Rhodium* extantis delineationem, & ıu Florentinum a Te mihi promiſſum, nactus fuero. Cæ- m vehementer mihi placet *Liceti* inſtitutum, etſi videam ı in qvibusdam a me diſſentire, fundamentum enim ſuarum litationum ex meis depromit, & illud qvod ego ad calcem tatus mei, aliis tractandum reliqvi, opportune arripit, et ſuo exemplo errare invidos ac moroſos qvosdam apud , qvi palam profiteri non verentur, dignum hoc ſubjectum eſſe in qvo horæ aliqvot perdantur, nec tanti eſſe ut tem- is ullam extrahat partem. Cum tantum Virum in hiſce de- ıre intelligam, nunqvam impenſi laboris me pœnitebit. Sunt , in qvibus diſſentire incolumi ſemper licuit amicitia, modo injuriis, ſed rationibus res agatur plauſibilibus. Nolim igi- le dubiis, qvæ multa occurrere poſſunt, ei faceſſas negoti- , ne irritatus ab incepto deſiſtat & benevolentiam in vindi- convertat. Subditorum fidem hoc pacto a *Frothone* explo- m Saxo docet, loco ad calcem libri a me allegato, qvi cul dubio *Liceto* de hiſce cogitandi occaſionem præbuit. *roglyphica* qvod attinet, certum & ratum, qvod no- tia cum Ægyptiis in multis non conveniant. Nec enim *topos*, *Iſides* aut alia ejus generis monſtra expectabis, ſed ab nalium qvorundam, & rerum aliarum ſibi familiarium pro tatibus multa ſunt mutuati, ut docent adhuc apud nos ex- ia ſaxa & monumenta a me delineata. Sed qvæ mea ſit Danicis Hieroglyphicis ſententia, ſiqvidem in tractatu de *nu* pag. 49. 50. & 51. ſufficienter, ut puto, expoſuerim, hic a non addo. Cumqve talia ſint, ut propter diverſas qvæ

 eidem

eidem rei inſunt proprietates, diverſimode etiam explicari poſſint
ut de Scythicis ibidem docuimus, non mirum ſi in diverſas opi
niones diſtrahantur interpretes. A me diſcedant alii probabili
bus inducti rationibus: tantum abeſt litem ipſis ſim moturus
ut gratiam potius debere me fatear, modo candide ſine convi
tiis, ut Viros bonos decet, mecum agant, & humanæ memo
res ſint conditionis, ad lapſum & errorem pronæ. Florentini
cornu acceſſionem noſtro futurum ſpero inſignem, non ſine
grata tui memoria, *Kircheri* præſertim ſi acceſſerit judicium.
Huic enim Viro in hiſce multum tribuo. Vale. Hafniæ 16.
April. 1642.

## *DCLXXIX.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

FEſtinans nuper manus non pauca excluſit quæ ad judici
tui tribunal ſiſtenda fuiſſent. Qvare poſtliminio jam reverſ
officii debiti telam reſumpſit. Qvid *Liceto* noſtro Clariſſim
de *Cornu Aureo* in mentem venerit, ea qva ad me perſcripſit fi
de retuli. Nihil vero ab illo tempore prioribus addidit, niſ
commune gaudium qvod prodituri *Monumentorum* Tuorum *Da
nicorum* operis fama excitavit. Aliorum tamen doctiorum vot
eo inclinant, ut ſeparata in publicum exeant diverſi argument
monumenta, neve communi copula jungantur *Monumenta* cun
*aureo cornu*, qvam curam ego Authori Excellentiſſimo, cui fact
ſui & conſilii ratio conſtabit, puto relinqvendam. Faceta ali
ingenia neſcio qvid de cornu aureo jocantur. Qvia de *Cornu
bus* nobis ſermo eſt, ſed alienis, nec a nobis poſſeſſis, Cor
nutus qvidam dubium mihi movit, a te facili negocio ſolven
dum. Qvum nuper Hiſtoriam inclyti Scriptoris *Thuani* vol
verem, incidi lectionis ordine ad librum *Hiſtoriarum* 123. ub
cornuti illius *Fr. Trovilluvii* circa annum Chriſti 1599. in Gal
lia oberrantis ſeriem exponit; non dubitavi qvin ex eodem ho
authore hauſerit *Emanuel Urſtiſius* id, qvod ad *Fabricium Hil
danum* perſcripſit, niſi aliter perſuaſeris prompte crediturc

Neqv

qve ſcio an hujus cenſus eſſe velis qvod *Abenzoar* l. 1. *Thei-* tr. 6. l. 2. c. 5. de qvodam homine narrat, cujus dorſo con- :tum os inſtar cornu, non ita tamen durum ut os naturale, rexit. Et qvod de ſe ipſo ibidem ſubjungit, natum ſibi ſuper rſum os graviter moleſtum craſſa vacuantibus pharmacis & plaſtris diſſolutivis ademiſſe. Qvibus ſimilia ex *Ingraſſia* in reo Tractatu p. 13. obſervavi. Qvid porro *Cornu Ammonis* ud *Plinium*, *Geſnerum*, *Agricolam* ſit, clarius nobis explica, ale in Muſeo ſuo aſſervat *Fr. Calceolarius* Veronenſis, ſicut latur in edita *Muſei deſcriptione*, Sect. 3. ubi inter rara alia nucodiatam delineavit ſuis coloribus, ſed ſine pedibus con- cuam, qvamvis pedes eam habuiſſe non inficietur, qvales illa viſebantur, qvam nuperis annis ex belgio Tibi transmiſi, cornu illo Florentino per amicum *Rhodii* noſtri, refertur, od non unum ſolum ibi ſit, qvod viſum mihi ſed plura riis emblematis & literis antiqvitatem ſapientibus inſignita, æ omnia accurate depicta qvam citiſſime mittet conductus : pictor. Ex Ebore conflatum inſigni opere variis animalium uris per circulos diſtinctum idem narrat, cum hac inſcripti- e INFANTE DOM LUIGIS. Qvamvis ille non bellico uſui dit apud Turcas inſerviiſſe, qvod tamen incolæ mihi retule- it, ſed potius venationi, ex animalium ſerie conjectet. Qvis ans ille fuerit, ex vett. Annalibus & Hiſtoricorum fide dili- nter interim inveſtigabimus, donec proximus internuncius a cornua depicta & deſcripta attulerit. Hiſce diebus titulus ri cujusdam Anonymi nobis oblatus fuit, qvæ ſe probaturum tat, chylum omnem immediate & ventriculo ad hepar defer- inteſtinis inſalutatis. Qvod de univerſo chylo an ſit proba- us valde dubito. *Kircheri de Magnete* Opus ad iter para- n habet Conſobrinus *Fuirenius*, qvi hæc rariora ſemina per transmittit. Ego qvo minus paria faciam, pondere litera- n impedior. Vale Raptim Patavii X. April. 1642.

# DCLXXX.
## OLAUS WORMIUS
### Thomæ Bartholino.

**Patavium.**

DE *Liceto* nuper ſcripſi, gaudere me vehementer qvod Vir ille celeberrimus huic operi etiam manum admoveat. Inprimis cum intelligam ad Regem Danum Hieroglyphica dirigere. Sunt hæc ejusmodi, ut facile diverſas admittant interpretationes, qvod pag. 50. ingenue faſſus ſum & exemplo demonſtravi. Qvod reliqvis Monumentis Danicis cornu hoc jungam, cauſas habeo prægnantes. Præterqvam enim qvod monumentum eſſe negare nemo poſſit, an Danicum, dubitare auſus eſt qvispiam apud nos, qvi docuit cornu hoc illud eſſe qvod *Suantovith* Idolum in Rugia manibus geſtabat, de qvo vide *Saxonis* libr. 14. Titulum detorqveant alii pro lubitu; qvid intelligam res ipſa docet. Moros iſtos non Moror. Cornutus ille *Franciſcus*, cujus Thuanus meminit, is ipſus eſt qvem *Urſtiſius* delineat, ſed a *Thuano* neqvaqvam hiſtoriam ſuam eſſe mutuatus. Narrat enim loco a me allegato ſe anno 1598, Pariſiis eum vidiſſe, cornu tetigiſſe præſentibus *D. Jacobo Feſchio* & diſcipulo ſuo *Joanne Echenſtenio*. Rem eandem plures eodem tempore videre poſſunt, & diverſimode delineare. Hic apud nos eſt *Doct. Chriſtianus Fabricius*, qvi eodem tempore Pariſiis fuit ac eundem vidit. *Abenzoaris* locum tibi acceptum fero. Lapis qvi *cornu Ammonis* dicitur, a *Plinio* inter gemmas recenſetur, ſed perperam, ut mihi videtur: delineatur exacte ab *Anshelmo Boetio a Boet.* libr. 2. cap. 246. Mihi unus fuit, qvi convolutum in ſpiram anguem exacte referebat, hunc Magnifico Dn. Cancellario p. m. concedere coactus ſum; qvod ab aliis perſuaſus eſſet, a ſerpentibus conflari & viribus ſtupendis pollere. Vereor ne nimis tibi moleſtus ſim cornuum Florentinorum delineatione. Qvid chylificus ille nobis apportet novi expectabimus. Lacteas omnes ad inteſtina delatas nobis abrogabit prius qvam ſuum obtineat ſcopum. *Henrico Fuirenio* pro transmiſſis ſeminibus meo nomine gratias age; ſi qvid ex iis enatum fuerit, eo ipſe ad nos redux gaudebit. Audio enim

reditum

ditum ad nos anno ſeqventi moliri, Deus ipſum conducat t ſalvum videamus. Qvia non dubito qvin librorum & alio- ım, qvæ apud nos aut rara aut nimis chara, præclaram ſibi ſit omparaturus ſuppellectilem, monere volui, Aldrovandi opera actenus Bononiæ excuſa a Bibliopolis Amſterodamenſibus hic endi 80. Imperialibus, qvæ procul dubio minori apud vos ha- ebit precio. *Kircheri Magnetem* valde commendari audio, nagno me beavit beneficio, ſi transmiſerit, de precio ubi ad ios redierit conveniemus; Tuas laudes in Præf. libri 7. *Prax. Hiſt.* decantantem *Zacutum Luſitanum* nuper vidi, Vale & Vi- ge. Hafnia 5. Maji 1642.

## DCLXXXV.

## THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

Binis meis non ita pridem amandatis literis, omnia expedi- vi, qvæ veſtris, 26. Martii exaratis, erant conſignata. De utroqve ſtipendio certior, illic ſpe, hic longiori uſu fructu au- ctus, meritas grates illi verbis rependi, qvi fortunæ meæ au- thor, jure ſibi omnia mea vindicaret. Dubium de gradu expe- divi, ſi ſuperi velint. *Liceti* ſententiam, ad me perſcriptam retuli, fuſiorem additurus, ubi in librum illius incidere dabi- tur. Heri Patavium venit, hodie de hac re mihi conveniendus. Florentinum cornu indignabundus exſpecto, propter ejus mo- ram tædioſam, cui hoc negotii ſerio dedimus. Partus tamen brevi inſtabit, niſi ſit Elephantus. *Kircheri* qvoqve reſponſum indies, non ſine ſpe, exſpectamus. Interim per amicum, Au- ream diſſertationem Mediolanenſi Bibliothecæ nuper miſi, Ve- netiis emptam, ubi inter rariſſima ſeculorum omnium monu- menta, velut inter cætera metalla aurum, juſto ſplendore eni- teſcet. Magnifici Cancellarii in me affectum tibi imputabo, ut auctori, qvem ſi auxeris, ſumma felicitate auctum me tua fa- cilitate, prædicabo. Vaga mea ſtudia ſi eſus aſſenſu in certum finem fixeris, illuc tutius collineabo, & colligam tela, qvæ ob ſcopi ultimi incertitudinem diſperſa varia volant & incer-

ta.

ta. Certa ſtudiorum generi me parem præſtabo, ſi certior ſi Aliis ſubſidiis ſi deſtituar, Medicinæ me involvam, ( πρὸς τὰ ἄλφιτα eſſe ſolet. Totos enim dies cum Exc Sala praxin inſpicio, & varios morborum caſus & re dia, qvæ mihi forſan, ſi patria voluerit, ornamento er potius qvam utilitati. Cæteris igitur diligentiæ meæ mo mentis non poſſum vacare, qvæ in charta ſignata hac ſpe mi ut, ſi qvid in his occurrat, communicare non dedigner qvi utramqve in omnibus paginam facies. Vale, unica f fortunæ noſtræ, & indignum licet, favore tuo proſeqv Raptim ex temporis neceſſitate, Patavii XXIX. Maji 1642.

## DCLXXXII.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Patavium.*

TUas XXIX. Maji datas 16. Jun. probe accepi, ex qvi colligo, nondum redditas, qvas menſe Aprili & Majo Vos dedi. Interim, qvid, tui cauſa, in ſtipendiorum egerim ne tio, te intellexiſſe gaudeo. Avum enim hoc anno M ſuum numeraſſe ſcio; de reliqvo ſuo tempore videbimus. C cellarii in te affectum non deſinam data opportunitate firm ſolet enim qvandoqve, num a Vobis literas habuerim? in rere. Miſſum tractatuum tuorum oſtendam catalogum, haud parum ipſum recreabit, tibiqve favoris dabit augment De *Unicornu*, eſſent forſan, qvæ tuo propoſito inſervire poſſe tam icones qvam rerum momenta. Vidiſti, qvid de eo ege obiter in Corollario ad *Diſputationem* meam *ſecundam Inſti tionum*, ad *Membrum* 3. *Cap.* 2. libri Parentis tui de *Unico* ſpectans. Habui enim in manibus, ac pro lubitu tractavi, genuina ſua magnitudine & proportione delineari curavi cra um integrum hujus animalis, cui illud, qvod cornu voca adhuc inhæſit, cum tamen cornu neqvaqvam ſit, ſed de ut docuit αὐτοψία, & rationibus firmis evicimus. Fruſ lum ejus Pharmacopœus noſter, a Regia Majeſtate ſibi tra

tu

tum, calcinatione, ut vocant, Philoſophica (qvæ per calidum fit liqvoris vaporem) præparavit, cujus etiam mihi copiam fecit. Hoc in tenuiſſimas laminas reſolvebatur, qvod in cornibus ita calcinatis non contingit. In dente Roſmari & elephanti idem experimur. Hujus animalis (cetus namqve eſt) iconem, ſed rudiorem, mihi tranſmiſit Epiſcopus Islandiæ Borealis, *Thorlacus Sculonius*, qvi cum glacie Grönlandica eo appulſum vidit. Minutiſſima cranii & dentis hujus rimatus ſum, & fuſiùs in Prælectionibus de rebus in Muſeo meo exſtantibus, deſcripſi, atqve in icone Auditoribus oſtendi. Eſt mihi fruſtum duarum librarum pondo, corii item particula ex cranio abraſa. Si omnia, qvæ hic obſervaverim, & notaverim, enarrare vellem, libri mediocris implerem chartas. Tibi tamen ſuo tempore, ſi Deus vitam & valetudinem conceſſerit, communicabuntur omnia. Studiorum qvod ſpectat ſcopum, tibi Medicinam hactenus propoſitam, perſvaſi ſumus, qvo fine & tibi ſtipendium utrumqve conceſſum, nullis aliis uſibus impendendum. Hinc igitur te dimoveri ſi patiaris, & ſpe de te nobis concepta excidamus, ne repetundarum te reum reddas, vide. Interim Philologica & Philoſophica aliud agendo horis ſubciſivis qvod tractes, recte facis; de reliqvo Dominus providebit. Cum Avo egi, (hoc tibi in aurem ac nemini, niſi in tuam perniciem, revelandum volo) ut, ſi jam, completo curriculo, ad nos redires, (qvia ipſe jam emeritus, & officio publice docendi vacare neqvit) te ut vicarium ſubſtitueret; ſi hoc pacto pedem in Academiam ſemel intuleris, haud facile inde dimoveri poſſis. Nec diſplicuit conſilium. Deus modo ipſum in reditum tuum ſervet, ſucceſſu non cariturum conſilium ſpero. Plura, qvæ me in gravi hoc Rectoratus premunt onere, non permittunt negotia. Intra paucos menſes *Monumentis* meis finem imponet Typographus. Vale. 20. Jun. 1642.

## *DCLXXXIII.*
## THOMAS BARTHOLINUS
### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

CORnuum Florentinorum iconibus tandem potitus hac levi vetuſtatis externæ acceſſione auctiorem Tractatum veſtrum

prodi-

proditurum non tam meo qvam Reipubl. literariæ nomine gaudebo, qvæ ipſo venerandæ antiqvitatis fulcro niſi ſuſtentaretur, de brevi futura ruina metuerem. Atlante te ſalvam ſpero & auguror, qvi ejus majeſtatem ſolus inter taciti ſeculorum ſilentii tenebras ſuſtinuiſti, eruſti primus. Loqvetur poſteritas grata, qvod mordet invidentium livor. Novum ſeculo huic non eſt, omni ævo in canina familia uſitatum, conatus majorum odiſſe qvos aſſeqvi per genii infelicitatem vel non poſſet, vel non vellet per ignaviam. Semper tamen inter tam ſordidas mentes ſublimius evecta virtus ab aliis vel neglecta vel deſperata feliciter expedivit, tempſitqve invidos, qvorum miſeræ conditionis fatum ſeqvuturum tempus deplorabit. Te, Virorum maxime, hoc nomine amant omnes & venerantur, qvod ſeculum noſtrum diutius latere non permiſeris, qvæ a majoribus noſtris effecta de illorum pariter & Tuo teſtentur ingenio. Ad teſtimonium non vocabo tot Belgii, Angliæqve lumina, qvæ præſens vidi virtute & fama tua obſtupeſcere. Qvid ſentiant de illa Italorum noſtrorum delicata ingenia, Te non ignorare ſinemus. Loqvantur propriis verbis *Kircherus*, *Ferrarius*, *Puteanus* Eqves, *Licetus*, *Naudæus*, Viri ad æternitatem dudum deſtinati, qvorum de *Cornu* judicia publicis typis meditor ſubmittere. Qvid autem ad *Cornu* tuum hæc Florentina? Ex opere impari dignitatem veſtram æſtimabit orbis. Deeſt enim his ex auro precium, ex *Wormii* genio lumen, ex antiqvitate veneratio. Utrumqve ex ebore formatum antea ex relatione fida ſcripſi. Author primus Rex, ut videtur, Luſitanicus, qvem ex Hiſtoriis accepimus Barbariam reliqvasqve orientis plagas occupaſſe. Figuræ inſculptæ ad venationem omnes tendere videntur, cui forſan primo deſtinata. In triremibus autem Turcicis a Magno Florentiæ Duce occupatis vice buccinarum inflata ad pugnam incitarunt. Qvo id tempore ſit factum, expiſcari non potui. Cornua ipſa vetuſtatem qvidem oſtentant, ſed a multis ſeculis non repetendam, qvippe Eqvites venatoresqve hinc inde depicti conſpiciuntur calcaribus eqvos ad curſum incitantes, qvæ qvidem calcaria non niſi poſteriorum ſeculorum inventum eſt, qvum antiqviores eqvos calcaneo ſolo concitarint, ut Antiqvarii proponunt & Statuæ Romanorum omnes demonſtrant. Chriſtianorum vero opus primum fuiſſe, ſculpturæ docent,

qvas

iş & Mahometani & Judæi omni ævo abhorruerunt. Crux eterea evincit ſignum expeditionis Chriſtianæ in Orientem. ignia in altero Cornu eminentia Luſitanorum Regum propria : illius terræ gnari mihi retulerunt, qvibus & Infantis titu- tribui ſolet, ut proprius. Alia ex defectu & Hiſtoricorum Relationum de his referre non poſſum. Magnitudinem ju- n pictura oſtendit, reliqvaqve fideli opera adumbraſſe picto- n a me precio conductum teſtatur amicus *Rhodii*, cui id ne- tii datum fuerat. *Licetus* noſter humaniſſimus nunqvam ro- e deſiſtit, ut data per literas meas occaſione *Wormium* offici- ſſime ſalutem, cum promta affectus oblatione. Abſoluto ı contra *Galilæum* libro, typis brevi ſubjiciet Opus ſuum de *mulis*, cujus Caput XL. curſim percurrens, multa egregia in dem antiqvitatis noſtræ & Authoris *Wormii* deprehendi cum ctiſſima Hieroglyphicorum enodatione parum a Tuis diverſa. rda novem totidem Cimbrici Regni Provincias (Syſſeler ſtas nobis) denotari arbitratur, nec conſentit in explicatio- Circuli Tertii, ubi per hominem alterum vulnerantem vilinarem pœnam hoc argumento non ſignificari evincit, od & in abdomine ventrisqve parte anteriori pluribus fiſſu- vulneretur, qvum illa Aqvilinaris tergum ejusqve coſtas abus tantum divaricationibus diviſerit. Sed dubia res ut tias admittere ſolet interpretationes, ita unicuiqve de laude ri contribuit, qvam nullus, niſi Dis iratis natus, Tibi dero- bit, authori antiqvitatis noſtræ & unico defenſori, cui in ernum debebunt qvicunqve patrii amoris ſcintilla vel mini- ı calent. Qvo nomine qvum publice me qvoqve devin- ım teſtabor, domeſticis beneficiis in præſens omiſſis, id lat a favore tuo impetrandum, ut patriam & me lumi- & affectu proſeqvaris pro ſolito. Vale Patriæ decus, co- nen meum, & pro meritis ſeneſcentem orbem comitare ti ævo. Pat. 26. Jun. 1642.

## *DCLXXXIV.*

## OLAUS WORMIUS

*Thomæ Bartholino.*

T operæ & ſumptuum in procurandis cornibus Florentinis impenſorum faxo ut haud pœniteat. Gratiſſima qvippe fu- ere

ere & exſpectata. Transmiſſa mox ſculptori tradidi, qvi minori forma exprimet, ut Diſſertationi meæ commode annecti qveant, ſed non ſine tua hiſtoria; conſtitui enim vel integram vel maximam partem tuæ addere Epiſtolæ, ut primus ipſe ſis, qvi hæc in lucem protraxeris, & publicum tui erga me extet affectus teſtimonium. A magnis iſtis ingeniis apud vos tanta non exſpectaveram; bene ipſis ſit! Hic habebit, in qvo dentes frangat adverſarius *Svantovitianus*. Eruditiſſimum *Licetum* viciſſim data occaſione ſive per literas officioſe ſaluta meo nomine, eiqve gratias age, tum pro amica cenſura, tum qvod Aqvilonares haſce Antiqvitates dignas judicet exactiſſimi ſui ingenii luce; Et ego & univerſa patria plurimum huic Viro nos debere fatebimur qvippe qvi primus inter Italos ſuo calculo in publicis & eruditiſſimis ſcriptis eas approbare & commendare haut ſit dedignatus; favorem tantum Magni hujus viri meritis ac mutuis officiis excipere ego pro virili allaborabo. Qvæ de IX. cordibus commentatur, rata ſunt, & evidens teſtimonium Danicæ poſſeſſionis. Nec de Aqvilina plaga multum repugno, Interim meminerit rudem plaſtæ manum omnia eo ævo ad amuſſim exprimere haud potuiſſe. Nec ego pro rato habeo, exacte pœnam illam ibi exprimi, cum expreſſe ſcribam, me ſubdubitare, an eo referri debeat, ut videbis, textum ſi conſulueris. Interim hic commode inſeri poſſe ritum iſtum, a paucis animadverſum, nec, qvod ſciam, ab ullo ante me publicatum, exiſtimavi, Sed de ejusmodi facilis inter nos erit conſenſus, cum, qvæ protulerim, non tanqvam decreta prætoria, ſed ut probabilia aliis examinanda exhibuerim, huic ita incumbens negotio, ut, ubicunqve ſe obtulerit occaſio, qvæ ab aliis de priſcis noſtratium ritibus antea non divulgata vidi, ea propalare haud deſtiterim, ut ſenſim Majorum noſtrorum neglecta reſurgeret gloria. Hæc, ut Tibi mens mea de ejusmodi conſtaret, celanda non duxi. Vale, & patriæ bono vige. Hafn. 20. Jul. 1642.

Fratrem *Bartolum*, ut, qvantum poteſt, reditum ad nos maturet, hortare, ob cauſas ſibi, ut ſpero, jam notas.

DCLXXXV.

## DCLXXXV.

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*laſniam.*

EX tribus qvas menſe Aprili, Majo & Junio recte accepi, indefeſſum & ſollicitum in promovendis rebus meis ſtudium uum ſatis intellexi, nec aliud mihi relictum, qvam ut Tibi e meaqve in æternum conſecrem. Revelata mihi preſſo ore rvabo, dubia qvamvis, veſtræ tamen in me curæ evidentia gumenta. Corollarium illud de *Unicornu ſuppoſiticio* dudum eo autographo adjunxeram, & nunc gaudeo in eam rem mihi ura documenta ſuppeditata & iconem ejus extare apud vos; vam facile impetrabo ab eo qvi laboribus meis favet. Deli-:ationem Unicornu Fridericiburgenſis ab ſororio meo, *D. Ja-ibo Matthiæ* mihi ſpondere auſim, ex anglia enim, Gallia & elgio exſpecto ab amicis, qvæ ibidem vel vidimus ipſi vel ſer-ıri fando accepimus. Aliqvas Unicornuum ſpecies a *Patre* præ-:rmiſſas diligenti lectione adjunxi, ut Bucampen Unicornem *F. Columna* annotatum; Scarabæum unicornem & ali-s. Qvis autem ille piſcis Illetiſ in Indico mari freqventiſ-mus, unum cornu gerens, de qvo ex L. Romano *Renodeus* l. 3. benter edocerer, uti & de avibus Æthiopicis, qvas Unicor-es vocari apud *Ælianum* reperi. Ab Avo nuperis literis ali-va lucentium animalium documenta ſollicitavi, ut iis potirer nteqvam librum meum typis committam. Bononia qvoqve b *Aldrovandi* hæredibus reſponſum expecto, an de his, ut ama eſt, aliqvid in ſchedis reliqverit. Alia propter urgens Con-iliarii munus, refugienti impoſitum, in præſens differre cogor. 'ale, & me ama. Patav. 7. Auguſt. 1642.

## DCLXXXVI.

# OLAUS WORMIUS

## *Thomæ Bartholino.*

*'atavium.*

NOvos honores Conſiliarii ut tibi gratulor, ita ad majores in patria olim obtinendos aditum ut ſtruant, ex animo

voveo. Conatus tuos ut qvantum in me eſt promovear
nem capitis unicornis cum dente, qvod manibus hic t
& accurate per pictorem in debita proportione exprimi
transmitto in arctiorem tabellam redactam. Cujus hic erat
Cranium ipſum mandibula inferiori deſtitutum, nullisqv
ter magnum hunc præditum dentibus, colore erat griſeo
cante, qvalis oſſium eſſe ſolet aëri diu expoſitorum & ad
dinem tendentium, inæqvalibus variis foraminibus & pr
rantiis præditum, qvibusdam ſcabrum, ſubſtantia oſſis
natura poroſiore exiſtente, partim a cutis particulis &
tenaciter ei adhærentibus talis reddita: Figura triangulari
in longitudinem protenſa. A vertice ad extremitatem pre
dis ſeu tenuioris ejus partis, cui dens inſerebatur, duos
habebat pedes Romanos. Ab unius latioris proceſſus qv
firmabat & oculum dextrum muniebat extremo, ad ult
proceſſus qvi ſiniſtrum tegebat, cranii latitudo erat ped
us cum ſemiſſe. Ea enim parte latiſſimum erat. Hinc
tim gracileſcere & imminui cœpit, in extremum usqve
Occipitium in diametro pedem paulum ſuperabat. Sed
mitas oris parte ſiniſtra, cui dens inſerebatur, pollicum er
um cum dimidia, ſubſtantia fungoſa. Dens ipſe intege
erat, ſed tertia ferme ſui parte mutilatus, qvinqve interi
des longus, duos pollices ſi exceperis, craſſitie, in
li. Baſeos, qvæ fundum cavitatis ſeu alvei occup
diameter duorum erat pollicum, circumferentia ſex
dimidio. Hinc paulatim in ampliorem ſurgebat molem
qvedum cancellis alvei liberatus, libere vagari cœpit. I
ſus alveum, in diametro tres ferme habebat pollices, in cir
ferentia octo. Diameter ſummitatis, cujus portio periit,
licis erat unius cum dimidio, circumferentia qvinqve.
qvo qvanta ejus deſideretur pars facile colligere licet.
ram eandem obtinebat, qvam reliqvi omnes hujus ge
Multa mihi ſcribenda de eo ſuperſunt, qvæ hujus chart
guſtiæ capere neqveunt. Vide qvædam hujus dentis exper
ta apud *Philippum Hechſtette… in Obſ. Med.* decad. 5 caſu
liqvot ex animalibus, qvæ Tu ad claſſem Unicornuum r
Rhinocerotis titulo ab aliis inſigniri animadverto. Cuju
neris eſt ſcarabæus ille unico-cornu præditus, qvi hoc
præter ſolitum, freqventiſſimus erat in hortis noſtris, e

aliqvos collegi qvos in Muſeo ſervo. *Aldrovandus* & *Ferran. Imperatus*, qvi diligentiſſime eum delineavit, ſcarabæum Rhinocerotem vocant. *Ludovicum Romanum* obiter pervolvi, ſed de piſce *Illetiſ* ex *Renodæo* adfers, apud ipſum invenire non ui. Si qvis ſit ejus generis a noſtris, qvi circa Grönlan- n ſtabulantur, non multum differre arbitror. Qvod *Ælian.* libr. 17. c. 10. aves unicornes in Æthiopia naſci ait; de illa intelligendum arbitror, qvam Indi *Topau* vocant, alii *Rhino- ntem.* Hujus accuratam deſcriptionem apud neminem adhuc re licuit. Conjecturas qvasdam proponit *Aldrovandus* libr. *Ornithol.* Cap. 20. Sed Curioſis vix ſatisfacient. Ideam capitis transmiſſis picturis exhibet, ſed qvam ego hic tibi mitto, vivum ex ipſo cranio qvod in Muſeo meo teneo deprompta hoc autem ex india Orientali ſecum attulerunt mercato- noſtri. Ex qvo apparet illud qvod cornu vocant, propri- nu non eſſe, ſed molliorem apophyſin qvandam, in eam m vides formam a Natura effectam. Elegans alioqvin ro- m eſt & mirum; coloribus, luteo, albicante, purpureo nigro pulcre variegatum, magnitudine ſpectabile utpote d pedem Romanum longitudine attingit, latitudine uncias nqve in Hiſtoria Muſei noſtri accuratius illud deſcripſimus. ontes Unicornes in Boruſſia inveniri refert *Erasmus Stella* ca calcem lib. 1. *Antiqvit. Boruſſ.* In Regno Basman unicor- eſſe docet *M. Paul Venetus* l. 3. *de Reg. Orient.* c. 15. qvo- n tamen deſcriptionem apud ipſum ſi expenderis, per Uni- nu Rhinocerotes eum intelligere videbis. Id etiam intelli- dum venit de iis, qvos in Regno Lambri conſpici dicit. æ de Lunariis & noctu lucentibus commentatus eſt *Com- merus*, vidiſſe te puto, *Fuirenios* & fratres officioſe ſaluta. ra volentem & negocia publica & chartæ retrahunt angu- . Vale qvam feliciſſime. Hafnia 26. Auguſt. 1642.

## DCLXXXVII.

## OL. WORM

### *Thomæ Bartholino.*

*avium.*

On te, curis publicis impeditum, multis detinebo. Ver- bulo ad ultimas tuas, 9. Octobris datas reſpondebo, cum

& me publica urgeant. De turbis Italicis qvædam ex riis percepimus chartis, ſed ſtatum rei, qvalem nol neas, ita nondum accepimus; gratum igitur fuit, in dine res verſetur, cognoſcere. Affinis tui literas qvod de iis nihil mihi conſtat, niſi qvod narraſſe eum men ſe conſuluiſſe, ut qvandoqve data opportunitate ad C rium & D. *Fabricium* ſcriberes. Et certe valde mihi p conſilium. Jam ſtatus Italiæ tibi commoditatem præbet o adde inſtituti tui rationes, utqve conatibus faveat, roga tibi in patria ſperandum, qvo ea collineare ſtudia t ſint. Cum *Fabricio* facile invenies qvod tractes, dubi occurrant *de carne lucente*, deve *unicornu*, aut aliud hæc tibi præparabunt expeditam ad altiora. Oportet c qvi emergere ſtudet, Patronos prenſare, & ſeſe eorun inſinuare, qvod commodiſſime literis fit, qvas nullus fe tus; & qvia ſtyli tui elegantia delectari eos novi, qvid dum tibi ſit, vides. Ne latum qvidem ungvem a prop dimoveri ullius perſvaſionibus ſinas. Urge ſedulo art dicam, ut ſoles, & ad amœna Philologiæ vireta defeſſu de recurre. Qvæ bono publico meditatus es, ut tanden videant, cura. De cæteris Dominus providebit. Hac ſ na finem meis *Monumentis* imponet *Marzanius*; ſi ull ne fieri poſſit, ut ad nos deveniant, procurabo. Miror tu ſuo ad nos nihil aut Fratrem aut *Fuirenios*, qvos in ſpectamus, nunciare. Saluta omnes & ſingulos. Qv ſemeſtre per *Elzevirium* afferendum juſſi, an acceperiti nobis. Vale. 28. Octobris, 1642.

## *DCLXXXVIII.*

## THOMAS BARTHOLINU

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Pro-Rectoris & Syndici munus mihi repugnanti impoſitum, ſilentium literarum in & inducias. Nunc vero ex modeſtia, ad evitandam invic majores ambientium turbas, omnibus officiis in præſent

& Profeſſorum reſignavi ſervato ſolo titulo Pro-Rectoris
vilegiis. Unde ad ſtudia lætior campus redit, qvem im-
:runt negotia. *Anatomiam* meam Bibliopola *Frambotus*
ere geſtit, paratis ad id. omnibus neceſſariis, ut cum Ley-
ıus certet. Figuras antiqvas eliminabo, novasqve ad vi-
inſtanti ſectione pingi & ſculpi curabo. Operam hic ſu-
'oqve addixit mihi Cl. *Veſlingius* Anatomicus, ut ſperem
ſucceſſurum opus. Si qvid mutandum aut addendum judi-
s, pro candore tuo ſignificabis, & qvid de dedicatione
nes faciendum. Reliqva mea Opera propter hoc jam dor-
. De *Luce Animantium* tamen per occaſionem expediam.
ille piſcis ardentibus oculis in Norvegiæ mari, de qvo
*lib.* 2. *c.* 3. ſcire averem, & qvis ille Poëta a te citatus
rnubus Moyſis. Iconem novi ductus inventi in Pancreate
, qvem ipſe vidi ea figura, ut expreſſus eſt. De uſu am-
r; ad lienem chylum deferre putabamus, ſed inſertionem
n videntes, ex humore contento aliud conjecimus, eſſe
: excrementi bilioſi ductum a correctione in Pancreate
Qvippe ſtylum colore bilioſo nigriore tingit. Plura in
ıs differre cogor, qvia nondum plane Univerſitate ex-
s. Vale, Pater obſervande, & porro fave. Patavii 8. De-
. 1642.

## DCLXXXIX.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

orioſis Te expeditum muneribus gaudeo mi *Bartholine*,
ɔn qvod honores tantos Tibi invideam, ſed qvod ad con-
cribendi officia ac ſtudia privata Te paratum magis futu-
deam. Utinam & ego his ſolutus vinculis amœnioribus
poſſem; at aliqvantiſper adhuc in turbis hiſce mihi de-
lum. Lubens audio Bibliopolam veſtrum Parentis Tui *Ana-*
*n* velle recudere: Sed vix credo ipſum aut typorum ni-
aut chartæ præſtantia, aut iconum accurata delineatione
turum Belgas. Novæ figuræ opus inſigniter commenda-
modo accuratæ & docta manu elaboratæ. Nil ego mo-

menti alicujus qvod mutatione dignum obſervavi. De ſex lis in ipſa ſutura Lambdoidea a me primum notatis ali nui, & niſi eorum hiſtoriam dudum miſiſſem, hic rep De Dedicatione neſcio qvid ſuadeam, niſi placuerit Dn cellario offerre, ſiqvidem *Roſencrantzius*, cui parens ſcripſit, diem ſuum hic Hafniæ 28. Octobr. placide obi is jure qvaſi hæreditario ſuccedat. De Piſce ardentibus in Norwegia exiſtenti, nihil plane apud *Olaum Magnum* eo, qvem citas, loco libro nempe 22. cap. 3. Agit ibidem de piſcibus Islandiæ, ſed ne verbulo tangit eum dentibus ſit oculis. Editio mihi eſt Romana in folio. A præcedente, 20. nempe, capite ultimo, ex libro 9. *Pli* 61. cujus nomen more ſuo diſſimulat, de Dactyl dam recitat, qvæ ad rem tuam facere videntur. qvam *Plinius* concham, ipſe piſcem vocat. Inſpice lo non pœnitebit. Concha autem hæc Dactylus dicta, qvi Solen, aliis Onyx ſeu ungvis vocatur, Venetiis cappa In foro veſtro piſcario haud infreqvens eſſe ſolet; qvoc vera ſint qvæ *Plinius* referat, facile experiri poteris. ( ſplendoris *Rondeletius*, glutinoſum eſſe ejus ſuccum refert de m qvæ tenacia & veluti glutino compacta ſunt ea lævia, lia atqve perpolita eſſe ſolent, atqve ob id relucentia, aſphaltum, albumen ovi,: cui opinioni etiam ſubſcribit *vandus*. Sed præter glutinoſitatem, aliud qvid ſubeſſe cor, cum ipſum gluten in tenebris non luceat, nec pic Aſphaltum lucere unqvam animadverterim. Aliud igit hujus πρῶτον δεκτικὸν eſſe oportet. Reperiuntur et mari Norwagico hi Dactyli, ſed conchæ eorum ſaltim ſunt delatæ, magnæ ſatis. Longitudine dodrantali c pollicis in meo extant Muſeo: in qvibus lucis nihil dep di. Poëta a me de Moſe citatus, incertus eſt. *Carol ſchalius* de Coronis lib. 10. c. 4. Drepanium eſſe ſuſpicatu vi ductus Pancreatis delineatio mihi gratiſſima, miror nul ctearum venarum obſervata veſtigia. Qvid ſi ductus hi lum a duodeno ſorbeat, per lacteas deferendum, a fæcib get, ut commodius per anguſtas eas vias ad Hepar feratu ceptum vero excrementum demum ad inteſtina amandet, expultricem ſtimulet & fæces nigricante colore tingat.

enta mea ad umbilicum jam perduxit Typographus, in qvi-
ıs etiam tuam invenies epiſtolam. Eorum exempla lubentiſ-
ne vobis transmitterem, ſi ulla daretur commoditas. Neſcio
ı videris ea qvæ de *Coccojus* inſecto Americano lucem noctu
ındente tradit *Petrus Martyr* decad. 7. cap. 9. inprimis *Nieren-
ergius Hiſt. Nat. lib* 13. cap. 3. Qvid tibi videtur de cauſa lu-
is in Noctilucis qvam reddit *Margarita Philoſophica* lib. 10. tract.
„c. 10.? Conſule lib. 4. *Voſſii* de *Idololatr.* cap. 71. 93. & 94.
:em 48. Vale Hafniæ pridie Cal. Jan. 1643. qvem tibi proſpe-
ım ac felicem precor.

# DCXC.

## THOMAS BARTHOLINUS
## *D. Olao Wormio.*

*Iafniam.*

VIr Excellentiſſime. Tandem ad vos venient opuſculi mei
ungves, qvos ea de cauſa exſertos mitto, ut donec trans
ıare ipſum corpus poſſit transvolare, ſpem non inanem ſu-
entent. Ad umbilicum enim perduxi, poſt abdicatos Pro-
.ectoris faſces, qvi antea non parum remorabantur. Qvam-
vam multa in iis dubia animum adhuc verſent, qvorum ſolu-
onem a Viris doctis exſpecto, litteris ad calcem apponendis,
ræſertim de ſubjecto proximo, & apparitionis cauſis, tum qva
ıtione cœleſte lumen, qvod nobis inſitum pono, cum elemen-
ıribus concurrat. Ex ingenio omnia deprompta, qvia rara a-
olum veſtigia in hoc argumento leguntur. Tuum erit, ut ſo-
:s, omnia in meliorem partem interpretari, donec meli-
ra tempus conceſſerit. Literæ Romam, Neapolin, Bo-
oniam &c. ad Viros doctos mittendæ, impediunt, qvo
ıinus, ſuaſu veſtro, Cancellario & *D. Fabricio* debitum
er literas cultum inſinuem. Occaſionem meliorem præ-
olabor. Et, ut verum fatear, differre officium amo, ne illis
ıſinuatus, citius a ſtudiis ad patriam revocer. De *Unicornu*
puſculum icones a Matre exſpectat, qvibus miſſis lucem ſtatim
debit, a Typographo expetitum. Frater *Bartolus* Romam ſa-
ıs vidit & acceſſit, futura æſtate peracto itinere, certo pa-
iam reviſere conſtituit. *Elzevirii* adhuc nihil miſerunt, unde
mmo deſiderio veſtra exſpectamus, qvibus & nos & Italia

 inhi-

inhiat. *Liceti* de *Annulis* prodiit, needum mihi v
alias nullo fere inſigni opere fatigantur præla. Eſt t
dam, qvi *Encyclopædiam Medicam* meditatur, brevi, 
ſtit, edendam. Vale, Pater Venerande, & lætos anni n
ſus lætius perge. Officioſiſſime a me ſalutantur C
veſtri. Venetiis 18. Januar. 1643.

## *DCXCI.*

# THOMAS BARTHOLIN

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. De communicata *Dactyli* ce
ceſſaria inprimis mihi gratulor, & operi ſub inc
venti. Reliqvis enim *Plinii* fabulis etiam. Dactylorum
annumerandus, cum qvo tamen facit *Lippii* epig
*Dactylus illuſtrat radiato lumine pontum; Appoſitus m*
*ne menſa nitet.* Falſum me in *Olai Magni* citatione d
pia librorum, qva hic laboramus, locum in eo revo
poſſum. Glutinoſum ſuccum ſplendoris non cauſam 
ſubjectum, qvi ab innato omnibus lumine omnem ſpl
faciem deduco. *Margaritæ Philoſophicæ* conjecturan
ignem fulgores hos referentem, qvam ſine dubio ſeq
*Voſſius* (qvi ad has oras nondum advectus,) qvia ig
antiqvos laus. Sed & ignem ad ſubjectum reduxi 
cauſam, qvum per ſe ignis non luceat, niſi ob adm
men. Coccai mentionem apud *Ortelium* inveni & C
qvi ex illo liqvorem lucentem promiſerat, De ſex 
ſutura Lambdoidea nihil unqvam ad me perſcriptun
qvare ingenti opus noſtrum ope juveris, ſi illorum
texueris. Variaſſe ſuturam illam, modo duorum m
oſſiculorum compage recordor, conſuetum numeri
raro ſuperaſſe. Ductum in Pancreate modo ſimplic
geminum oſtendit Natura, freqventius unicum, e
valvula aliqva ad inteſtinum ſpectante & aperta don
ſtilum vix introrſum verſus ſine vi admiſerit, indici
ſimo, ex ipſo Pancreate in inteſtina aliqvid deferri,

vice. Vellem in mittendis deſideratiſſimis Monumentis veſtris operam navaret *Elzevirius*, non exigua felicitate te me meosqve bearet. An in Danorum monumentis antiqvis perpetuarum lucernarum veſtigia ulla apparuerint, diſcere optarem, qvum hic illarum hiſtoriam pro fabuloſa traducant Docti. Sed aliis morari tempora veſtra, publicis deſtinata, ſuperſedeo, qvi & nuper omnem ſcribendi materiem cum libri titulo exhauſerim. Vale feliciter, & noſtri memor perpetuum flore. Scripſi Patavii 5. Februar. 1643.

## *DCXCII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino*,

*Patavium.*

Librum tuum *de Luce Viventium* videndi maximo teneor deſiderio. Omnibus innatum lumen unde ortum trahat, cur ſe in tam paucis prodat, ſcire geſtit animus. Coccui hiſtoriam eleganter tradidit *Mouſettus* in *Theatro Inſectorum* lib. 1. cap. 15. qvem ſi conſulueris, invenies qvæ ad rem faciant: etiam de liqvore ex iis præparato, noctu lucenti. Cum Lugduni Batavorum adhuc hæreres & *Anatomiæ* Parentis editionem meditareris, de oſſiculis Lambdoideis me tibi ſcripſiſſe memini; ſed qvia, qvæ tum exarabam, excidiſſe videntur, jam repeto, modo uſus alicujus eſſe poſſint. Anno 1628. cum freqventi auditorum coronæ oſſa ſceleti humani demonſtrarem atqve exponerem; in ipſa ſutura Lambdoidea, oſſicula ſex inveni, qvæ utrumqve tabulatum cranii perforabant, a nemine, qvod ſciam ante animadverſa. Diverſiſſima enim ſunt ab iis, in qvæ os ipſum qvandoqve diſpeſcitur, qvod ſutura Lambdoidea circumſcribitur, Triqvetra qvibusdam dictis Tria in dextro totidem in ſiniſtro ejus extant ductu, magnitudine, figura & ſitu diſcrepantia. Infimum ad proceſſum mammillarum conſpicitur, medium paulo ſuperius, vix dimidii digiti intervallo, tertium aliqvanto longius a ſecundo diſtat. Figura ſunt varia, triqvetra, oblonga, ovalia. In ſiniſtro ductu majora omnia apparent, qvam in dextro. Maximum ungvem

pollicis non excedit. In concava cranii ſuperficie diſtinctè ma-
gis qvam in convexa apparent, qvocirca ablata calvarja meli-
us obſervantur. Ut omnia ſint clariora iconem addo. A. por-
tio eſt ſuturæ ſagittalis. B. ſutura Lambdoidea. C. ſectio ſerra
facta. D. primum os ſiniſtri ductus. E. ſecundum. F. tertium.
G. primum dextri ductus. H. ſecundum. I. tertium. K. mag-
num cranii foramen, per qvod medulla in ſpinam deſcendit.
LL. Proceſſus mammillares. Diſſimulare interim hîc neqveo
in diverſis craneis, tam numero, qvam magnitudine & figura
item ſitu variare hæc oſſicula. Dum hæc ſcribo, mihi ad ma-
num qvinqve ſunt crania; qvorum duo ſuturam ſagittalem per
os frontis in naſum usqve protendunt. Horum alterum, qvatu-
or ſaltim iſtorum oſſiculorum oſtentat, atqve, ex iis unum in
ipſa junctura ſagittalis cum lambdoidea, qvo in loco Triqve-
trum dictum conſpici ſolet: in altero vero duo ſaltim extant,
eaqve in dextro ductu tantum. Verum hæc crania integra e-
rant: ſi calvariam auferre licuiſſet, forſan plura oſtendiſſet in-
terior ſuperficies. Sed cum naturam in oſſibus majoribus
ſuturis ipſis & aliis humani corporis partibus varie ludere vi-
deamus, qvid mirum ſi in hiſce antiqvum obtineat? In mo-
numentis ac ſepulchris majorum noſtrorum licet res variæ re-
periantur, ut lib. 1. cap. 7. Monumentorum noſtrorum docu-
imus, lucernarum tamen perpetuarum nulla prorſus veſtigia.
Inter veterum inventa deperdita eas, ni fallor, refert *Pancirollus*
qvi de iis ex profeſſo agere videtur. Vale & bono publico fe-
liciter vive. Hafniæ 6. April. 1643.

## *DCXCIII.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

GRatiſſima oſſiculorum cranii idea ductu pictoris mihi tranſ-
miſſa me & literariam Rempublicam ad ulteriorem tui ve-
nerationem excitabit. Hoc ſolum me angit qvod ex priori edi-
tione tabellariorum incuria excluſa ſit. Hac tamen obſervati-

ınctiorem prodituram, qvam meditor, in parte lætitiæ ha-
). Librum meum *De Luce Animalium* Typographorum
a oſcitantia moratur. Omnibus innatum lumen, unde tra-
ortum, ex ipſa qvæſtione eruo, nempe innatum eſ-
c a parentum ſemine in nobis transferri conjicio, non ſe-
ac animam. Ad ulteriorem originem ſi me qvis ducat, in
tione prima ſubſiſtam, qva cum aliorum elementorum mix-
lucem Produxit Plaſtes ſimul & mixtorum corporibus inſe-
ut propagaretur per generationem. Pauca tamen & ob Na-
: indigentiam, corporibus ita diſperſa, ut in Univerſa cœlo-
fabrica, per rariorem partium ſegregationem, qvæ niſi pr-
n cœleſtium inſtar condenſentur & coeant, non magis in
s lucent qvam in mundo cœlum. Paradoxa videntur, ſed
ıis omnia fere explicamus qvæ aliis negotium faceſſunt. *Li-*
*s* nudius tertius advenit, opus *de Circulatione Sangvinis* a
oncinnatum monſtravit, cui non pauca rationum momenta
oſui. Duplicem enim circulum ſibi imaginatur, in venis u-
ı, alterum in arteriis, utrumqve autem in ſuo vaſe propri-
ſanguinem vero ex dextro in ſiniſtrum ventriculum non
pulmones, nec anaſtomoſin, nec deniqve per ſeptum per-
n, ſed per venam Coronariam ferri. Cum Bibliopola Ve-
ı egi, qvi nihil magis in votis habet, qvam cum noſtris
mercia exercere. Publicas res qvod attinet, adhuc in du-
ſunt, turbata Italia. Vicinum Ferrarienſium agrum cis
um Venetus exercitus occupavit, urbiqve ipſi imminet Dux
inenſis. Romam meditarer inſtante autumno, ſi per has tur-
liceret, qvum hic frigeant ſtudia ob ſcolarium petulantiam.
ographi noſtri fere feriantur. Caprilium tamen de febribus
ındo prælo ſubjecerunt, & brevi *Veslingii* noſtri Opobalſa-
n dabunt. Miraculi loco nuper in nundinis Galli hujus cor-
ı cornutum filium oſtentarunt, cujus iconem mitto. Alias
a. Vale. Batav. 18. Jun. 1643.

DCXCIV.

# DCXCIV.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

***Patavium.***

PRobe curatas ultimas meas gaudeo, in primis qvod ol vata a me in ſutura lambdoidea oſſicula non diſplicue Anxie librum tuum *de Luce Animantium* exſpectamus. ( ponis hypotheſes licet concedamus, reſtat nihilominus a nodus, cur qvædam animalia luceant, qvædam minus, illis conceſſerit natura qvod his negavit, etiam in ejusdem eiei individuis. Hoc eſt, cur inter omnes carnes agninas, in macello Monſpelienſi vidiſti, unica illa ſolum relucebat. eo negotii cardo verti videtur, ut oſtendantur cauſæ, qvæ ant ingenitam lucem magis lucere in uno, qvam alio. Sed omnia a Te expedita arbitror. Eruditiſſimum *Licetum* cor verſiam *de ſanguinis Circulatione*, ſatis, ut mihi qvidem vid adhuc dubiam, eximio ingenii ſui acumine excuſſiſſe, lubens dio. Procul dubio ſolidi qvid, in qvo animus acqvieſcet, ex bit. Ego hujus negotii deciſionem ex Anatomia & αὐτο pendere arbitror. Mihi, qvos hic olim ventilandos prop ſcrupulos, nondum exemerunt *Harvæus* aut *Walæus*. Cur q Natura operoſior fuiſſet in arteriarum qvam venarum ſtruct ſi eundem humorem continere debuiſſent? Cur pe plu præſtitiſſet, qvod per pauciora potuiſſet? Cur, cum arteri catur, id non ſine vitæ fiat periculo, venæ vero impune a untur, ſi idem ſanguis in utrisqve? Nonne ocularis demon tio docet ſanguinem in arteriis contentum, ab eo qvi in v conſiſtit, differre ſubſtantia, colore, ſubtilitate omnibusqve prietatibus? perpende qvæſo an ſanguis ab arteriis in v ferri poſſit, ſine comite ſpiritu vitali, qvi illo multo ſubtil mobilior & ad penetrandum aptior. Sed nolo hanc contro ſiam meam facere. Has omnes difficultates vitare videtur *ceti*, ſententia, qvæ eo qvoqve futura plauſibilior, ſi ad ra nes firmas acceſſerit αὐτοψία & obſervationes accuratæ.

ic

Icone Galli cornuti gratias ago maximas, ſed arte & mangonio talem redditum ſuſpicor. Noſti mulierculas noſtras, cum caſtrando ex gallis capones faciunt, criſtam amputare, ac in ejus locum calcaria ejusdem avis ſubſtituere, qvæ coaleſcunt, creſcunt, & in cornuum viſendam formam augentur. Hoc hic factum mihi perſuadeo. Celeberrimum *Licetum*, *Rhodium* noſtrum, fratres & conſobrinos viciſſim meo nomine officioſe ſaluta, ut & *Bordingium*: de illornm ad nos reditu per occaſionem certiorem me redde. Sed ingemino iterum iterumqve tritum illud Tullii: Valetudinem tuam cura diligenter. Hafniæ 7. Julii 1643.

P. S.

Dilectiſſime Domine affinis, iterato cum Avo egi, qvi ſummopere tuum exoptat adventum, ut ejus vices in profitendo Medicinam geras; jam enim ſenio adeo premitur, ut ei muneri vacare neqveat, ac te præ reliqvis nepotibus ſibi expetit vicarium. Si moram traxeris diuturniorem, vereor, ne alius tibi hunc bolum e faucibus præripiat. Conſule, rogo, valetudini & rebus tuis. Iterum vale.

# *DCXCV.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

Dubia eruditiſſima ſunt, qvæ officioſis literis & auro contra æſtimandis annotaſti contra lucem meam, & circulationem *Harveanam*, qvæ tacitus magis venerabor, qvam operoſe contra ſtrepam. Tua enim authoritas mihi pro ratione eſt. Eo tamen es candore, ut ægre non feras dubitantes, qvum etiam olitorem non faſtidias oportuna loqvutum. Pleraſqve difficultates expedivi in lucente libro. Cur autem ingenita lux magis ſubinde luceat in uno animali, qvam alio, variæ eſſe poſſunt cauſæ, vel ratione ſubjecti vel cauſarum externarum vel ipſius lucis connatæ. Ratione ſubjecti, ſi compactius ſit corpus lucemqve comprimat, & putredini non ita obnoxium, qva laxatur corpus ut luci egredienti pateat aditus. Cauſæ externæ qvoqve

qve promovent ſplendoris manifeſtationem, ſi aëris ea ſit diſpoſitio, ut facile reſolvatur corpus. Ita hoc veris tempore Monſpelii carnes pleræqve ad putredinem diſponebantur, & ideo pleræqve in macello ſplendebant, Sic de piſcibus & ligno notum eſt, ſplendere, ſi putreſcant. Ipſa deniqve lux ſe exſerit ſi copioſa ſit, ſi a cauſa qvacunqve vel vinculis laxetur, ut ſe exſerere poſſit, vel condenſetur, ut videatur. Sic in cœlo non omnes partes lucent; ſed eæ tantum qvæ in ſtellas condenſantur & cometas. Nec ſemper lapis Bononienſis lumen concipit & conſervat, ſed tantum calcinatione præparatus. Circulationem ſuam Cl. *Licetus* qvomodo defendere qveat, non video, qvia experimentis deſtituitur, ſolis rationibus contentus. Res vero hæc tota ex vivis ſectionibus dependet. Cur natura diverſam arteriarum & venarum fabricam molita ſit, hanc circulationis fautores cauſam reddunt, qvia arteriæ moventur a ſanguine ſpiritibus propter cordis viciniam turgido; Venæ vero qvieſcant & ſanguinem recipiant, qvi deferbuit longo itinere, poſtqvam partes meliorem ſubſtantiam ad ſui nutritionem ſuxerunt. Eadem cauſa eſt, qvod periculoſa ſit arteriarum ſectio, qvia ſcilicet difficulter reprimitur arterioſus ſangvis ob ſpiritus copioſos, deinde qvia partes privantur ſuo nutrimento qvod per arterias ipſis apportatur. Qvantum ego potui ex circulatione comprehendere, differt qvidem uterqve ſangvis, qvod alter ſubtilior & facilis motus, craſſior alter & difficilis, præterea qvod venoſus non nutriat, ſed ſolus arterioſus; verum id circulum non impedit, qvo minus ex arteriis in venas ſangvis commeet, & locum mutet, & pro loci mutatione variet. Exemplo rem illuſtrabo. Aqva per canales in hortum deducta, ſicut in Provincia Galliæ & Narbonenſi tractu per molas fit, eadem initio eſt qvæ proxime hortum per primos canales ingreditur at ſegnior deinde eadem aqva procedit, ubi canales ſunt longiſſimi & a fæcibus horti inqvinantur, tranſitqve aqva in ipſas areolas. Sed de his balbutientem rectius ad doctiores remiſeris. Fiduciam tua humanitas facit, qvod ea qvæ necdum accurate didici, titubanter proferam. De amicorum, qvos ſalutas, ad vos reditu, nihil certi ſcribo, qvia necdum Italiam perluſtrarunt. Valetudine impedior, qvo minus plura addam, & qvotidianis ægrorum cum Medico ſene venerando *Joh. Dom. Sala* viſita-

tion

onibus. Vale, Affinis optime, & me ama. Patav. 13. uguſt. 1643.

# DCXCVI.

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Pro transmiſſo *Monumentorum Danicorum* exemplari infinitas ago gratias, qvas meretur & uctor & opus æternitate digniſſimum. Nondum tamen, nec Moltkenio adjuncta, comparuerunt, de qvibus ſimul ac venenint, cum Bibliopolis noſtris ſincere agam & fervide. Franofurto advenit cum aliis exemplar unicum Venetias, qvod ıbito Conſobrino *H. Fuirenio* pretio ceſſit. Expetitur ab omıibus, & novitate argumenti operisqve omnes excitat in ſui deiderium. *Licetus* ejus videndi ſumma tenetur cupiditate, ut apiti illi de Annulis, nondum impreſſo, addat, qvæ a *Wormio* mplius in hanc rem notata credit: ſpem feci, & brevi proniſſis me liberabo, qvamprimum librum, apud Doctos hinc nde errantem, Conſobrini beneficio nactus fuero. Mentionem nim ejus honorificam factam monui, unde crevit affectus t devotus *Wormio* animus, cui per me & gratias & officia efert *Licetus*. Ego, qvod pro me addam, non reperio, adeo upet animus in tanti operis conſideratione: magis tamen mior, qvod Epiſtolæ & nominis mei umbra tantæ luci acceſſerit. eneficiis innumeris id annumerabo, qvibus hactenus & publica privata gratia devinxiſti clientem addictiſſimum. Ad ſcheulam incluſam non reſponderem, niſi ſcirem ſpe nimia apud os me exceſſiſſe. Maturiores annos reqvirit Cathedra & doctriem perfectiorem, qvam in me ipſe deſidero; cum ætate auendam & ulteriori diligentia. Tibi interim mea commendo, ivatam qvietem amantia potius, qvam turbas publicas, qvibus ıbecille qvidem corpus non ſufficeret, at animus par forſan ſet, Tibi patriæqve devinctiſſimus. Vale, meæ felicitatis ctor a fratribus Conſobrinisqve officioſe ſalutatus. Patav. ). Aug. 1643.

Qvos

Qvos cum fratre *Bartolo* libros miſi, in tempore ſpero adventuros, favente Æolo.

# DCXCVII.

## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

*Patavium.*

NOndum ad Vos perveniſſe a *Moltkenio* transmiſſa, miror; certo accepimus 26. Jun. Texelia ſolviſſe navem Belgicam, qvæ Venetias commiſſa veheret. Tibi diſplicere vitam apud nos Academicam, tanqvam turbis publicis refertam, invitus audio, cum qvietior in tota patria non detur; turbas, DEI gratia, nullas experimur, ſingulis ſeptimanis ter qvaterve in Cathedra ea, qvæ tyronum ſunt captui, docere certe ludus & jocus eſt. Ad Diſputationes minus eris obligatus, dum avo vicariam præſtes operam, & certe privatis tuis ſtudiis non minus hic qvam ibi vacare poſſis. Tandem de fine cogitandum: Patrimonium dilabitur, & occaſio præceps, valetudo deteritur; nec ſcio, ubi in patria majori cum honore, minori cum labore & moleſtia ætatem tranſigere poſſis, qvam in noſtra ſocietate. Vereor, ne apud vos ſint, qvi minus ſana ſuggerant conſilia. Adhuc tecum res tuas rumina, ac vide, an, peracta peregrinatione Romana, te ad ver proximum patriæ ſiſtere valeas. DEus novit, me ore amicorum omnium loqvi, ac nil niſi tuum ſpectare commodum. *Bartolum* fratrem Gallias adhuc meditari audio, idcirco ſero rediturum puto. Qvando *Henricum Fuirenium* exſpectaturi ſimus, nondum indicaſti. Saluta eum officioſe, ut & reliqvos præſentes. Imprimis celeberrimo *Liceto* meo nomine, pro benevolo affectu gratias age ſolennes, utqve ea qvæ in mei protuli defenſionem, æqviori ferat animo roga. Vale. Hafn. 16. Sept. 1643.

DCXCVIII.

# DCXCVIII.

# THOMAS BARTHOLINUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Itinere difficili expeditus, ad debitas ſcribendi vices revertor, qvas tui deſiderium, pari veneratione conjunctum, jure ſuo exigit. Neapoli redux, Romæ ſubſiſto, ubi omnia bellicis tumultibus plena ſine certa pacis ſpe, qvam nomine ſuæ Reginæ urget pro viribus *Cardinalis Bichi*, e Galliis miſſus ad componendas Italiæ turbas exeidium minaturas. Qvid effecturus ſit apud obſtinatos Principum animos, eventus docebit. Auguria ſi in pretio eſſent, ſiniſtra portenderent: heri enim fulmine Vaticanum, Pontificis ſedes, tactum, læſiqve bini ê cuſtodibus Helvetis. Nos ſanè inſolitum urget frigus, nec adhuc itineris cruditas compoſuit, ut qvid de ſtudiis nobis polliceamur, adhuc ignorare cogamur. Neapoli qvidem commoda omnia viſa apud ſummos Medicos mihiqve addictiſſimos *Marium Schipanum*, Paternum amicum, & *Marcum Aurelium Severinum*, Chirurgiæ Inſtauratorem, qvi pro humanitate ſua ædes ſuas & omnia obtruſit reverſuro. Hinc tamen nos tenet ſumma Eqvitis *Caſſiani a Puteo*, tui amantiſſimi, familiaritas, cui ab *Henrico Fuirenio* per nos miſſa *Monumenta Danica* ſummopere placuerunt, ut merentur. Cæterum interceptas militum Ferrarienſium tyrannide literas a Vobis nuper miſſas ægre a Conſobrino intellexi, tum qvod omnia, qvæ ex tuo calamo effluxerunt, æſtimo pro Oraculis, tum, qvod contentorum in illis ignarus ſim. Qvicqvid ſit, in Veſtri obſeqvium juravi etiam cum ſtudiorum incommodo, qvæ Tibi, ſcio, cordi ſunt, ut ex præmiſſis literis penitus intellexi, & dato fortunæ meæ arbitrio, qvod Laurea moratur, cui forſan necdum maturum caput. Si tamen dignum vel Tu vel Baſileenſes judicaverint, parebo monitis, qvamprimum permiſerit Apollo noſter, qvi veſtrum hac in re conſilium exſpectat. Interim Muſei tui memoria me exercuit, cui *Lignum foſſile*, nuperis annis in Umbria erutum, hic conciliaturum ſpero, aliaqve, qvorum catalogum a Te ſcire diſcupio,

ut commodius defectus ſuppleatur. Vale, Patrone ſumme cum familia lectiſſima, meqve, ut ſoles, indignum ama. Romæ 20. Nov. 1643.

# DCXCIX.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

Tuas 20. Novembr. Romæ datas, ultimo Decembr. probe accepi. Gaudeo Neapolitanum iter ex voto ſucceſſiſſe, teqve tot illuſtrium Virorum familiaritate auctum ſalvum Romam perveniſſe. Cæterum ultimas noſtras licet doleam interceptas, nihil tamen meæ continebant peculiare, præter Avi, reliqvorumqve amicorum deſideria, qvibus reditum ad nos tuum urgebant, & adhuc urgent, præcipite labente occaſione, qva tuis commodis proſpectum cupimus. Qvod de Muſeo meo locupletando ſolicitus adeo ſis, gratias ago maximas, ejus ante annum editum mitto catalogum, ut videas qvantum deſideretur ad univerſæ naturæ complendum Theatrum. Ex eo qvo editus, haud parum mea crevit ſupellex. Litheosphorum *Liceti* nec qvo ad rem, nec qvoad verba videre adhuc contigit, Fratri *Bartolo* apud vos adhuc exiſtenti ea de re ſcripſi, ſed num ſecum tulerit ignoro, ſiqvidem Pariſiis adhuc degat. Nec vidimus tuum *de Luce* librum, ut, ad umbilicum perductus an ſit, dubitemus. Parentis *Anatomiam* ſi (ut olim monuiſſi) recudere geſtiant Typographi veſtri, ne manum operi adhibeant, anteqvam *Hermanni Conringii* de *Sanguinis Generatione & motu* legeris Tractatum, hortor. Multa in eo libro invenies paradoxa, & vulgatis Anatomicorum decretis contraria, qvæ forſan inſtituto ſervient. *Moltkenii* faſciculum Venetias appuliſſe certa relatione accepimus, ut Tibi deſtinatum *Monumentorum* exemplum habeas monendum duxi. Romæ ſi adhuc hæreas, ac facultas ſit *Kircherum* conveniendi, vide expiſcari ut poſſis, qvænam ſit illa materia, qvam ab Arabe qvodam emit, qvæ ſolem indiſſolubiliter ſeqvatur, ut pluribus docet in *Magnetiſmo Plantarum* fol. 645. edit. Colonienſis. Rerum noſtrarum

arum ſtatus ſolito turbulentior jam eſt, Deus pacem largia
r optatam. Vale. Hafnia ultimo Decembr. 1643.

# DCC.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. De ſtatu noſtro Roma non ita pridem ſcripſi, celeri calamo, pro temporis neceſſitate, reſponſumve dedi illis, qvæ perierant, ex ſuſpicione, qvam facile ercepi de itinere patriam verſus ſuſpiciendo, qvod qvam ellem prorogari poſſet! Nunc, ob aëris Romani minus ſaluris intemperiem, Neapolim conceſſi cum Conſobrino, eo voqve allectus ab Amicis, qvos inter Doctiores fama noſtra erui non paucos. Inter qvos eminet *Marcus Aurelius Severinus*, orbi notus ob editum *de Abſceſſibus* opus, & alia qvæ remit brevi proditura, inter qvæ eſt eruditus *de Vipera* Commentarius, jam jam typis Paravinis ſubjiciendus. Hujus omeſtica utor familiaritate, nec pœnitebit facti. *Marium chipanum*, a Parente in *Anatomia* laudatum needum convei, ut nec *Santorellum*, Viros Clariſſimos, nec minus addictos, vorum hic nuper de *Sanitatis Natura*, poſt *Poſtpraxin* ſuam, olumen edidit, illum vero famæ minus cupidum intellexi. Ieas vero obſervationes de *Unicornu* novas, Patavii ſub incude elictas, brevi forſan exſpectabitis, cum Iconibus variis qvas orſan Avo nuncupabo, ſi qvidem nimias in excudenda Luce nimantium moras trahat Typographus. Ad calcem *Judicia octorum de Aureo Cornu Wormiano* ſubtexui, ut alibi promiseram. His vale, Pater deſideratiſſime, & mei memor, autumnum, qvamvis longius diſtantem, ama. Neapoli Cal. ebr. 1644.

Roma qvum diſcederem, advenerat exemplar *Monumentorum Danicorum*, e Belgio cum aliis libris, qvod ſtatim in uſum Bibliothecæ Barberinæ ab *Holſtenio* comparatum.

# DCCI.

## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

*Neapolim.*

QVamvis turbatus Patriæ ſtatus, qvo Sveci & Cimbriam & Scaniæ magnam partem inſiodoſe, nemine tale qvidqvam cogitante, invaſerunt, me incitare poſſe videatur, ut de reditu ad nos maturando nihil ad te ſcribere tentarem, prævalet tamen Avi voluntas & decrepita ſenectus, qvæ indies abitum minitatur. Huic vero ſi humanitus qvipqiam contigerit, conſilia amicorum irrita erunt, nec facile tuis commodis proſpiciendi par ſe offeret occaſio. Tu igitur diligentius ſingula expende, & rerum humanarum viciſſitudinem accuratius conſidera. Nos nihil niſi tuum commodum meditamur, cui hoc rerum ſtatu melius proſpicere haud valemus. Cæterum ex ultimis tuis Neapoli datis Calendis Febr. intelligo, te eas nondum accepiſſe, qvas Romam ad te dedi, & prioribus reſpondi. Gaudeo, te in familiaritatem *M. Aurelii Severini* irrepſiſſe; Vir enim eſt undiqvaqve doctiſſimus, & Chirurgorum noſtri ſeculi facile Princeps; Ejus *de Abſceſſibus* doctiſſimum opus, qvod mihi dono dedit *Chariſius*, & proximis nundinis Francofurti denuo excuſum vidi, abunde id teſtatur, qvocirca ejus diuturniorem converſationem (ſi res tuæ ferrent) minus inviderem. De *Unicornu* obſervationes tuæ nobis futuræ ſunt gratiſſimæ; eas ſi Avo nuncupaveris, *Lucem Animantium* Cancellario deſtinare poteris.

*M. Envaldus*, Paſtor Roſchildenſis, nuper novum de *Aureo Cornu* edidit Tractatum Theologicum, in qvo totus eſt, ut obtineat, cornu hoc a Rege qvodam Chriſtiano elaboratum, ac ejus Symbolis præcepta ad vitæ emendationem & ſecuritatem nimiam hominum animis excutiendam contineri. Meum de eo, anteqvam ederetur, dedi judicium, qvod ad calcem addidit. Libenter mitterem, ſed nulla ſe offert commoditas, nec tuto ad vos, qvæ a noſtris eduntur Theologis, deferuntur; ſed coram cuncta olim melius luſtrabis. Vale, & res tuas diligenter cura. Hafn. 17. Martii, 1644.

DCCII.


# DCCII.

# THOMAS BARTHOLINUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

Non dubito qvin & Tu & Mater noſtra ſuaviſſima de rerum noſtrarum ſtatu anxias cogitationes verſetis. In ſalvo tamen ſumus, laus Deo, hiſce diebus vitatis & Scylla & Charybdi, ſplendidam Siciliæ Meſſanam ingreſſi ſumus, ut qvem locum Ampliſſimus Senatus non ita pridem, in Academia amplo ſtipendio obtulerat, præſens luſtrarem, & pro oblato honore gratias agerem. Amicos & faventes ibi Nobiles inveni, & per humani *P. Caſtelli* familiaritate utor, qvi totus eſt in edendis variæ eruditionis libris. In Muſeo varia naturæ curioſa congeſſit. Sceleta animalium a ſe conſtructa habet, Zibethæ, Xiphiæ & alia. Oculos Zibethæ cum vaſe Civetico monſtravit, ſicut in animalis iſtius Hiſtoria deſcripſit. Varia conchylia petrificata poſſidet. Palmæ Indicæ fructum apud illum vidi, qvi incudem eludat. Dedi Catalogum Muſei Tui, qvi ſatis placuit, niſi qvod uſualia officinarum ſemina contineret. Certum tamen eſt, ad naturæ complementum & varietatem etiam illa reqviri. De inſtrumento *Wilhelmi* Regis Siciliæ Meſſanenſibus communicato cum Sigillo literis *Gothicis* appoſito, cujus ex *Gualbero* mentionem facis in *Monumentis Danicis*, plura expiſcari non potui, nec inſtrumentum videre contigit, Archivi inſpectoribus ſemper moras trahentibus. Nummum alioqvi ejuſdem Wilhelmi depingit *Placidus Samperus* Soc. Jeſ. qvi hoc anno Iconologiam B. Virginis edidit, Mariæ dicatum, cum literis Gothicis ſeu Lombardicis Monachorum antiqvis neutiqvam Runicis. Alium idem affert cum hac Inſcriptione:



In prima facie effigies Mariæ viſitur, in circuitu Regis, literæ, ut putat, Arabicæ extant. In re Medica pauca occurrunt qvæ ſcribi merentur. Hortum Meſſanenſem in foſſis urbis inſtruxit *Caſtellus*, cum officinis chymicis, theatro, ſacello, &c. & XIV. qvadris, cujus plantas in catalogo ſignavit edito 1640. jam vero neglectus jacet. Pauci alii ſunt qvi rem Medicam illuſtrent. *Piſanus* Antidotarium hoc ipſo anno in publicum emiſit, plenum barbariſmis, a Pharmacopola compilatum. *Proſimus* Abſceſſum puerorum ſuffocativum anno præterito adumbravit. *Andreas Tremanci* nuperrime Anatomiam edidit carmine vulgari ex *Galeno*, *Hippocrate*, *Avicenna*, aliisqve excerptam. *Oliverii* qvoqve *Apologia* extat, contra *Liceti Epiſtolam de Abortu*. Præ omnibus vero caput *Caſtellus* effert. Qvinqvaginta anni ſunt ex qvo Theriaca hic nulla fuit confecta, Roma, Neapoli, Alexandria huic defectui ſuccurrentibus. Priore vero Collegii *P. Caſtello* 1637. *Jo. Dom. Cardullus* ad inſigne S. Georgii diſpenſare cœpit, cujus deſcriptionem publicam dedit, ſed authore eodem *Caſtello*; & ex Sicilia & Calabria plurimorum ſimplicium ſibi copiam comparavit. Oleo ſeſamino abundat, cui Romæ æmygdalinum ſubſtituunt. Adeo enim ſeſamum hic eſt copioſum, ut panibus nigrioribus inſpergatur ſaporis gratia. E regione Collegii amplum Noſocomium viſitur ex ſeptem parvis in unum compactum, ſecretis ſtationibus Capuccinorum, mulierum & exterorum. Morbus hypochondriacus hic vulgaris, qvem feliciter curat *Caſtellus* ſuo Electuario Diatartaro, cujus nobis dedit deſcriptionem. Exhibeturqve pondere Unciæ unius hora una ante prandium, & large ventrem ſubducit. Freqvens etiam eſt angina puerorum ſuffocativa, qvæ parentes qvoqve ſubinde invadit, ſi cum filiis converſentur. Sola purgante potione ex Syr. roſ. & melle hanc jugulat *Caſtellus*, qvi venæ ſectionem in hoc morbo inutilem deprehendit. Solennis piſcatio eſt piſcis Xiphiæ menſibus Majo & Junio. Adverſa fronte cum illo pugnat canis Carcharias, qvi cauda acuta ſæpe natantium hominum pedes amputat, unde non audent urinatores longius ſe in mari ex littore demittere. Ejus capitis Sceleton in Muſeo *Imperati* Neapoli vidi, & cutem apud vos ſatis notam & obviam ſcio. Nobilis Meſſanenſis inter alia rariora duo Cornua magna Rhinocerotis ſervat, & alia qvæ Monocerotis eſſe feruntur. De qvibus judicium ferre non poſſum,

qvia

ria Gazellæ cornua hic plurimis imponunt. In horti locis ontoſis Corallium naſcitur in petra duplex, geniculatum hinc ide diſperſum, qvod pluvio tempore apparet terra magis diſluta, alterum ſpongioſum rudius ex ipſis petris enatum & a obis erutum, tuoqve Muſeo dicatum. Ubi & reperiuntur aliæ pidum formæ, inſtar gloſſopetrarum, conchylia petrificata, :c, qvæ qvaſi in mineris ſuis naſcuntur, non ex mari adecta, qvod hoc loco a mille annis vix fuit, niſi eo tempore luvione maris congeſta ſint, qvo Sicilia ab Italia disrupta fuit divulſa, ſi qvidem unqvam divulſa fuit, qvod qvidam Geograhi ſtrenue negant. Oportet ut id factum ſit ante tempora Saurni, qvi huic portui nomen dedit, qvum falcem, qva patris idenda abſciderat, hic recondit, unde ferunt falcata figura egantiſſimum Meſſanenſium portum emerſiſſe, urbemqve *Zanceam* dictam ab Arabica voce, qvæ curvum notet, qva olim uſi eſſinenſes. Hunc autem Saturnum de Chamo interpretantur, vi pudenda patris irriſerat. In rei memoriam adhuc Meſſanens Menſe Auguſto coloſſos duos circumferunt, alterum cum lce, alterum pro Rhea ſeu Cybele ſeu Ope uxore Saturni, vibus tamen ſacris intereſſe non vacabit. Celebratur etiam anqvis fons Zancle, qvi eſt ille qvi hodie Meſſanæ dicitur *Pozzo eone*, creditúrqve Nymphæ dicatus, unde hi verſus ſubjiciunir nomine Nymphæ Zancleæ:

*Enceladi flammas fugiens per operta viarum*
*Hic caput attollo Nympha perennis aqvæ.*
*Cum mea ſenſiſſem venturam ad littora claſſem,*
*Protinus exilii Nympha latentis aqvæ.*

Tempore D. Pauli qvoqve erat navigabilis hic ſinus Iliam inter & Siciliam, ille enim Syracuſis per Rhegium ad iteolos navigio perrexiſſe dicitur in *Act. Apoſtol.* Sed nimis ;o provehor, prolixitate negligentiam compenſans, qvæ itirum variorum culpa excuſationem apud Te reliqvosqve amis merebitur. Vale, Vir ſumme, & favere perge. Meſſanæ thnam petiturus. XI. April. CIↃ IↃCXLIV.

# DCCIII.

## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

*Neapolim.*

TE infirmiore hactenus fuiſſe valetudine ex literis *Thec* matrem intellexi. Male certe me habuit, & qvoc metuebam, contigiſſe doleo, animi tui ira rationem te tum, corpus plane ut negligatur. In qva opinione to regrinatione a te elaborata opuſcula me confirmant. qvid agas. Moveat te Parentis exemplum. Moderata Tuam operam diuturnam reqvirit Patria, cui te pro reſtituas, omnium vota jubent. Non repeto, qvæ alias nec de intermiſſo literario colloqvio tecum expoſtulo; abunde reſarciveris, Celeberrimi & vere Aureoli Viri *D.* mihi conciliata amicitia. Tibi enim hoc totum adſcrib Muſeo meo deſtinata rara; cum qvibus utinam brevi ſiſteres. Fratres tui *Bartolus* & *Caſparus* Amſterodami nec qvid eos moretur, intelligimus. Qvam vellem *In nes* meas *Medicas*, *Monumenta* item & alia *Severino* tra ſed, ut ſcis, modus, qvo deferri poſſint, haud in Excuſa qvæſo. Eſt mihi ſymbola, qvam tuis conferam ſi ante reditum ad nos lucem non viderint. Vale. Se 1644.

# DCCIV.

## THOMAS BARTHOLINI
### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Literas dudum debeo, qvas i corporis valetudo & locorum mutatio diutius me i termiſere. Redeo tamen nunc, tam ex itinere, qvam ſto ſcribendi obſeqvio, teqve propius intimioris anim veneror, cujus conſtantiſſimum in me amorem nuper

llexi. Suadebas amica conſilio in ſtudiis temperamentum, d ſane dudum ſervavi partim amicorum conſortio, partim eſſariis itinerum moleſtiis, ut feriorum fere ſim oblitus. uſcula ex facili calamo ſponte fluunt, ut prius in chartam jecta qvam cogitata, qvod ingenii benignitati potius qvam tæ diligentiæ condonandum. Utinam optatum otium Patria lgeret, ſingula imo majora cum tempore expedirem. *Seve- m* noſtrum literarum tuarum alloqvio ſumme beaſti, qvi vir- tua infeſcatus nil niſi *Wormium* ſonat, cujus qvoqve nomen avit in nuperrimo de particula *ET* tractatu, idiomate Thu- edito. *Diſcurſum de Fungimappa* penes me ſervo, fama ejus orem. Effigiem ejus mittam ſeqvutura occaſione. Romæ a *bero* ſalutaris peroſficioſe, qvi majorem illam ab Arabe um radicem eſſe Heliotropii ſuſpicatur, de qvo coram plura. ranſmiſſis *Monumentis Danicis* prolixas gratias ago, qvæ iothecæ Mediolanenſi deſtinavi. Meſſanæ diligenter de in- nenti Wilhelmiani characteribus inqvirens, de qvibus in *lib. 6. Monum. Danic.* non Runicos inveni, ſed vulgatis gobardorum literis affines, qvibus pleriqve eo ævo dele- a tur, & infiniti MSS. libri exarati paſſim in Bibliothecis untur. Illuſtrius eſt ſaxum prope Morſalam, de qvo *Gual- ius*, FINES INTER VANDALOS ET GOTHOS. Index rum Muſeo veſtro deſtinatorum ab eo tempore crevit, ſed cum literaria ſuppellectile nondum qvicqvam pervenit, unde atrium iter in inſtans ver differre cogor. Interea Tibi & iæ omnia felicia voveo, & mihi ſolitum Wormii affectum. , Pater obſervande, & in longa ſecula flore. Venet. 14. Octobr. CIↃ IↃCXLIV.

## DCCV.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*wium.*

Vantopere me literæ tuæ exhilararint, effari neqveo. Intel- lexeram enim Te afflictioris fuiſſe valetudinis, ac turbulento Italiæ ſtatu, haud tutum omnibus futurum iter per loca

militibus obſeſſa tranſeuntibus, probe noveram. Verum ex tuis vidi Venetias vos appuliſſe, ſalva omnia gaudebam. *Severini* mihi gratulor amicitia, ſed doleo occaſionem non d crebrioribus literis de variis artem noſtram concernentibus co fabulandi. Cæterum commodum accidit, tuas ubi accep qvod in horto meo Heliotropium invenerim, cujus radices m collegi, experturus an Tibi impoſuerit experimentum. Colle igitur, ac a ſordibus & pulvere mundavi, exſiccavi & prin ſcindulæ ligneæ impoſitam, pelvi aqva repletæ commiſi, viſi rus qvo tenderet, qvam motus rationem obſervaret. Sed fruſtr ad motum aqvæ primo paululum movebatur; ſed hac qvieſce te, qvievit & illa. Locum qvem utraqve extremitate oſte debat, diligenter, pelvi inciſa linea, notavi. Poſt aliqvot h ras rediens, in eodem qvo antea inveni ſitu, nihil a prin diſtante. Hinc ſine ſcindula nudam aqvæ impoſui, innataba levis enim eſt, ſed pari ſucceſſu. Non igitur poſſum qvin dub tem de hoc arcano. Si res ita haberet, dudum hoc ipſe expe tus fuiſſet *Kircherus*, qvi in minutioribus curioſior eſſe ſole & nihil, ut ſcribit, ſine experimento prodere. Planta namq adeo rara non eſt, ac radicem habet teneram, lignoſam, fibr crebris divaricatam, cortice puniceo, interiori ſubſtantia cand dam. De monumento *Wilhelmiano* in Sicilia qvod certiore me reddideris, gratias ago. Inprimis qvod ſollicitus ſis adeo d Muſeo meo locupletando. Avus longiorem tuam in exteris mo ram ægrius ferre videtur, utpote qvi adventum tuum ha hyeme exſpectaverat. Deus Te ſalvum & incolumem cum re liqvis nobis ſiſtat. Vale. Hafnia 29. Novemb. 1644.

## *DCCVI.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. De Heliotropio *Kircheri* mentem perce piſſe te, inprimis lætor, nec minus in inveſtigandis arcani conatum admiror, pauciſſimis ævi noſtri communem. Monu tamen *Kircherus*, qvum cætera præſenti aperiret, terrarum d

verſ

verſitatem effectus non raro variare, omnium fere venenorum exemplo, qvæ nobis alio ſole calentibus innoxia, ſecus ac id in Orientali plaga evenit. Cujus judicii arbitrium ad te devolvo, Rerum Naturalium æſtimatorem unicum. Opuſculi mei *de Unicornu* primas pagellas ad Avum miſi, ne diutius vana ſpe promiſſi immemor lactarem, qvum totius operis contextum perferre internuncius ſubterfugiat. De muneris fato inveſtigabis vel ex ipſo Venerandi Senis vultu, donec præſens totam compagem ſtitero, in qvo nominis tui ſplendorem audacius ubiqve advocavi, præſertim cum de Ave *Topau*, Cornu Danico, Unicornu Grönlandico, cornuum uſu ſermo incidit. Faciliqve tua venia factum arbitror, qvod totam de *Dente marino* Diſſertationem, Diſputationi publicæ annexam, *capite XV.* curarim recudendam, ut &, qvæ de cranio ejusdem eruditiſſimis tuis literis conceperas, authori debita nominis ſui memoria ſua reddens. Opus ſane rerum varietate non injucundum, & figurarum elegantia conſpicuum, qvod amicis jam placuiſſe vidi, tibi ſi probabitur, omne tuliſſe punctum putabo. Vale, colende Pater, & me porro ama nominis tui meritorumqve indefeſſum cultorem. Scripſi Patav. 9. Febr. 1645.

## DCCVII.

## OLAUS WORMIUS

*Thomæ Bartholino.*

*Baſileam.*

QVamvis, ex qvo Baſileam appuliſtis, nullus plane a vobis habuerim literas, qvibus reſpondendi mihi incumbat neceſſitas, qvia tamen occupatos vos hactenus novi, & ſunt, qvæ tua interſint, cohibere calamum neqvivi, qvin feria veſtra interturbaret. Vacant apud nos duæ Profeſſiones, Oratoria altera, altera Elegantiarum. Iſtam frater *Bartholus* ambit, &, ut ſpero, exambiet. Hæc procum habet non unum: Tibi vero deſponſatam valde cupio. Qvod ſi mecum ſentias, ſuadeo qvam maturrime te huc conferas. Cum Magnifico Dn. Cancellario hac de re egi, qvi tuis conatibus valde favet, & nihil præter præſentiam deſiderat, ne ex mora nimia detrimenti qvid capi-

at

at Academia. Ego fidem meam interpoſui, te ante proxim ver nobis adſuturum: vide, ne me deſeras; tua enim maxi intereſt. Oſtendi catalogum librorum a te ſcriptorum & edit rum, qvem Panormo ad me miſiſti; addidi te brevi coram o laturum ultimam editionem Inſtitutionum Parentis ipſi de catam, (cujus exemplum ante paucos dies Amſterodamo accepi. Qvæ, cum urgerem ut te ſibi commendatum haberet, non p terant non hæc verba ab ipſo extorqvere; *dignus commend tione qvi ſe adeo commendat ipſe*. Plura occupationes ſcribere v tant, Vale & accelera.

Saluta officioſe *Baubinum*, cujus amiciſſimis literis an te annum reſpondi, ſed neſcio an turbulento hoc rerum ſta ad ipſum meæ ſint delatæ. *Henricum* qvoqve *Fuirenium* meu cum fratribus amice ſaluto. An vobis de inſignibus Doctora libus gratulari jam debeam, neſcio, tu doce, utut ſit, boni ominibus conatus veſtros proſeqvor. 1645.

## DCCVIII.

## THOMAS BARTHOLINUS

### D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Culpa mea fateor factum, qvod hactenus negligentior fuerim. Excuſabut tamen itinerum ambages & curarum varietas. Baſilea nos optatis honoribus onuſtos dimiſit, utinam merito noſtro. Panegyricam meam de *Monſtris Orationem* typis ibidem commiſi, qvam præſens deferam. Lugdunum cum tranſirem, in *Inſtitutiones Medicas Caſp. Hoffmanni* ibidem impreſſas nuper incidi, in qvibus totum caput contra *Bartbolinum* ejusqve *Anatomiam* inſtituit, injurius ſane & parum ex Senis decore. Defunctus itinere reſponſionem moliar, pari forſan verborum pondere. Ridicula enim nonnulla oggerit, & Medico homine indigna. Ibidem loci Medicus qvidam Gallica lingva donavit *Anatomia* meæ editionem poſteriorem, de qva edenda litigant inter ſe Typographi & certatim procantur. Credo tamen deberi *Hackio*, qvem jam Pariſiis novam editionem adportaſſe fidem fecerunt hic amici.

Avec

Aveo videre ipſe, an ex voto ſucceſſerit. Eam hortatu tuo Magnifico Cancellario inſcripſi. *Chariſium* noſtrum incolumem deprehendi, qvi tibi vitæ reſtitutæ cauſas defert. Primo vere iter in Patriam cum familia meditatur. Nos qvoqve; qvia Lutetia nos ob temporis frigidioris injuriam hac hyeme ambit, ubi in ſcribendo partibus meis non deero: nunc enim urget internuncius. Vale, Pater colende, & me, ut ſoles, ama. Officioſe a Conſobrino comite meo ſalutaris. Qvod officii qvoqve amicis domeſticis nomine meo deferes. Aureliæ 24. Novembr. 1645.

# DCCIX.

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Aureliam.*

Literas tuas Aureliis 24. Nov. datas 6. Januarii accepi, qvo tempore mater tua, ut & matertera, veſtras Pariſiis datas ſimul monſtravere. Gratulor vero vobis de acqviſitis in celebri Academia Baſileenſi ſummis honoribus, in qva & Parentes & ego eosdem nacti ſumus. Deus porro conatibus adſpiret, patriæ honori, vobis emolumento ut cedant. Miror vero Te non reſpondiſſe iis, qvorum Tua maxime intererat, cujusqve gratia ultimas meas ad Te dedi. Eſt procul dubio qvod Te moretur, qvodqve haud ſcio an ex uſu tuo ſit futurum. *Hofmannus* generalem ſibi in omnes cenſuram vindicare videtur, qvomodo tractet *Fernelium*, Comitem *Montanum* & alios, non ſine indignatione vidi. Sic ſatis pro imperio omnia. *Inſtitutiones* non vidi. Omnibus inſultare qvi geſtit, paria exſpectabit. Elegans fateor eſt ultima editio *Anatomiæ Bartholinianæ*, qvam *Hakius* nobis dedit, nec credo futuros qvi typis & iconum ſplendore eum ſuperabunt. Noſter *Simon Pauli* Germanicam ejus meditatur verſionem in Chirurgorum gratiam, ſed, ut intelligo, in Synopſin redactam. *Chariſium* bene valere cupio, cujus de reditu in Patriam meditationes, tot fuere annorum, ut jam ſpem frangant omnem. Ante menſem circiter ad me pervenit Loehenſis monumenti accurata deſcriptio, ſine lite-

literis mittentis, ſed niſi me fallit manus, *Chariſiana* referebat lineamenta. Si ab ipſo Profecta, ſummas age gratias meo nomine affinis ejus *Johannes Paulinus* Helſingoræ his diebus obiit, qvod num ad ejus aliqvid conferre poſſit reditum ignoro. D. *Henrico Fuirenio* fauſta qvævis meo nomine precare: in ære meo eſt, ſiqvidem ad ultimas meas nondum reſpondit. Eſt in Belgio prope Bruxellas, ni fallor, mirus Paradoxorum faber *Johannes Baptiſta van Helmont*, qvi Medici nomine indignum judicat, qvi febricitantem non reſtituit intra qvatriduum, qvi unica falce amputat omnium febrium cauſam occaſionalem, qvi per emplaſtrum centenas qvartanas ſe tuto ſanaſſe absqve recidiva gloriatur, aliaqve miranda in re Medica præſtare ſe poſſe ait. Eo ſi veneris, hominem inqvire, ac num qvid veritatis hisce ſubſit ampullis inveſtiga. Vale feliciter. Hafniæ 24. Januar. 1646.

# *DCCX.*

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Superum favore Belgio redditus, commodum binis tuis humaniſſimis laſſum ex itinere animum recreavi. Prioribus id agis, ut ſalutimeæ proſpicias, patriæqve negociis immiſceas. Non iniqva ſane conditione, qvamvis qvid novum ſibi nomen velit, non ſatis intelligam. Scis enim, genio ita volente Philologiam ſemper me ſeverioribus junxiſſe. Nec muto animum dulcedine illius ineſcatus. Verum cum inter conterraneos, Leydæ, inter nos de Academiæ ſtatu ortus eſſet ſermo, retulit ex ore parentis ſui *Scavenius*, alii eleganțiori deſponſatum manus. Perculit illico animum tacita cogitatione, nec ſatis fidebam relationi, majus tuis literis pretium ponens. Iter enim, qvantum hoc tempore licuit, acceleravi, vel eo nomine ne te desererem, fidemqve Magnifico Viro datam ſolverem, ut ad veris tempus me ſiſterem. Si mutata ſint inde conſilia, qvæſo edoceas, ut dubium animum iterum componam. Interea Leyda me habet, ſecretiori Muſarum

otio

tio percommoda, ubi veteres amicos incolumes inveni omnes. *Vindicias* meas contra *Hofmannum* ante abitum Lutetiæ pertexui, ibidemqve typis mandaſſem, niſi me retinuiſſet Dedicatio, e qva tuum exſpecto conſilium, ut nulla interpoſita mora hic publici juris faciam. De *Gundæo Roſæcranzio* cogitavi, cui ut parentis operis defenſio non indigna videbitur. Ne tamen Lutetiæ ſine ſymbola agerem, prælo commiſi de *Angina Puerorum Epidemica* Exercitationes, jam, ut audio, confectas, qvas mittam, qvamprimum nobis miſerit Typographus. Opus meum de *Unicornu* pridem Patavii excuſum doleo nondum advenisse; tuo enim, cui inſcripſeram, commodâ hac occaſione transmitterem. De reliqvis opuſculis poſthac inibo conſilium, ſi faventes video Bibliopolas. Cl. *Paullum* veſtrum Germanicam conſuetudinem Anatomiæ noſtræ dediſſe retulit *Hackius*, qvi figuras Pariſienſi Typothetæ divendidit ad Gallicam editionem. Unde de aliis erit cogitandum poſthac. Lochenſe monumentum miſit *Chariſius*. Ateſtenſe brevi à Conſobrino habebis. *Helmont* phreneticus fatis ceſſit, nec puto promiſſis ſtare potuiſſe. Jactabat enim ſingulare contra peſtem antidotum, & tamen uterqve filius lue hac interiit. Cæterum tuas *Controverſias* ambiverunt non pauci Pariſienſes, qvorum votis reſpondere non potui ob libri defectum. Vale, Pater colende, & me ama. Amſtelod. 7. Martii 1646.

## DCCXI.

## THOMAS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Qvanqvam non ita pridem ſcribendi officio defunctus ſim, nolui tamen iterato alloqvio ſuperſedere, qvum operam ſuam in perferendis literis offerret *Othoides*. Huic tradidi qvoqve exemplar *Anatomiæ* noſtræ ultimæ elegantius compactum, Magnifico Cancellario deſtinatum. Adjunxiſſem ad eundem literas, ſi operæ pretium facturum me putaſſem. Difficilius enim in has officii partes inducor, qvum tantum Virum alia animo ſuo volviſſe videam, qvam præ ſe

tu-

tulit; ſictaqve mei memoria votum tuum deluſiſſe. Æg
dem non fero aliorum felicitatem, nec illorum rebus
macreſco, qvos digniores ſcio, verum id compoſito anim
qvaqvam accepi, redeundi neceſſitatem ſpe vana impoſu
ſtinanti. Unde greſſus ſedatiores jam ſtiti, & publicas
gitationes cœpi damnare, neſcio an tuo conſilio, a qvo
deo: Placeret lar ſecretus, nullius obnoxius invidiæ,
ſtudiis noſtris meremur, ubi nec torpeſceret calamus ne
ūs, de qvo uberioribus literis alias perſcribam; jam enim
internuncius. Venerando Avo una miſi diſputationem C
nemqve meam Inaugurales, ut moram, qvam ſuppelle
brariæ objecit Neptunus, interea lenirem. Nullum enir
ris *de Unicornu* poſſideo exemplum. Eaſdem nugas inaug
tibi qvoqve transmittam, ſi dignas judicaveris, qvæ aſp
tuum ſubeant. Necdum enim Rhenus nobis res com
illi Baſileæ reddidit. Commentario meo *de Luce*, qve
*Maire* Leydenſis typographus ſuis typis ſubjicere meditatur
ſo Patronum indica, laborum re potius qvam verbis æ
torem. Deniqve exorandus mihi es, nomine plurim
Doctorum, inter qvos Lutetiæ erant *Moræus* & *Patinus*,
utius *Controverſias Medicas* elegantiſſimas publico, uno vo
ne comprehenſas, invideas. Vale, Fautorum princep
me ama. Leydæ 11. April. 1646.

## *DCCXII.*

## OLAUS WORMIUS
### *Thomæ Bartholino.*

*Leidam.*

EX ultimis tuis Lugduni Patavorum 11. April. datis i
lexi ad te non perveniſſe meas, qvas fratri *Eraſmo* perf
das tradidi. Nervoſiſſimam tuam Diſputationem Baſilien
at & Orationem elegantiſſimam apud Avum vidi; qvorum
ticipem me qvoqve reddas, cum ſcias avidiſſime me exp
qvæ a Te proficiſcuntur, utpote ingenioſa & raro judicio
borata. De *Luce* tua cogitans, non poſſum qvin referam

diebus mihi contigerit. Emerat in foro piſcario nuper
ı mea, inter alios piſces Scorpium marinum, *Schonveldio*
tum, nobis vulgo en ulcf, hunc cum excoriaſſet, ac
ıs cum capite In locum ſordibus excipiendis de-
ım projeciſſet, poſt dies aliqvot illac circa crepu-
n tranſiens famulus, vidit inſolitam lucem in tene-
ıidem micantem, qvæ terroris haud parum ejus animo
it, unde domeſticos reliqvos convocans oſtentum demon-
t. Qvi attoniti cum aliqvamdiu lucem hanc aſpexiſſent,
animoſior qvidam propius ſe admovit, qvid ſubeſſet rei
raturus. Offendit verò caput & corium piſcis exenterati,
in diem ſeqventem ſtudioſe aſſervavit. Mane me conve-
: rei geſtæ hiſtoriam pluribus expoſuit circumſtantiis. Juſ-
pora luminoſa adferret, qvæ ſemiputria in angulum Mu-
bdidi. Aliqvoties verò in diurno lumine verſanti ac tra-
i, nihil tale animadvertere licuit. Veſperi verò ingruen-
tenebris, rem ut narravit comperi: accuratius verò obſer-
:, qvatuor qvaſi diſcretæ luculæ oculis obſervabantur, ex qva-
diverſis capitis partibus emicantes; ſupra qvemvis oculum
, ad inferiorem mandibulam utrinqve una. Hæ autem par-
ınde lux emicabat, per candelam luſtratæ, non ut corium
vum, nigræ, ſed candicantes & mucoſæ obſervabantur. Spe-
ılo hoc per noctes qvatuor aut qvinqve diverſis temporibus
os pavi aliisqve id monſtravi, donec calore ambientis aëris
catum caput, paulatim lumine deſtitueretur. Humidum igi-
illud lentum & mucoſum in ſubjecto niveo ad putredinem
oſito, ad hujus lucis naturam multum contuliſſe arbitror.
: dum conſidero, venit mihi in mentem qvod non ita pri-
legeram in Epiſtola *Allatii* ad *Licetum*, de Gammarorum
qviis in tenebris lucentibus. Extat vero hæc Epiſtola in do-
imo Clariſſimi *Liceti* tractatu de *Lapide Bononienſi* cap.
pag. 123. ſed hæc hactenus. *Controverſiarum* mearum
n nulli facere valeo, cum non ſit, qvi excudendi laborem
ſe ſuſcipere velit. Vale & porro ama. Hafniæ 24. April.
ni 1646.

## DCCXIII.

# OLAUS WORMIUS

## *Thomæ Bartholino*,

*Leidam*.

INcolumes Vos in Belgium perveniſſe gaudeo; utinam ad nos! Tot præſentes proci Helenam illam, qvam tib ſtinavi, eripuerunt, ut recte docuit *Scavenius*. Sed audi! huc reſtat una Penelope, qvæ, ut exambiatur, ſolam præſentiam poſtulat. Res ita ſe habet: Ad Profeſſionem T logicam, qvam reliqvit *Scandorpius*, promotus *M. Svanin* affinis noſter, hinc Syriacæ lingvæ docendæ munus in *Ban* derivatum, cum unus utriqve Hebrææ ſc. & Syriacæ ſuffi Vacat igitur cathedra, qvam növo decreto *Ethicam* eſſe vo hanc Tibi vellem deſtinatam, atqve cum Cancellario hac egi, qvi non plane abnuebat, ſed ad deliberandum nego ſumpſit. Qvicqvid eveniet, cum videamus præſentes mu tollere, ſvadent omnes, ut acceleres. Hoc enim ſi non ceſſerit, vicarium docendi Medicinam munus offert Avus ſi ſemel pedem Academiæ intuleris, non ſit, qvi te exp Si igitur Amicos omnes, ſi me audis, da operam, prima moditate ut hic ſis. *Vindiciis* tuis *Gundæo* dedicandis placet ſilium; tibi enim bene cupit, ut ex nupero ejus colloqvio pud nos enim jam moratur) ſatis intellexi. Vellem, ſin rum à te editorum Opuſculorum exemplum tecum ferres; jecta enim hæc valde movere ſolent ſenſus. Percepi nupe lium *Laurenbergii* Regiomonti publice contra Parentem & diſputaſſe; ad amicos ſcripſi, exemplum ut mitterent, ſed dum voti compos fieri potui. Mitto tibi auctiorem editic *Catalogi Muſei* mei, in qva inſerta videbis ea, qvæ, in I dum eſſes, promiſeras, adeo ſecurus eram ac certus de ii ſi jam in poteſtate mea eſſent; addo iconem cranii mono tis & balænæ, ut ad me ex Iſlandia transmiſſa. Ubi abe ſtat ſententia, convenias, qvæſo, Ampliſſimum Virum *Joannem de Laet*, amicum meum, ac poſt offici meo nomine ſalutationem roga, numqvid rerum exotic ad me velit delatum; ſolet enim ex ampliſſimis ſuis theſ

ſ

oqve communicare rara & grata qvædam. *D. Fuirenium* ſalutare ne negligas officioſe; Ejus adventum non minus atqve tum anxie indies jam præſtolamur. Plura non addo, qvod frar de ſingulis plenius Te inſtruere valeat. Vale. Hafn. 16. lart. 1646.

## DCCXVI.

# THOMAS BARTHOLINUS

## D. Olao Wormio.

*afniam.*

VIr Excellentiſſime. Qvum præſentium exhibitor iter ſuum mihi expoſuiſſet, per doctiſſimum Juvenem Virum *Petrum avenium* noſtratem, commodum Baſilea advenerunt pridem ino transmiſſæ res: inter qvas qvum unicum exemplar Obrvationum mearum *de Unicornu* deliteſceret, illud transmitre operæ duxi pretium, ut dum elegantiora, Tibi Avoqvè ſtinata, Venetiis commorantur, interea tædioſam inter vos niat moram. Adjunxi *Hiſtoriam* meam *Aneuryſmatis*, qvam ıctemus inviſam vobis exiſtimo, ut & minutias Baſileæ divulıtas, qvæ eo excipies animo, qvo mittuntur & noſtra ſoles ıcipere. *Unicornu* meum ab illo, qvo lucem vidit, tempore ɔn parum crevit, obſervationibus nonnullis ad editionem ſeındam deſtinatis, præſertim Viri cujusdam Turonenſis in Gal. a; cui ex maxilla dextra enatum fuit præteritis annis cornu ietinum; item mulieris Amſtelodamenſis, qvæ adhuc in fron: corneam eminentiam præfert, ut taceam varia auctorum, væ hinc inde lecta ſuis locis debentur. *Aneuryſmatis* qvoqve iſtoria in majus volumen apud me crevit, qvod ſecretiori oo repoſui, ſi Deus vitam, tu vero favorem mihi perennaves. Vale, Patrone maxime, &, ſi mereor, favere ne deſinas, ıqvo unica voti ſpes hæret. Raptim Lugduni Bat. 20. April. ræ Chriſt. 1646.

*De Angina Exercitationes* nondum reddidit Gallia: hoc, qvod iitto per publicum internuncium, typographus decurtatum literis meis transmiſit. Alias alia. Nunc qvicqvid in penu noro latuit, deprompſi. Unicornu, ſi ex re mea judicaveris,

 Avo

Avo Veneraudo concedes, ne me immemorem putet. Mall ſanè nitidiori charta alia fuiſſent in promptu. Sed hoc de mus Neptuni mercatorumqve ludibrio. Tu omnium ſince ri:s interpres & me ama.

## *DCCXV.*

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Tanto carior adventus fratris *Eraſmi* i it, qvod literis tuis ſociaretur, plenis ſolito in me affe & amore, qvem mihi præter meritum perennas. Perſpicio ſi gularem in promovendo honore meo curam, qva diſtineris. I tua voluntate omnia metior, qvanqvam non ſucceſſerint, q pronus tuus in me animus propoſuerat, non tibi tamen mi addictiſſimo, ſed majorum forſan invidiæ ſubtrahentium ſc deberi. Pro tot conatibus Tibi æternum me obſtrictum pr fitebor. Verum qvum de ſedula tua pro me cura adeò ſim ce tus, ſalutis meæ te auctorem laudo, qvam magis promovere ſi de diuturniori in exteris mora ſollicitus eſſes. Scio imme ſum illum in me amorem tuum & amicorum nihil intentatu relinqvere, qvo me ad patriam retrahant? Sed, qvæſo mi Pater, cur me adeò ad fatum vocatis? Annon hic invidi ſatis pateo, ut neceſſe ſit plurium ibi experiri torvos vultus Non qvidem unqvam ſectatus ſum invidiam; neſcio tamen qv fatum meum hoc ſit iniqvum. *Hofmanni* & *Laurenbergii* novi in me futuras diras, ſuccenſet qvoqve *Riolanus*, qvia Pat illius de nervis pudendi non acceſſerim. Prodit & alius, q pro *Carteſio* reſpirationis modum contra me aſſerat; adeò ub qve offenſæ; nec apud vos deeſſe intellexi magnos qvosda Viros, qvi concoqvere non poſſunt tot *Bartholinorum* in Aca demia operam, qvaſi hæc fratrum copula ibi ſit inaudita. Un de jam ſatias me cœpit harum injuriarum, qvanqvam æqvo a nimo feram ſubdolas illas vobis mihiqve abſenti pollicitatione Frigida ſanè eſt abſentiæ meæ excuſatio, qvam magnus ill Vir tibi oggeſſit; qvum nec præſens fuerit *Mulenius*, nec *Em*

*valdi*

*valdius*, & ſi verum alias faſſus eſt, dudum præſentem meam famam habuit. Qvid amplius præſentia poſſit, haud ſcio, niſi ut ſecurius deinde illudamur. Ethicam introductam inprimis lætor, qvam tantò lubentiori animo illi relinqvam, qvem fama huic provinciæ deſtinari refert, qvantò â ſtudiis meis hæc magis aliena. Cæterum ancipiti ſpe huic illiqve & iſti inniti, qvam ſit periculoſum & inglorium, ipſe non diffiteberis. Unde ſi rebus meis optimè conſultum volueris, qvia peregrinis adſtringi (qvod tamen augurantur Aſtrologi,) amici nollent, fac qvæſo ne patriam adhuc videam. *Laurenbergii* Diſputationes avidè exſpecto, anteqvam Apologia edatur, qvam hactenus ſupreſſi. Pro Catalogo Muſei auctioris maximæ tibi debentur gratiæ, vel eo nomine, qvod levicula illa interſerueris, qvæ cum ſupellectile libraria Venetiis miſi. Qvænam illa *Terra* ſit *Antiſcorbutica*, & qvalis alia *Aqva Wormii antiſcorbutica*, in Catalogo Pharmacopoliorum Hafnienſium ſignata, lubenter â te diſcerem. Balænæ cranium perelegans olm in obſervationibus meis *de Unicornu* ad te auctorem retuli: utinam habuiſſem tum totius Balænæ ideam, qvam jam transmittere dignatus es, magis ſanè de publico bono meruiſſem. Inſerviet tamen editioni iteratæ, cum aliis novis, qvæ poſterior obſervatio ſuggeſſit. Dominum *de Laët* qvamprimum conveniam, ut debitas amici partes agam. Opus *de Lapidibus* meditatur *Boethio* adjungendum, cui ſi ſymbolam tuam contuleris, ſine dubio & de ipſo & publica re literaria bene mereberis, qvod tibi, ad ſeculi gloriam nato, proprium ſuperi voluerunt & eruditus genius. Vale, Patrone unicè colende, nec invitos illos ſurdosqve Patronos pro me amplius ſollicita. Faveas modò tu, cui omnia debeo, donec noſtra adoleverit virtus. Qvid alios moror vana jactantes? Melius foret memoriam Noſtri deponerent, qvam toties fruſtra repeterent. Adhuc mea meſſis in herba eſt. Iterum vale, & ſcribentis libertati ignoſce. Salutat te *D. Fiurenius* & frater amantiſſimus. Lugd. Bat. 2. Maji *1646*.

## *DCCXVI.*

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Haſniam.*

VIr maxime. Ab illo tempore, qvo ultimas meas ad te ( di, in amicitiam Ampliſſ. Dni *de Laët* veni, in qvam i me vocavit humaniſſimè, viſo apud Cl. *Salmaſium* opuſculo m de *Unicornu*, qvod utriqve adeò placuit, ut auctores fuer Typographo noſtro, ut iteratò prælo ſubjiceretur, in qvod men necdum conſentire potui, qvia prioris editionis exemp ria aliqvot adhuc mihi ſuperſunt, qvæ ex Italia exſpecto. P rimas verò obſervationes de *Monocerotibus* mihi promiſit *de La* præſertim de Ave monocerote ex Indis allata, necdum mihi ſa. In *Topau* qvoqve â nobis diſſentit, qvam non cre eam eſſe cujus ad me miſiſti ſceleton, ſiqvidem diverſa Top ſit deſcriptio, qvam monſtrabit. *Muſei tui Catalogum* conce re ipſi coactus ſum eo fine, ut qvæ illi deſunt, per me t transmittat. Haga eum jam habet, qvò evocatus eſt hiſce d bus negotiorum publicorum cauſa. Ubi reverſus fue de ſingulis accuratius perſcribam, qvæ tibi deſtinavit. *Lapidibus* commentarium meditatur, editioni novæ *Boethii* jungendum, unde â me deſideravit *de Gloſſopetris Diſſertation* meam, qvam, adhuc in ſchedis meis latitantem, oſtend non potui; ſi qvid in materia hac habeas, ne homini am invideas qvæſo. Sceleton mihi miſſum Balænæ monocerotis curatius perluſtrans, cum Conſobrino meo chariſſimo, de d te illo inveni dubium, qvem ad latus ſiniſtrum cranii poſit videor mihi videre, qvum tamen in icone totius piſcis re ductu ex media facie emergat: de qvo qvæſo apertius me n neas, ut auctior evadat, clariorqve nova editio. Diſſerta nem meam *de Latere Chriſti*, tibi dudum inſcriptam, pe ſe habet Cl. *Salmaſius*, mihi addictiſſimus, cujus cenſuræ ſ jeci, anteqvam in publicam lucem emittam. Qvid verò is ea ſententiæ tulerit, necdum mihi aperuit occupatiſſim Vale, Patrone maxime, & me, ut ſoles, ama. Leydæ Maji 1646.

*DCCXV*

## DCCXVII.

# OLAUS WORMIUS

## *Thomæ Bartholino.*

'On te ulterius defatigabo aut reditum urgebo, cum ſpe hac vice excidiſſe nos videam, & de reliqvo Avum mentem ſu- Tibi expoſiturum credam, ut, qvod ex uſu ſit, ipſe eligas. eſt, de invidia qvod conqveraris, cum illa virtutem non s, ac umbra corpus, comitari ſolet. Melius qvidem mea entia olim Præceptor meus p. m. *Caſparus Bauhinus* dicere us eſt, ſe *invidiam ſperare, miſericordiam ſpernere.* Qvæ de 'enbergio juniore, relatione amici cujusdam mei habui, ita on habere, diligentius rem inqvirens, intelligo. *Terra ntiſcorbutica*, cujus mentionem facit *Catalogus*, prope Ber- in Norvegia reperitur; eam mihi attulit *Fabricius* Medi- Regius, qvi ait, ejus civitatis Poliatrum non ſine ſucceſſu udores in Scorbuto movendos ea uti, Drachma una in in aqv. opriata. Cum effoditur, impura valde eſt, radiculis & ſa- repleta: munda lentorem & pingvedinem nullam habet, ormam pulveris refert, colore Turpethi mineralis, ex Mer- o confecti. Ego ejus experimentum nunqvam feci. Aqvæ antiſcorbuticæ, cujus miram hic indies experimur efficaci- deſcriptionem mitto. Qvid conferre poſſim laboribus Do- *de Laet* Commentarium in *Boethium* meditantis, non video; vix qvicqvam in eo genere poſſideam, qvod ab aliis non eſcriptum: Noctuas ergo Athenas feram. Interim luſtrabo is meas, ac, ſi qvid invenero notatu dignum, ad Dn. *de* proxima commoditate perſcribam. Inter rariora, qvæ Hiſpaniis attulit *Eilhardus Ulfeldt*, & lignum erat qvadra- , qvod literas inſculptas tenebat Arabicas, ea ſerie, qvam 'ides; ipſum enim lignum à typographo noſtro exprimen- curavi, ut tecum communicarem. Vale Hafniæ 22. , 1646.

Jam haſce ad umbilicum perduxeram, cum alteræ tuæ untur, qvibus eadem opera reſpondendum duxi. Felicita- iſtam veſtris literarum Antiſtitibus non poſſum non invi- dere

dere, qvod egregiis tuis opuſculis de *Unicornu* & aliis gaude nobis verò hic ne tantillum qvidem conceſſum. Iterim gau te familiariter uti magno *Salmaſio* & meo *Latio* viris de Re teraria optimè meritis. Si animus ſit iterum de *Unicornu* ag ſvadeo, legas *Samuelis Purchaſſii Angli* Anglica lingva conſ tum Tom. 3. libr. 3. Cap 1. 22. & libr. 4. cap. 19. &c. ul hiſce animalibus obſervationes invenies haud ingratas. Avis us, qvam *Topau* vocavi, roſtrum à qvodam mercatore accepi hoc nomine ex India advectum. Interim non me latet ab *Aldro do* Rhinocerotem avem vocari *Ornithol.* libr. 12. cap 20. A mino *de Laet* in exoticis iſtis verſatiſſimo, certiora diſces. terim neminem adhuc videre licuit, qvi integram hujus hiſtoriam propoſuerit. Roſtrum ſaltim habuiſſe videtur *A vandus*, ego totum Caput cum roſtro. Balænæ *Narhual* ſ ton, ut potuit, delineavit glyptes: Ita eſt, ut dicis, non curate obſervavit in totius icone, ſiniſtram maxillæ parten cupare dentem, aut minuta iſta forma exprimere non pot corrigi hoc facile poteſt ex reliqvis, qvæ junguntur, accuratè ſatis id oſtentent. Penes me adhuc extat cranium tuo acceptum à Nobili Viro, qvod te vidiſſe exoptarem. jam agat *Salmaſius*, mone. De *Materia Medica* opus me mihi retulit qvidam; utinam huc cogitationes dirigeret. N enim ipſo melius hoc ſaxum volvere poteſt, ut abunde nc cent *Exercitationes Pliniana*. *Ebenbeterum* cum nemo literat noſtrorum in Arabicis verſatorum nobis det, valde miror vel hujus ſolius auctoris verſio gloriam polliceatur immort De rebus tuis, in Italia relictis, vel Neptuno commiſſis Tibi ſit ſpei, mone. Vale.

## *DCCXVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Thomæ Bartholino.*

*Leidam.*

QVas ad me 20. April. dediſti Lugduno Batavorum cu juncto faſciculo literas, jam primum 29. Maji a Gratias verò ago maximas pro tranſmiſſis & diu à me de

tis Opuſculis, in primis qvod in tractatu de Unicornu, non ſolum ſæpicule mei mentionem facias honorificam, ſed ad calcem Doctorum de *Aureo Cornu* judicia ſubjunxeris præclara. Si qvid in tui honorem viciſſim à me proficiſci poſſit, ſenties me in paribus haud ſegnem. Avidè & magna cum delectatione ubi perluſtraſſem eruditiſſimum De *Unicornu* opus, juxta monitum, Avo tradidi, qvi ſummis laudibus non ſemel illud extulit. Perge, non de Patriâ modo, ſed toto orbe literato benè mereri: ſi non aliud, certè immortalem nominis gloriam hinc reportabis. Cæterum qvia intelligo tam ex literis tuis, qvam catalogo Nundinarum Francofurtenſium, Te iteratam ejus moliri editionem, non potui qvin, qvæ percurrendo animadverterim notatu digna, monerem, ut ſi inde conatibus tuis qvid accedere poſſit augmenti, diligentius expendas. Erat & mihi cum doctiſſimo & nobiliſſimo Viro Dn. *Iſaaco Peyrerio* Gallo, qvi in comitatu Illuſtriſſ. Dn. Legati *de Thuillerie* hic fuit, dum Chriſtianopoli de pace tractabant, per literas de Unicornu colloqvium, qvod communicandum duxi iisdem qvibus inter nos habitum verbis, ut inde aliqvid in rem tuam decerpas. In meliorem partem cuncta interpreteris rogo. Vale mi *Bartholine* & amare me pergè. Hafniæ 5. Junii 1646.

Qvæ obiter percurrendo librum tuum de Unicornu obſervaverim, hæc ſunt:

*Pag.* 47. Si erraverim vocando avem Rhinocerotem *Topau*, in erorem inductus ſum à Mercatore noſtro qvi roſtrum attulit. Facile igitur me corrigi patiar à Clariſſimo amico meo *de Laet*, in his exercitatiſſimo.

*Pag.* 53. Rhinocerotis inſecti aliud genus, depictum ex Galliis mihi tranſmiſit *Chariſius* noſter, cornu oſtentans in extremitate bifidum & in dorſo gibberum valde eminentem bifidum qvoqve. A nemine, qvod ſciam, hoc animal depictum; magnitudine & reliqvis lineamentis cum eo convenire mihi videtur, qvem tu proponis.

*Pag.* 91. Inter piſces cornutos non immerito *Centrinam*, nobis Hafſmuus, & canem marinum, *Haa* noſtratibus dictum retuleris, qvi unicum cornu, verè corneum & acutum in dorſo geſtant, qvo ad dentes purgandos, etiam argento & auro ornato, utuntur noſtrates, à doloribus & aliis incommodis præſer-

vare credentes. Qvamvis alii hoc cornu aculei nomine (ci
parvulum ſit reſpectu totius piſcis & aliorum cornuum) poti
dotandum cenſeant. Illorum piſcium duos in Muſeo tene
marem & fœminam, uterqve duplici præditus eſt genitali.

*Pag. 65. Anteriori dentium ſerie, &c.* Balæna noſt
nullos plane habet dentes, præter unicum illum longiſſimum
qvem Unicornu vocant, unde arbitror illum, qvem vidit *H*
*ſtenius*, Roſmari fuiſſe. Nec probe Spitzbergam invenitur a
capitur; ſed in freto Davis Grönlandiam alluente. Mercator
noſtri totas naves hiſce non implerunt, ſed inter reliqva me
cimonia, particulas qvaſdam & unum aut alterum integrum
ab incolis emptum, reportarunt.

*Pag.* 103. Strias in dente non rite expreſſit glyptes t
us, radicem etiam tenuiorem juſto finxit, melius meus
qvamvis in radice exprimenda etiam erraverit, cum craſſit
æqvalis ferme ſit parti vicinæ. Forſan ex re eſſet monere, d
tam à Te effigiem partem palati interiorem referre, ne i
dextra maxillæ parte ſitum dentem qvis exiſtimet. Accura
us cuncta exhibere mihi videtur tabella nupere tibi à me miſſ

*Pag.* 109. Non puto *Scaligerum* per *Elg* intelligere Ur
ſeu Uhroxen. Elg enim convenit cum noſtro *Els* qvo, addito Di
Alcem exprimunt noſtrates, cum cervo majorem qvam cu
bove habentem affinitatem.

*Pag.* 123. Carnem Alcis guſtavi, duram, nervoſam
concoctu difficilem, qvæ qvam diu aſſervatur cruda, ſangu
ne ichoroſo ſcatet, ut ego in fruſtulo mihi dono dato e
pertus ſum.

*Pag.* 140. Poculum ex cornu Rhinocerotis in India el
ganter elaboratum poſſideo, colore ſuccinum referens flavum
niſi qvod in fundo maculas qvaſdam nigras oſtentet. Iconem
miſiſſem, ſi ſaviſſet pictor.

*Pag.* 141. Ex eodem animali dentem poſſideo mol
rem, qvem ad dolorem dentium ſumme deprædicabat is, q
ex Indiis attulit.

*Pag.* 142. Miror cur poroſam ſubſtantiam tribuas corn
Rhinocerotis, cum æqve ſit ſolida ac cornuum boum noſtr
tium. In pocula ad aptatum liqvorem infuſum percolari a
diffi

ıere non ſinit. Graveolentia exuſti cum omnibus cornubus eſt communis. Pro nutu animalis contrahi, extendi & flacere, vix mihi perſuadeo, cum ſolidæ, duræ & corneæ ſubſtantiæ hoc repugnet.

*Pag.* 197. Cavitas illa naturalis eſt omnibus ejus generis ibus, ut in aliqvibus qvos tractavi animadverti, & ex Epis qvas mitto uberius percipies.

*Pag.* 199. Subtilitas non impedit, qvo minus ex iis pocula ficiantur, cum naturâ cavi ex parte ſint dentes hi, ut ex *rovando* lib. I. De Qvadrupedibus colligis, ubi iconem ponit poculi Sigismundi Regis Poloniæ ex eo coni. Mihi particula eſt hujus dentis pedem Romanum longiine ſuperans, adeò cava, ut ex ea facili negotio poculum nium conficere valeam.

*Pag.* 200. Cavitás naturæ dentium non repugnat, cum tes Elephanti, Apri, Rosmari & aliorum ejus generis anilium cavi ſint ex parte.

*Pag.* 203. Cornu Sereniſſ. Regi noſtri non aptè ſatis reſſit. Striæ enim anguſtæ nimis, ut ſupra monui, & ratali involucro, qvale proponit, non tegitur, ſæpius enim i & tractavi. In omnibus radicem concernentibus, cum tro convenit.

*Pag.* 257. Mihi ſunt aliqvot ſagittæ, ex Lapponia, credo, allatæ, cornubus acutis armatæ, ea parte, qva pum tangere debent.

*Pag.* 259. *Edda* non eſt conditor Hiſtoriæ alicujus, nomen Viri, aut Auctoris alicujus: ſed liber ita dictus, ıtinens fabulas varias, qvarum uſus eſt in Poëſi Danica pri. Similis planè liber ei qvem edidit *Natalis Comes*, qvo æcorum & Latinorum fabulas perſeqvitur, qvibus in carnibus uti ſolent Poetæ.

Sed manum de hac tabula.

*DCCXIX.*

## DCCXIX.
# THOMAS BARTHOLINUS
## *D. Olao Wormio.*

*Nycopiam.*

VIr Excellentiſſime. Graviter me affligit diuturna tua abſentia, & vellem rumpi moras illorum, qvi valetudini Celſiſſimi Principis alioqvin præſunt. A tuo autem diſceſſu nihil occurrit ſcriptione dignum, nec tamen temperare calamum potui, qvin tuo deſiderio plenus interpellarer abſentem qvietem. Bonas aves precamur cuncti, & junctis votis nudius tertius in nuptiali feſtivitate memoriam tui recoluimus. Utinam vel cito ad nos redeas, vel nobis ad te excurrendi detur occaſio. Ex Italia nihil habuimus literarum, nec ex Galliis. Ex Belgio retulit frater *Eraſmus*, opus meum de *Latere Chriſti* ad umbilicum qvidem eſſe perductum, ſed tertiam inſuper addi epiſtolam, à Cl. *Salmaſio* oppoſitam *Adolfo Vorſtio*, qvi in Epiſtola ſua ad me de Hyſſopo in Chriſti cruce ab eo diſſenſum alit. *De Luce* liber brevi luce donabitur. *Schedion* meum de *Armillis* confeci, ſed propter iter *Annibalis*, cui deſtinaveram, à prælo feriabitur, vel ideò etiam, qvod Bibliopolæ noſtri videantur ſumtus exiguos refugere. Ad Conſiſtorium nuper cum Facultate Medica juſſu Regio nos convocavit *Fabricius*, ut de raucedine M. *Damiani* conſultatio inſtitueretur, qvem ferunt aliò à Rege Sereniſſimo amandari. *Chariſii* nomine te ſaluto, qvem nuper Elſingoræ inviſi, redux ab *Anna Longomontana* puerperio, ſolitis convulſionibus miſerè afflictæ. Avum adhuc pedis digiti tumor dolorqve lecto affligit, cui perennem vitam precor, tibiqve felicem ad nos reditum. Vale, Pater omni cultu proſeqvende, & me amare perge, ſemper tuum T. B. Hafniæ 2. Februar. 1647.

## DCCXX.
# OLAUS WORMIUS
## *D. Thomæ Bartholino.*

*Hafniam.*

UTrasqve tuas probe accepi, qvæ continebant maximè deſiderata; gratias itaqve ago, ac parem a me ſemper exſpectandam

ſtandam promitto amoris & officii viciſſitudinem. Aulicæ hujus vitæ tantum me tædium cepit, ut qvidvis potius eſſe velim, qvam aulicus: non qvod omnia ex voto non ſuccedant; nam benignè ſatis & gratioſe mecum agitur, omnibusqve qvæ deſiderare valeam, adeò abunde mihi ſatisfit, ut vix ex aulicis ſit qvisqvam qvi mihi præferatur. Sed qvod tanto temporis tractu ab uxore, familia, jucundiſſima tua & aliorum amicorum converſatione divellar, me angit. Hanc ſpartam Tibi Tuiqve ſimilibus magis, qvam mihi vetulo, competere arbitror. Sæpe apud Celſiſſimum & Optimum Principem tui mentionem feci, & niſi ad *Hypauſium* in Scaniam ſcripſiſſet, conſtituerat te ſecum ad Acidulas ducere, qvin imo, ſi reluctantem ipſum offenderit, forſan adhuc fiet. Optarem me de tua certiorem reddi voluntate, negotium majori fiducia tractarem. Anceps enim hæreo, an iter hoc noſtris votis in aliis incommodare poſſit. Mitto tibi transmiſſum mihi ab uxore, *Vintimiglia* tractatum, (per qvem ex Italia advectum, ignoro,) Tibi ab auctore deſtinatum, uti & alterum â *Nibuſio*, tibi inſcriptum, cum literis qvas eo nomine ad me dedit. Invenies mitem, non tam tibi, qvam *Salmaſio*, adverſarium; qvo forſan remoram adhuc paululum tuo injiciet de *Latere Chriſti* tractatui. Percurri, ſed verbis vidi, non rebus prægnantem. *Salmaſio* procul dubio bilem movebit, & qvartam forſan extorqvebit *Epiſtolam*; ita opus tuum in immenſum augebitur. Præſens ſi eſſem, narrarem hic audita â Principe; qvæ forſan operi tuo *de Luce* lucem haud levem afferrent. Brevibus dicam: Sereniſſimo Regi noſtro, dum in ephebis eſſet, ſcintillæ ex capillis capitis emicabant, qvotiescunqve mundum indueret induſium. Qvod cum credere noſuiſſet Regina mater *Sophia*, advocata aliqvoties, oculis ſpectaculum cum uſurpaſſet, exclamavit, Non poſſe non magnum aliqvid hoc portendere. Id mihi Princeps nudius tertius narravit. Ipſi verò Principi noſtro Clementiſſimo, cum frigus hoc intenſius urget, criſpantur præter ſolitum capitis capilli, qvod oculis meis hic vidi, idqve narrationi huic occaſionem præbuit. Huic diſcurſui ſubjunxit Principiſſa aliqvod non minus rarum, qvod cum Regina Sueciæ (qvæ hic ante biennium circiter apud Sereniſſ. Principem aliqvantiſper commorata fuit,) *Maria Elenora* hinc diſcederet atqve togam indueret, togam igneam multis viſam fuiſſe. Rationem

onem horum redde. Ego qvæ ab ore utriusqve Principis habeo, promo. Sed jam avocor, & horum deſino. Si detur occaſio, *Chariſio* ſcribendi, viciſſim meo nomine ſaluta, ut & *D. Fuirenium* meum aliosqve amicos, qvorum ſuavi conſuetudine invitus aliqvantiſper adhuc carere cogor. Vale & ut facis, ama. Nicopiæ. Febr. 1647. Tranſmiſit ad me ſine literis faſciculum uxor, in qvo continebantur *Tractatus Dominici Panaroli de Chamæleonte*, & effigies qvorundam Literatorum in Italia. Suſpicor *D. Fuirenium* tranſmiſiſſe; ſi res ità ſit, maximas meo nomine age gratias, donec præſenti id expedire detur.

## *DCCXXI.*

# THOMAS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Nycopiam.*

VIr Experientiſſime, Pater colende. Prolixas tibi debeo gratias, qvod honorificam adeò apud Celſiſſimum Principem mei feceris mentionem. Agnoſco affectum verè paternum, nulla apud me memoria obliterandum. Utinam autem votis tantis eſſem par. Noviſti juxta mecum provinciam illam arduam nimis; nec meo humero facilè convenire. Taceo longioris experientiæ defectum, qvem longiore demum inter practicos labores tempore ſupplebo. Unica virium ratio pro me interpellat, qvam qvæſo pro animi tui candore ſincera interpretatione accipe. Qvietem amo, ità ſuadente imbecilli corpuſculi conſtitutione. Non tamen poſſum, qvin mihi de tanto Patrono gratuler. Tu omnia benignè apud Heroem interpretaberis. Difficiliorem ejus valetudinem ancipitemqve nollem per me in pejus deflectere, itineris difficultate & diuturna forſan apud minus profuturas acidulas mora. Rem eloqvor, ut eſt. Majori profectò me obſtrinxeris beneficio, ſi me huic ſcopulo exemeris. Pro tranſmiſſis opuſculis pares debeo gratias. *Nihuſium* vix dignum crediderim reſponſione, niſi ità judicaverit conſulendus à me *Salmaſius*. Breviter tamen reſponderem, ſi per otium liceret. Vix enim vacat hæc ſtudia retractare: adeò omnium me vexat tædium.

inm. Triſte heic ſpectaculum nobis funeſtum armamenta- incendium exhibuit. Ex Belgio per fratrem finem Operis *Latere Chriſti* accepi, nec non *de Luce* foliolum primum, id mitto, ut qvo pacto ſe gerat Typographus, judices. De *millis* tractatum confeci, ſed qvia de Patrono ambigo, parum- ſepoſui. Tuum verò reditum ex animo deſideramus, qvem is omnibus urgebo. Vale, mi Pater, & favere perge, u- am præſens. Salutant te *Chariſius*, & frater conſobrinusqve. fniæ 20. Febr. An. 1647.

## *DCCXXII.*

# OLAUS WORMIUS

## *D. Thomæ Bartholino.*

QVas mihi exhibuiſti pagellas, σκιαγραφίαν *Theatri Natu- ræ Jatrochymicæ rationalis* Viri Clariſſimi Domini *Hieronymi* *di* continentes, avide perlegi; prima enim fronte magnum d & eximium præ ſe ferebant. Apparatum vidi inſignem re- n pulcherrimarum, ex univerſo naturæ penu depromptarum, e ſi debito modo & ordine perſpicue tractentur, reſciſſis in- tis, confictis & uſu medico non probatis, non poteſt non au- r magnam ab eruditis & curioſis inire gratiam, ſibiqve ad im- rtalitatem viam ſternere expeditam; de qvo non dubitamus, idem Romæ tot eruditiſſimorum Virorum calculos obtinu- niveos; inter qvos eſt etiam Clariſſimus *Kircherus*, in Na- æ arcanis eruendis verſatus: Cujus ſi brevi videremus promiſ- a mundum ſubterraneum, qvin de mineralibus & Metallis a- qve, qvæ ſinu ſuo fovet terra, rara & miranda haberemus, vix bigerem. Communem amicum, Clariſſimum *D. Aurelium erinum*, Gymnaſii Neapolitani decus & Chirurgorum noſtri uli Principem, ſuum hic etiam tuliſſe ſuffragium, video. n poſſumus igitur, qvin magnum & eximium qvid hinc pol- amur. Magnum certe eſt, univerſæ Naturæ ambitum pera- ſſe, mineralium, metallorum, vegetabilium & animalium pro- cias ſingulas luſtrâſſe, eorumqve ad corporis humani inco- itatem vires ac proprietates perſpectas habuiſſe, debiteqve ſingu-

ſingulis affectibus ita applicuiſſe, ut præſens ſanitas conſervetur, amiſſa iis reſtituatur. Acris judicii multiqve laboris & experientiæ eſt, Chymicorum ænigmata enodaſſe, ex eorum fornaculis extraxiſſe ea, qvæ cito, tuto & jucunde ſæviſſimos morborum tollant langvores, ægrisqve ſine periculo exhiberi poſſint. Nulla enim re jam magis laborat hæc ars, quàm farragine incertorum, periculoſorum & nullo uſu probatorum pharmacorum, cùm qvibus de corio humano nimis impune qvandoqve ludunt eorum præcones. Laudandæ curioſitatis eſt, rimari, qvæ India utraqve, qvæqve aliæ nationes exteræ ferunt rara, eaqve publico bono in lucem proferre, ſiqvidem inexhauſtæ Naturæ theſauri hactenus à nullo mortalium ſufficienter extructi, ac digne literis commendati ſunt. In hiſce cum animadvertam, *Dn. Bardum* ſe Virum præſtitiſſe, variaqve rara & arcana promiſiſſe, qvis debitis laudibus eum ſatis extollet? Inter hæc non dubito, qvin modum traditurns ſit ex plantis magiſteria extrahendi, qvæ, leviculi caloris miniſterio in vitris, ipſas, ex qvibus extracta ſunt, vivis coloribus, foliis, floribus forma ſpirituali exhibeant plantas. Age igitur, mi Bartholine, Virum doctiſſimum urge, tam eximium opus nobis diutius non invideat, ſed publicæ utilitatis memor illud qvàm primum prælo tradat; qvin immortalis gloriæ βραβεῖον apud rerum peritos ſit habiturus, nullus dubito. Vale. Hafn. 5. Non. Mart. 1653.

## *DCCXXIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *D. Thomæ Bartholino.*

GRatiſſimas tuas hodie hora 10. accepi; pro tanta tua ſollicitudine gratias ut habeo maximas, ita ignorare te nolo affectum meum mitioribus aliqvanto ſymptomatis recurrere qvandoqve, ſed maxime me torqvet oneroſiſſimum illud Rectoratus munus, qvod periculoſiſſimo hoc tempore humeris meis impoſuerunt Collegæ, cui ferendo me imparem plane agnoſco. Cæterum valemus adhuc Dei gratia in noſtra familia omnes, etſi latius indies ſerpat contagium. Deus nos porro incolumes præ-

ræſtet ! A filio literas habeo 1. Maji ſcriptas, ex qvibus colgo, ex votis eum valere, ſed necdum tractatus mei initium ccere typographi, ſculptoris cauſantes valetudinem infirmam. i data commoditate mittam tuas. Sctipſit, *D. Sperlingium* cum amilia in Sveciam migraſſe, exſpectari intra duos menſes Reinam Sveciæ, cum *Ulfeldio* olim noſtro, Principem Arauſienem cum Matre Lugduni ſedes habiturum, Viduam *Salmaſii* alde vexari à *Moro* qvodam, Profeſſore Amſterodamenſi, & areſto detineri, qvamvis hic innumeris beneficiis olim à *Salmaſio* it affectus. *Collegium Naturæ Curioſorum* mihi placet, ſed ſunt, qvæ me dubium reddunt, an ſucceſſum aliqvem ſit habiturum. Vidi & legi, qvæ transmiſiſti de *Collegio* illo, plauſibilia certe, ſed eventum exſpectabimus; remitto jam ſumma cum gratiarum actione. *Lacteas tuas Thoracicas* Londini impreſſas hic vendit *Moltkenius* noſter. *Otthο Tottius* Medicum ſuum huc ablegavit, ut rurſum conſilia Medicorum in caſu noto expeteret; juſſu Dom. Cancellarii in ædibus meis convenerunt, ſententias dicturi Qvantum intelligimus, ingraveſcit malum, & curationis ſpes ambigua. Gaudeo, Illuſtriſſimo Principi tuum placere tractatum; forſan & meum Ipſi offeram Muſeum, nam talia ſine ſpe compenſationis noſtris commendantur, ut noſti. Si reſcripſeris *Joëli*, ei meo qvoqve nomine gratias agas. Deus Te nobis cum tota familia ſervet incolumem! Salutant Te totamqve familiam uxor liberiqve omnes. Utinam diem illum videam, qvo ſalvi & incolumes convenire poſſimus, gratosqve pro more ſermones miſcere. Vale. Hafn. 22. Maji, 1654.

## *DCCXXIV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Thomæ Bartholino.*

*Roëſchildiam.*

PErcurri obiter transmiſſa *Riolani* opuſcula, qvæ, ne diutius iis defrauderis, gratus remitto. Semper verum credidi, qvod in triviis decantatur:

Didiciſſe fideliter artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Sed contrarium in *Riolano* noſtro experior, qvi etſi literatus & ſcriptis Anatomicis celebris, ejus tamen mores, nec Muſæ, nec aula, nec anni emollire potuerunt hactenus. Credo eum in vetularum educatum contuberniis, in qvibus rixari, ſcommatis & ſarcasmis certare, bonorumqve famam proſcindere volupe eſt. Nec amicis compellationibus, nec errorum demonſtrationibus movetur antiqvior ille Scholæ Magiſter, qvin convitia & maledicta toto horreo effundat in bene meritos, qvi laboribus ſuis Reipublicæ literariæ prodeſſe ſtudent. Solus dominari, & tanqvam Numen aliqvod Anatomicum adorari cupit. Qvæ hæc inſolentia? Tuum eſt, mi *Bartholine*, alto ſupercilio & ſilentio moroſi ſenis ſcommata contemnere. Docti ac probi, qvi utriusqve legunt ſcripta, & juſta lance rem expendunt, nugas ejus ſcurriles ſpernunt. Siqvidem rem raro tangat, & ut plurimum ineptiis ludat. Ægrius, crede mihi, feret nugas ejus contemni, qvam ſi verbis acerbius tractetur. Cui bono de ejusmodi contumeliis ſerram contentionis reciprocare.

*Baccho bacchanti ſi velis adverſarier, ex inſano ſtultiorem reddes.*

DEus Te nobis incolumem ad majora & utiliora ſervet. Valemus DEI gratia in noſtra familia omnes, & Te tuosqve ſalutamus ac valere jubemus. Hafniæ 16. Jun. 1654.

## *DCCXXV.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Thomæ Bartholino.*

*Roſkildiam.*

PErlegi, qvas miſiſti, obſervationes Chirurgi iſtius Leidenſis; perplacuerunt, & dignæ videntur, ut locum in tuis inveniant *Centuriis.* Pro communicatione gratias habeo maximas. Adhuc ſævire non deſinit peſtilens contagium. Nos ſub umbra alarum Jehovæ hactenus tuti delituimus. Ut hinc pedem jam moveam, conſultum non videtur. Terrent me veſtigia, nam mutatio illa ſine periculo fieri non poteſt. Faxit æternus DEus, ut tandem ſalvi & incolumes coram gratos ſermones miſcere

valeamus! Vale, & amicos omnes, qvi apud Te ſunt, ſo nomine ſalvere & valere jube. Hafn. 20. Jul, 1654.

## DCCXXVI.

# GEORGIUS HILARIUS

## D. Olao Wormio.

Lariſſime Dne Doctor, Præceptor, Fautor & Promotor reverende. Ut iteratam ſcriptionem hanc maturarem, pluſcuerunt qvæ commonebant, qvorum tamen omnium vel um judicari debet Magni Præceptoris ſingularis in me huitas & rara benevolentia, qvam qvotiens recolo, (recolu. ſemper oportet,) totiens gaudeo & de tanta mihi parlicitate gratulor; etenim qvid Juveni optatius, qvid obre eidem beatius unqvam poterit, qvam Clariſſimorum rum imprimisqve Præceptorum, non modo benevolentiam, etiam amorem atqve ſtudium ſibi conciliaſſe? ideoqve cum everendi Dni Præceptoris mei benevolentia tantum mihi cear, qvantum expectare qvisqvam valeat, ea omnino uten, nec ullam eandem exambiendi occaſionem prætermitam putavi, qvò qvæ ſemel accenſa eſt ſufflari exinde & deſcere magis poſſet. Et qvamvis non parum verear, ne ventiori ſcriptione mea, abuti benignitate Reverendi Præoris videar, tamen omnem mihi obortum metum paternus qvi mihi hactenus affulſit animus ſic demit, ut tale qvid icari, nefas ducam. Lugdunum ſtudiorum domicilium præitatus elegi, ſtudiorum qvodnam eſſet arripiendum genus, um diuqve deliberavi, à variis varia, & qvidem ad vamihi communicata conſilia, meditatus ſum, recoxi, utrum ptarem, etiam tum omninò dubius. Sed ut debuit, ſic aluit authoritas Reverendi Dn. Præceptoris ejusdemqve larrimè mihi communicatum conſilium, qvod mihi ſuo qvitempore qvam ſit futurum proficuum, vel jam videre mideor. Medicinæ, ad qvam nimium propendebam, renun, præclaro lingvarum ſtudio (utinam feliciter!) me initicui omnem meam dum valeo operam & ſtudium conſecra& ad easdem in ſcholis profitendas dirigam. Lingvæ Græ-

eæ, cujus hactenus, qvam decuit, imperitior fui,ſic jam ſtudeo, ut a meo huc acceſſu Græcorum Scriptorum non minimum Iſocratem propemodum abſolverim, deſcriptis exinde vocabulis difficilioribus, phraſibus & ſententiis ſelectioribus, & ad imitationem jam à græco in latinum, jam à latino in græcum ſubinde formatis ſtyli exercitiis, ſecutus in hoc Ciceronis noſtri prudentis tum ſenis conſilium, dum in ſuo ad Marcum filium libro eum cum græcis latina conjungere proficuè hortatus eſt. Hac jam incepi via, eâdemqve, dum valeo, continuaturum ſpero. Extraordinarias Valæi Profeſſoris Medici de ſanitate tuenda lectiones ut & botanicas Vorſtii, per cætera qvando licet, audio, ſectionem anatomicam ubi ſemel videro, mihimet, qvoad medica, ſatisfeciſſe tum videor. Etenim ſolæ Clariſſimi Dni Præceptoris lectiones, (qvibus legendis qvicqvid exteris ſuffurari poſſum temporis, impendo) omnia mihi, & qvidem mira oblectatione, qvantacunqve in Medicis deſidero ſuppetunt. Peregrinationibus, aut ocioſis excurſionibus plus impendiſſe temporis, nec ſat tutum, nec ſat proficuum credo, etenim ingens, qvæ mihi reſtat, ſtudiorum moles illis tempus exemiſſe videtur. Certum itaqve eſt annum hic vel plus ultra ſubſiſtere, interea alibi ſi commodius vivi poſſe audivero, forte & illuc ibo, ſed inconſulto Præceptore nil unqvam occeptabo. In his omnibus, ſi qvæ ſunt, qvæ pro ampliſſimo judicio & maximo experimento, notanda cenſueris, ea ut pro ſingulari, qva me hactenus proſecutus es benevolentia, monere haud graveris, humillime ſed confidenter peto. Mei ego interea non immemor officii, me ipſum totum, tibi, tuiqve nominis famæ devovebo & qvod debere me confiteor, te cum tuis omnibus conſpectui Benigniſſimi DEi precibus qvotidianis pie ſiſtam, cum ſupplici voto, velit tibi & tuis cunctis ex alto benedicere, atqve te ipſum magno Patriæ, (adeoqve & meo) bono, qvam diutiſſime & feliciſſime ſervare. Vale, Vir Magne, Præceptor venerande, fautor obſervande, & me tuarum virtutum admiratorem & cultorem adamare neqvaqvam deſine. Lugduni Batavor. die 2. Auguſt. Anni 1638.

*DCCXXVII.*

## DCCXXVII.

## OLAUS WORMIUS

### *Georgio Hilarii.*

ME abſente, ad ædes tuæ ſunt delatæ, qvas ubi vidi, gaudebam, qvod ad celeberrimum illud omnium diſciplinarum emporium ſalvum te perveniſſe perciperem. Inprimis gratum, qvod inſtituti ſtudiorum curſus rationem exponere haud ſis veritus: perplacet; conatus ſedulo urge; conſilii nunqvam pœnitebit. Viros ibi habes, qvorum manuductionem ſi ſeqveris, ſpe non fruſtraberis. Paulo antè, qvam has tuas accepi, delata ad me eſt conchyliorum, turbinum & cochlearum elegantiſſimarum copia, haud contemnenda, meo Theſauro locupletando à te deſtinata, ſed ſine literis, pro qvibus, ut debeo, gratias ago magnas, utqve affectui tam benevolo, officiis qvibuscunqve, viciſſim reſpondere valeam, allaborabo. Perge modo, inſtitutum ea, qvá apud nos feciſti, ſedulitate urgere, qvin Patriæ commodo & ornamento inſigni ſis futurus, non dubitabis. Si ſubinde de rerum ſtatu me tuarum certiorem reddideris, rem præſtiteris gratiſſimam. Vale. Hafniæ 9. Octobris 1638.

## DCCXXVIII.

### Ex literis

## PETRI PAULI WINDINGII

### ad

### *Ol. Wormium.*

EGo craſtino die abitum paro, ſi Deo viſum fuerit, in Brabantiam ad Academiam Lovanienſem, ubi morabor per ſpatium ſemianni. Tuo nomine Clariſſime Vir ſalutem precatus ſum Ill. & Exc. Viro Dn. *Spelmanno*, qvi viciſſim omnia fauſta & felicia tuæ Excellentiæ adſcribit: Colloqvia produximus ad tres horas; hæc igitur de ipſo teneas, *Gloſſarium* ſuum

um de manibus poſuiſſe, qvia alia opera ad manum habet, uti mihi exhibuit, *Concilia orbis Britannici usqve ad adventum Normannorum*, *Tom. I.* cum *Literatura antiqva Anglico-Danica*, qvæ prorſus injuriâ temporis eſt perdita. Filium habet doctiſſimum qvi ſub prælo habet *Pſalterium Davidis* in eadem lingva. Exemplar circa Paſcha habebis: Cogito enim redire in Angliam, ſi Deus vitam & valetudinem conceſſerit. Rumpere filium cogito, qvia qvid præterea ſcriberem, hoc tempore non erat; Tua Excellentia bene valeat cum Regia Academia. Raptiſſimè noctu dabam, ut ex contextu literarum apparet. Lugduni 1638. 27. Sept.

## DCCXXIX.

### OLAO WORMIO

### Viro Clariſſimo S.

*Hafniam.*

EXpetitum diu tuum *de Litteris Runicis* librum, Vir doctiſſime, accepi tandem ſub finem præteriti menſis: nam prius exemplar, qvod ad me jam pridem miſeras, non iniqvo pro tua laude fato, in potentiorum manus inciderat, qvam â qvibus illud honeſtè repetere poſſem. De Patre ac de Fratre *Avauxii* noſtri intelligo, Illuſtriſſimis pariter ac doctiſſimis Viris, qvorum uterqve locupletiſſimam habet Bibliothecam, ubi tuum opus, melius qvam apud me, collocari ac conſecrari debuit. Verumtamen, ut verum fatear, qvoniam rarus eſt, qvi pro ingenio velit cuiqvam cedere, diſplicebat mihi hanc eximiam tuam lucubrationem, amoris erga me tui pignus atqve teſſeram, mihi ſubtractam, & ad alios translatam fuiſſe. Et hæc cauſa fuit, cur tam liberè atqve fidenter te compellauerim, ut alium ad me librum mitteres. Factumqve eſt commodiſſimè, ut libri tui involucrum, *Programma* fuerit, qvo Clariſſimorum Collegarum tuorum, qvi in Academia Hafnienſi profitentur, nomina comprehenſa erant; qvorum mihi memoriam refricatam fuiſſe etiam atqve etiam lætor: rapioqve inde occaſionem, ut te rogem, Vir humaniſſime, Celeberrimum veſtrum *Longomontanum* meo nomine plurimum ſalutes; tametſi nomen meum,

qvam

a exiguum eſt, illius memoriæ inſediſſe vix putem. Uni-
ım verò Collegium veſtrum, nationemqve veſtram amo;
e obſervo; optaremqve vehementer, ut qvemadmodum in
aniorum artium ſtudio vobiſcum literati omnes Galli
entimus, ità ejusdem Theologiæ ac rituum Divinorum ſenſu,
m veſtra nobiſcum mens eſſet, atqve conſenſio. Vale.
tiæ 25. Novembris 1638.

CAROLUS OGERIUS.

## DCCXXX.

## CAROLUS OGERIUS

### D. Olao Wormio.

*iam.*

Qvum eſt tandem, Olae Wormi Vir doctiſſime, ut tibi
de tua humanitate confitear. Accepi ante aliqvot men-
uum *de Danica Litteratura* librum, de qvo hactenus tibi
as agere non potui. Rogaveram certè Illuſtriſſimi Legati
ci Secretarium, qvi Hamburgi verſatur, ut hoc munere
nomine apud te defungeretur; cui qvidem, ut eſt mihi
iſſimus, illum non defuiſſe facillimè adducor ut credam. Nunc,
iam ità ſe tulit occaſio, poſtulavi â Generoſo Domino *Fluſteau*,
ı Succiam per Civitatem veſtram pergit, ut tibi ex meis votis
ſalutem impertiret, qvam tu ipſi, ſi indigeret, ex arte illa,
ı digniſſimè profiteris, procurare poſſes. Dedi illi præte-
ırtis; etiam tuæ Poëma, cujus dignitatem ipſe pro tua ſolertia
ıabis: Et cum ad me reſcribes, conſilium dabis, an hu-
odi Chirurgo, qvi iſtorum carminum auctor eſt, venam
n tutò committere poſſim. Plura non addam, qvia premor
ore, neqve putaueram hominem iſtum per portus veſtros
ſaturum. Saluto Academiam veſtram, Daniamqve totam;
in tui amandi obſervandiqve ſtudio conſtantiſſimè perſe-
Lutetiæ Pariſior. 12. Maji 1639.

## DCCXXXI.

## OLAUS WORMIUS

### *D. Petro Winſtrapio.*

NArravit mihi Clariſſimus Vir *D. Joh. Reſenius*, affi
extitiſſe in Bibliotheca *D. Reſenii* ſenioris librum q
literis Runicis exaratum, qvem meis uſibus junctim am
taveritis. Eum verò cum teliqvis tuis libris hinc avecti
intelligam, obnixè rogo, ut, ſi eo carere neqveas, bo
cauſa mihi aliqvantiſper ſaltem concedas. Siqvid ex
antiqvitatibus accederet lucis, non ſine honorifica Tui
id futurum ſpondeo. Qvin pro eo, qvo ſemper in n
affectu id facilis ſis conceſſurus, nullus dubito. Ann
novum proſperrimum tibi tuisqve ſerio voveo. Vale.
29. Decembr. 1638.

## DCCXXXII.

## PETRUS WINSTRUPIUS

### *D. Olao Wormio*

### S. P.

*Hafniam.*

EXperientiſſime Dn. D. Wormi, Amice ac Faut
tiſſime. Mitto tibi ὠγύγια qvædam, dubio proc
in vetuſtis ſaxis inventa, prope Euſtadium terrâ eru
opus tuum de *Literatura Runica* locupletari & illu
videtur. Præpoſitos & Paſtores meos in futura ſyno
omnes, ut loca rerum geſtarum memoriâ maximè ta
conſimilia inde erui qveant, fodiendo explorari cu
ſi plus deliciarum ejusmodi, qvæ tibi arridere ſolent
ero, tecum lubens communicabo; facturus inſupe
vatim, qvæ tibi & publico rei literariæ bono utilia eſ
Vale cum Tua & tuis, qvos ego & mea amice ſaluta
diæ 2. Decembr. an. 1639.

DCC

## *DCCXXXIII.*

# PETRUS WINSTRUPIUS D.

*D. Olao Wormio*

Salutem & Officia.

*Hafniam.*

CLariſſime & Experientiſſime Vir, Amice honoratiſſime, Collega, olim in Academia, nunc in Capitulo, exoptatiſſime. Exhibetur tibi per Affinem meum, Dn. *D. Johannem Reſenium*, ſcriptum aliqvod meum Poëticum, de *Aureo Cornu* Sereniſſimi Principis, turbas afflictiſſimæ patriæ hieroglyphicè & emblematicè adumbrante, ut ante editionem illud tu perluſtres, qvi de eodem Cornu primus non ſine laude ſcripſeras. Si qvid, inprimis de materia & re ipſa, monendum cenſes, qvippe materiæ iſtius gnariſſimus, communicare ne graveris, amicè peto. Carminis hujus lectionem maturari, atqve illud, ubi perlegeris, Affini meo *D. Joh. Reſenio* reſtitui velim, ut Typographo in lucem edendum committatur. Tibi viciſſim & commodis tuis ſervire non deſiſtam. In ſchedula, hiſce literis incluſa, ſignavi antiqvos qvosdam characteres, inſculptos aureo annulo vetuſto, qvo Nobiliſſimæ Matronæ *Mariæ Urup*, Conjugis *Ulfeldii*, digitus qvotidie ornatur. Eorundem lectionem & ſenſum, te interprete, ſcire geſtimus, officiis tibi noſtris non defuturi. Vale cum Tua & tuis, qvam belliſſimè, & rei literariæ bono vive qvam diutiſſimè. Malmogiæ 25. Auguſti Ann. 1644.

## *DCCXXXIV.*

# OLAUS WORMIUS

*D. Petro Winſtrupio*

S. D.

ELegans ac pium tuum de *Aureo Cornu* Poëma exulceratiſſimo huic ſeculo ſatis congruum. In materia & re ipſa nihil animadverti prototypo non reſpondens; niſi qvod circuli primi

 flores

flores in cruces vertas, cum qvibus affinitatis nihil habent, niſi qvod folia ipſa decuſſatim ſe pedunculis ſecent, argumentum alioqvin præbituri efficacius iis, qvi Chriſtianis artificibus illud vindicant. Majorem cum cruce affinitatem habent duo illa nigra foramina ſtellata in circulo ſexto, qvæ aves aut volucres tibi videntur. Hæc enim ut & triqvetra illa qvinqvies terna nigro colore expreſſa, ad ſculpturam cornu non pertinent, ſed foramina ſunt, primam laminam penetrantia, in qvem uſum, ignoro, interim â reliqvis cornu ornamentis diverſiſſima. Transmiſſi characteres annuli Uropiani vetuſtatem præ ſe ferunt nullam. Uſitatas enim nobis vides numerorum notas, diverſiſſimas certè vel â medii ævi ſcriptorum ductibus. Confer cum notis numerorum in *Monumento primo Scanico*, qvod in templo tuo Lundenſi habes, vel cum Manuſcriptis ante centum annnos exaratis, videbis ætatem iſtam hæc non tangere. Habes H. & S. latinum planè. Qvid verò notent, meum non eſt explicare. Cifrorum enim iſtorum, ut vocant, infinita fingi poſſunt genera, qvibus nomina amicorum & amaſiorum vulgò involvunt. Myſterii hic præterea nihil latere arbitror. Forſan ipſa Matrona nobis omnibus hæc melius enucleare noverit. Vale & favere perge. Sept. 1644.

## *DCCXXXV.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Petro Winſtrupio.*

REverende Domine Epiſcope, Amice officioſè honorande. Qvia mihi rerum veſtrarum viciſſitudines ita innotuerunt, ut ſpes certa ſit, Scholæ veſtræ Rectorem, affinem meum dilectum, *M. Olaum* ad majora promotum iri, rogo amicè, affinis mei *Motsfeldii* rationem ut habeas; æqvum enim eſſe videtur, ut is, qvi jam aliqvamdiu labores Scholaſticos iſtos ſuſtinuit, cui nota diſcipulorum ingenia, qviqve ſuam tanto temporis tractu induſtriam, ut ſpero, in concredito officio approbavit, præferatur peregrino, de Schola nullis officiis bene merito, diſcipulis ignoto, & de cujus futura induſtria incerti adhuc eſtis.

Fac

ae igitur, Epiſcope vigilantiſſime, ut tuo favore & benevoentia agnoſcant clientes tui, ſe non ſine promotionis & præmiorum ſpe laborare; ſic alacres, ſic lætos, ſic Tibi gratos habiurus es ſubditos, ac certatim honeſta ingenia, ſub tuis auſpiciis, Scholis & Eccleſiis ſervire gaudebunt. Vale, ac petitioni pondus ineſſe ſine. Hafn. 1649. m. Nov.

## DCCXXXVI.

## PETRUS WINSTRUPIUS D.

### D. Olao Wormio

### Salutem & Officia.

*Hafniam.*

CLariſſime & Experientiſſime Vir, Amice & Collega honoratiſſime. *Martinus Paulinus*, qvem à Regio Præſide *Tottio* ommendatum, ſcholæ noſtræ, prævià cenſura Univerſitatis Hafnienſis, præficere conſtitueramus, id tandem reſponſi dedit, e munere iſto fungi nolle, imò nec poſſe. Ipſo itaqve renuente, Dn. Conrectori, *M. Henrico Motzfeldio*, ſummum ludi moderamentum obtuli, eumqve enixè rogavi, ut ex præſcripto Regiæ Conſtitutionis ſe haud gravatim ſiſteret Profeſſoribus Hafnienibus, atqve eorum cenſuram ſubiret: Sed & ille oblatam ſparam recuſavit; ſorte ſuâ & conditione qvá fruitur impræſentiarum, jam optimè contentus, aliam in poſterum expetit atqve exſpectat promotionem, cui me ſtrenuè velificaturum ſeriò polliceor. Nemini priorum cum obtrudi poſſit vacans provincia, tur ad *M. Jacobum Bingium*, ut eam capeſſat, modò, qvod optamus & ſperamus, à Dnn. Profeſſoribus Hafnienſibus dignus cenſeatur. Homo eſt indefeſſi laboris, ſummæ dexteritatis atqve probitatis; qvem M. *Motzfeldio* optatiſſimum fore paraſtaten nullus dubito. Qvæſo, Experientiſſime Dn. Doctor, honoratiſſime Dn. Collega, mihi ne ſuccenſeas, neve qvicqvam de me ſeqvius opineris. Confido me literis ipſius *M. Henrici Motzfeldii*, aut vivâ ejus interpretatione, abunde excuſatum iri. Si qvæ à me proficiſci poterunt, tibi tuisqve grata &

ta & accepta, καθδύναμιν facturus ſum lubentiſſimè. Vale, meqve tibi tuisqve addictiſſimum ama. Lund. 30. Nov. 1649.

## *DCCXXXVII.*

# OLAUS WORMIUS

## *D. Petro Winſtrupio.*

*Lundam.*

DE tuo in me meosqve affectu nunqvam dubitavi, nec, ſi penes Te ſolum ſtetiſſet, qvin voti compos factus fuiſſet affinis meus, hæſitavi. Hoc ſaltem me male habet, qvod eo ipſo tempore, qvo Cancellarium convenirem, pro alio, me inſcio, intercederet Capitulum. Et qvidem haud ſcio, an amici & affinis officio defunctus ſit noſter *Baggerus*, qvi mihi adfuit, & de omnibus aliis fuſe diſſerebat, anteqvam literas Capituli exhiberet, & ne vel minima vocula ejus mentionem fecit. Si enim me monuiſſet, ſuperſedere potueram officio Magnificum Cancellarium conveniendi. Qvi me omnibus Collegis opponerem? Candorem Magnifici Domini Cancellarii ſatis laudare neqveo, qvi mox literas veſtras legendas mihi tradidit, &, qvam callide omnia agerentur, oſtendit. Nemo enim tam obeſæ naris eſſe poteſt, qvi non illa olfaceret. Sed ſpe tui favoris confiſus, qvin ſanis conſiliis ſit obtemperaturus affinis meus, non dubito; qvocirca rogo, Patrem ac Patronum, ut hactenus, ita porro Te ut habeat. In me non deſiderabis qvicqvam, qvo Tibi Tuisqve viciſſim uſui eſſe poſſim. Vale. 4. Decembris, 1649.

## *DCCXXXVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *D. Ægidio Joannis.*

*Randruſiam.*

COmmendato mihi abs te Juveni, qva poſſum, ope & opera tui cauſa lubens adero; nihil enim mihi antiqvius unqvam acciderे

accidere poteſt, qvam amicis qvovis modo officiis affectum teſtatum reddere. Cæterum memorabilem Nobiliſſimæ *Brochiæ* caſum qvod attinet, de eo, qvæ mihi conſtant,& qvæ partim aliorum relatu, partim hiſce oculis obſervavi, brevibus referam. Huc appulit 20. Januarii hujus anni, levi oculorum lippitudine laborans, ſana alioqvin, & viribus integris. Convenit *M. Tancredum*, cujus opera ſæpius uſa eſt, de remedio ſollicita. Ille corpus impurum neceſſario expurgandum urget. Statum corporis purgantibus ineptum prætendit illa; ſe enim tertio jam menſe uterum ferre gravidum, ingenue fatetur. Ille rem ita ſe habere negat, qvod tot annis jam ſterilis extiterit, & ſine omni periculo corpus benignis expurgari poſſe aſſerit, ut ut ſe res habuerit. Renuit illa conſtanter, caſus aliqvot ipſi objiciens ſibi notos, in qvibus abortus catharticis ſit provocatus. Tandem perſvadentis victa rationibus, conſentit. Sumit Reſinæ Scammonii grana aliqvot cum cremore tartari. Prima die vehementer purgata eſt non ſine cruciatibus abdominis, ſecunda & tertia eodem modo, usqve dum ea, qvæ ingerebantur, inconcocta plane per alvum dejicerentur. Vocatus Medicus externis dolores lenire ſatagit fruſtra. Qvartâ circa noctem cum mucoſis excrementis ſangvis miſtus, & paulo poſt purus totus non ſine inſigni virium lapſu, vigiliis & doloribus exqviſitis dejectus. Hæc Ipſius ægræ piæ memoriæ relatione habeo. D. 25. Jan. media nocte circa horam 1. Nobiliſſimus maritus me convenit, cum lachrymis miſerum uxoris ſtatum conqveſtus, utqve ſuppetias ferrem, & unà ſecum ægram viſitarem rogavit. Precibus lubens annui; eò verò ubi perveni, eam offendi doloribus, vigiliis & dejectis vehementia mali viribus exhauſtam; tres mihi oſtentabant pelves, puro ſangvine per alvum excreto onuſtas, ut nil niſi de morte beata cogitaret. Ego ad præſentem Medicum converſus, de morbi ortu & progreſſu breviter ſeorſim diſſerui, qvibus intellectis, aut ſubito reſtringendum eſſe fluxum, & dolores ſedandos, aut mortem opinione citius exſpectandam, pronunciavi. Renuit primo ille, acrioris materiæ ſuppreſſionem majorem exulcerationem excitaturam prætendens. Ego, virium habendam eſſe rationem, attendendum ad id, qvod magis urgebat, mortem præcavendam, & ſiqvid ex materia ſuppreſſa metuendum animadverteremus, leni clyſtere & alvum aperiri & inteſtinis proſpici poſſe reſpondi. Trepidus & conſilii inops

con-

conſenſit tandem. Mox arrepto calamo, ego bolum exiguum præſcribo, qvem confeſtim ex pharmacopolio allatum ei exhibeo, unde mox qvievit, dolores ſedati, fluxus immoderatus cohibitus, ut tota illa nocte ſine ullis dejectionibus placide dormiverit. Seqventi die roborantibus inſtitimus qvamvis dolores plane ſopiti non eſſent. Alvus tum ſponte officium ſuum fecit, mucoſis qvibusdam cruore leviter tinctis egeſtis. Me deinde ſolum, abdicato priori Medico curæ præeſſe voluit, qvod ægre admodum feci, incertus, qvænam in tanta virium dejectione, prægnante ægra, inſeqvi poſſent ſymptomata. Mariti & ægræ precibus tandem victus conſenſi, per integrum menſem in matre & fœtu corroborando, & ſcorbuticis ſymptomatibus ſedandis occupatus. In principio Martii hinc diſceſſit utcunqve reſtituta, ſed nihilominus ſemper de debilitate inſigni conqveſta. Hæc, me præſente, acta. Maturo jam fœtu, feliciter peperit menſe Auguſto, qvod etiam maritus, datis ad me literis, indicavit: ſed vix pauci effluxere dies, cum eam ſubito, præter omnium exſpectationem, extinctam fama refert, idqve verum eſſe, res ipſa docuit. Exinde retulere mihi Nobiles qædam Matronæ, qvæ funeri præfuere curando, ſubito intumuiſſe totum corpus, livore inſigni fœdatum, qvod illæ qvidem malignitati aſſumpti pharmaci purganti adſcribebant; ego verò ſcorbuto, cui à teneris erat obnoxia, tribuendum docui. Maritus mox á præſtita cura, litem *M. Tancredo*, de male curata uxore, in Conſiſtorio coram Collegio Medico, movebat, ſed mea & aliorum interceſſione, ſopita hactenus, utinam plane exſtincta. Hæc tibi, amice dilecte, de tota cura Nobiliſſimæ *Brochiæ*, bona fide credita cupio, ob cau tibi notas cuivis non revelanda. Obſervationibus tuis ſimillimæ crebro mihi in praxi occurrerunt, & ita rem ſe habere, indies experimur. Catharticum, qvod Nobili noſtræ exhibitum, granis XI. Reſinæ Scammonii conſtabat, qvo ſæpius in eodem ſubjecto feliciter ſe uſum referebat *M. Tancredus*, commotis in ſcorbutica conſtitutione acrioribus humoribus, mira ſubſeqvi ſolent ſymptomata. Sed in tanta virium proſtratione, tot præcedentibus dejectionibus etiam cruentis, nihil paſſum eſſe fœtum, qvis non miretur? Vivit enim adhuc & viget. *D. Hofmannum* ut & *Laſſonium* meum officioſe à me ſalutare haud graveris. Te verò Tuamqve valere jubeo. Hafniæ, 27. Sept. 1639.

DCCXXXIX.

## DCCXXIX.

# OLAUS WORMIUS

## *Laurentio Bordingio.*

Ereor, mi *Bordinge*, ne magis ex affectu, qvo me proſeqve-
ris, qvam ex rei dignitate, de mea *Rerum naturalium* ju-
*Hiſtoria*. Mihi certe animus eſt, ſtudiis adoleſcentum, qvi
s rerum præclararum capiuntur amore, qvam verbalium
smatum ſtrepitu, hiſce conſulere. Brevitatem rerum co-
nperat, methodum diſcentium commodum. Eò usqve jam
'eſſi ſumus, ut, abſoluta primi libri, qvi de *foſſilibus* agit,
ıne prima de *Terris*, *Salibus* & *Sulphuribus*, & ſecunda de
*ibus*, in tertia de *Metallicis* jam occupemur, progreſſuri,
volente, ad *Vegetabilia* & *Animalia* in reliqvis libris. E-
a verò acceſſio rebus meis per te jam facta, pro qva gra-
ıgo ingentes, relaturus impenſas, ubi ad nos redieris, tu-
ve nomen in eorum deſcriptione gratus deprædicaturus,
*campum* antea habui, nam & in noſtro Oceano qvando-
reperitur, juvat tamen in pluribus varietatem obſervare.
s, qvem Sobane vocas, à *Gesnero* ſub titulo *Cuculi ma-*
deſcriptus eſt. Videtur, ſed omni ex parte non qvadrat,
cataphracto magnam habere affinitatem. Sunt mihi mone-
vædam Indicæ, ſed qvas miſiſti, non habui; altera cha-
:ribus Arabicis exornata, & ex plumbo confecta Turcica
Arabica videtur, qvæ tamen ſ[illegible] apud Indos habet preti-
Sunt mihi ex Argento ejusdem ferme generis. Qvædam
s, qvæ de Regiis narras gariophyllis, etiam ab eo accepi,
mihi, qvos poſſideo, dono dedit, ſed mihi tua narratio ut
ior, ita gratior. Lapis ſonitum edens, Ætites eſt, callimum
ns, qvem inter lapides deſcripſi. Aderat & chartæ Iaponicæ
:ulum, cujus duas integras teneo plagulas. Corpus illud,
Aranearum ſimile, rarum eſt; interim memini, me talia
ta in aëre volitantia hic anno præcedenti in Auguſto vidiſſe.
ejus generatione aliqvid dicam in mea Hiſtoria. Qvid
*Lucius* & *Soronch* ſit, non intelligo, niſi videro. Animal,
d *Legvan* vocas, *Igvana* eſt *Nierembergio*, qvi illud deſcri-
bit.

bit. Plura non ſinunt occupationes. Interim pro ſtudio, conatus meos juvandi & promovendi, gratias ago magnas, in tua commoda me viciſſim habiturus es paratiſſimum. Parentes meo nomine officioſe ſaluta. Vale. Haſn. 17. Januar. Anni 1640.

## *DCCXL.*

## OLAUS WORMIUS

### *Laurentio Bordingio.*

*Ripas.*

OPportunè ſatis, qvæ collegiſti, accepi; gratias igitur ago maximas, & me in opere *Monumentorum* non ſine nominis tui honorifica mentione egiſſe comperies; placuere enim valde. Induſtriam & diligentiam in ſingulis commendo. Qvid verò de iis ſentiam, videbis, ubi prodierint; jam enim in iis ſculpendis occupatur glyptes meus. Miror non fuiſſe qvemqvam, qvi ſecundi lapidis Landerupenſis autorem deſignare potuerit, qvi non Runicis ſed Chymicis conſtat notis, ut ſuo tempore docebo. Recens namqve eſt inſcriptio vix qvinqvaginta annorum, in ea namqve mentio fit Sereniſſimi Regis noſtri & Reginæ *Anna Catharina.* Inqvire, ſi datur occaſio, & autorem habebimus. Collis obiter mentionem feciſti, in qvo olim ſtetit, ſed optaſſem, accuratius ſuis circumſtantiis eum delineaſſes. Pleraqve ſpero me aſſecutum, exceptis iis, qvæ primus continet lapis Landerupenſis, qvem ob freqventes lituras vix qvisqvam enodaverit. Nondum prodierunt *Icones Regum Dania*; qvas à me accepit gener *Tormius*. Segnior juſto eſt *Paſſius* noſter. *Chriſtophorus Ivarius* librum, cujus mentionem feciſti, non tenet, ſed Secretario *Ivaro Vindio* ſe tradidiſſe refert; Aſt mihi unus eſt, forſan non inferioris pretii, cui etiam res geſtæ rhythmis junguntur vernaculis, qvi forſan ſuo tempore prodibit. *Muſei* mei mitto *Catalogum*, qvem boni conſule. Vale, &, ſi qvæ occurrant, aut ad Hiſtoriam naturalem aut Antiqvitates pertinentia, mei, ut ſoles, ſis memor. Haſn. 5. Jul. 1642.

DCCXLI.

## DCCXLI.

# OLAUS WORMIUS

*Laurentio Bordingio.*

*rg.*

Ratum mihi fuit, ex tuis percipere, ad lautam te provectum eſſe functionem, in qva Deo ſervire, ſtudiis invigi-
tuaqve curare qviete poſſis. *Edda*, cujus mentionem facis, eſt rariſſimus, nunqvam editus, & ab Iſlandis magno in pre-
abitus; conſcriptus vero eſt lingva Iſlandica, qvæ à qvo-
ntelligi neqvit. Ego magna cum difficultate ab *Arngrimo* exemplum obtinui, qvo utor qvandoqve, interprete Stu-
qvodam Iſlando; alioqvin vix haberi poteſt. Frater tu-
eam ubi imploraverit operam, conſiliis & auxiliis non de-
Dudum eſt, ex qvo ipſum vidi. Muſei mei locupletati
exemplum. Vale, &, ut facis, ama. Hafn. Nov-
mbr. 1646.

## DCCXLII.

# OLAUS WORMIUS

*Laurentio Bordingio.*

*rgum.*

Everende Domine. Literas tuas mihi exhibuit *M. Paludanus* affinis tuus, qvæ me non levi affecerunt gaudio; tum
priſtinum amoris affectum illibatum mihi adhuc ſervare,
qvod vivere & valere & commoda ſtatione frui te intelli-
Gratulor tibi & proſpere cuncta ut ſuccedant, precor:
nvis optaſſem te nobis propiorem, ut ſubinde de noſtris
qvitatibus aliisqve conferre poſſemus. De me tibi ſemper
llicearis, qvæ ad tuum commodum & honorem ſpectare
modo poſſunt. Gratum mihi fuit, qvod de *Hiermindano*
s monumento; dabo operam, ut per amicum qvendam
ictu Wiburgenſi ejus particeps fieri valeam. Nihil hacte-
qvod alicujus eſſet momenti, in antiqvitatibus Danicis

â me editum; ſenili langvore & morbis torpet animus, ut vix poſthac ad ea me demittere valeam. Conſtitueram qvidem *Literaturam Runicam* auctiorem majori forma (*in folio* vocant) edere, cum *Gloſſario* priſcarum & Poëticarum vocum, jam exoletarum, ut cæteris *in folio* jungi poſſit: ſed difficiliores invenio Typographos. Ad *Monumenta* Danica etiam *Paralipomena* ſervo, qvæ his addere decrevi: ſed neſcio an, ob typographorum inertiam, lucem unqvam ſint viſura. Totus ſum in revidenda *Muſei* mei *Hiſtoria*, qvam urgent qvidam. Si qvæ occurrant aut *Piſcium*, aut *Conchyliorum*, aut *Lapidum* rariora genera, mei memor ut ſis, rogo. Lapidem, qvem miſiſti, non accepi; Roſkildiæ ſe eum reliqviſſe retulit Affinis, inqve reditu huc directurum promiſit. Gratias habeo, & cum aliud non ſit, qvod hac vice rependam, mitto *Epiſtolam de aureo Cornu* non ità pridem à me editam, *Diſputationes* qvasdam, & *Muſei Catalogum*. Vale &, ut facis, ama. Hafniæ 21. April 1648.

## DCCXLIII.

## Viro Clariſſimo, Experientiſſimo

## D. Olao Wormio

## ſalutem & obſeqvia.

*Hafniam.*

IGnoſcas, qvæſo, Vir Clariſſime, ſi forte importunâ Epiſtolâ gravis fuero. Accedo ad ſcribendum non temerario auſu, ſed tui obſeqvii impulſu. Dn. *Thomas Bartholinus*, qvum abitum â nobis maturaret, me rogavit, ut prima occaſione tibi, Vir Clariſſime, aliqvot libros â Bibliopola Leydenſi, *Le Maire* nomine, transmitterem. Rogata detrectare nec debui, utpote obſervantiâ tibi, ut Præceptori, debitâ obſtrictus; nec jure potui, ob amicitiam & humanitatem rogantis. Si autem ſerius mittuntur, non meâ id factum incuriâ, ſed qvia antea â Bibliopola haberi non poterant. Conſignationem librorum, ab ipſo bibliopola mihi exhibitam adjungo, ex qva pretium conſtabit. Qvantum autem intelligo, pro *Literatura* tua *Runica* ſolutio erit. Hæc ſunt, qvæ per meas literas edoceri debebas. Si interim aliqva tuo nomine hic loci expediunda ſunt, me tuo

ſervi-

itio mancipatum invenies. Vale, Vir Clariſſime, Acade- noſtro bono, meqve tuo favore dignare. Scribebam Lug. i Batav. 22. Aug. 1640. qvi Tuam Claritatem

colit ac æſtimat

*Caſparus Hammermuller*

Olim Magnifici Dn. Cancellarii p. m. filiorum Præceptor in ædibus Ven. Dn. Epiſcopi.

## *DCCXLIV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Caſparo Hammermullero.*

*lam.*

Cripſit mihi *Thomas Bartholinus* ante abitum, typographum ɾeſtrum, *Jacobum Marci*, *Inſtitutiones* meas *Medicas* recude- a forma octava decreviſſe, modò mea cum venia fiat. Qvæ- e, expiſcati haud grave ſit, an adhuc ejus ſit ſententiæ. od ſi annuat, mihiqve viginti exemplaria pro labore velit ere, faciam, exemplar mea manu correctum prima commo- te ut habeat. Qvam fieri poteſt ocyſſime reſponſum ex- to, qvod ad *Johan Hermandſon* Amſterodamum ſi transmi- t, per ordinarium tabellionem probè ad me curabit. Igno- , tibi moleſtus qvod ſim; commodis tuis viciſſim me non iturum certo tibi perſvaſum habeas. Vale. 17. April. 1641.

## *DCCXLV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Caſparo Hammermullero.*

*lam.*

Iteras noſtras tam male curari, non poſſumus non dolere; interim ferenda, qvæ mutari neqveunt. Gratias tibi ago; ope-

operam qvòd mihi tam liberaliter addicas tuam : tibi ipſi ig imbutabis, ſi non ceſſavero ulterius moleſtiam creare. *I tutionum* mearum exemplum dedi ornatiſſimo juveni, *Zach. Lundio*, *Oligero Vindio* qvi à ſtudiis eſt. Is promiſit, ſe bi illud oblaturum, Leidam ſi ipſi venire contigerit, aut nimium prima data commoditate miſſurum Ultrajecto, qvò n pe ire meditabatur. Ubi acceperis, ſiqvem apud vos invene qvi forma octava nitidis typis excudere velit, tradas, m mihi 20. pro labore remittat exempla. Si ſe difficiles præb rint, non eſt, qvod magnopere urgeas. Operi ubi ſe qvi cinxerit, præfationem cum dedicatione transmittam. Puto a vos morari adhuc *Henricum Cuſterum*, Medicinæ ſtudioſi cui haſce offerre haud grave ſit; ni fallor, curam aget, ſphalmata, ſiqvæ occurrant, emendentur, ac emaculate deat. Vale, & me tuum eſſe certò ſtatue. m. Jun. 1641

## *DCCXLVI.*

## JOACHIMUS TIMMERMANN

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

ORe qvam calamo hoc exeqvi maluiſſem, Excell. Don Doctor. Sed dum in negotio mihi commiſſo optimam tem anni pono, neqve ante hyemem commodè qvo vellem venire poſſim, hic ſubſiſtendum arbitratus ſum. Neqve e locus incommodus, aut converſatio inepta meis ſtudiis, in bus promovendis in tuum locum ſucceſſit *D. Daniel Becker* hoſpes meus, Vir ſanè omni laude dignus & in ſtudio me ſingularis experientiæ, cujus obſervationes practicas proped videbimus. Debeo malis nominibus, qvod Haffniæ & hi conſvetudinem cum tantis viris venerim. Sed & debeo m mas gratias DEO, qvi ſuſceptum meum iter in exigendis n mis Dn. *M. Erici* hoſpitis mei honoratiſſimi, feliciter beare vo Nam tandem præter omnium exſpectationem, coram Sere Electore debitorem debiti convici, de qvo in ſolutio hâc vice transmitto centum imperiales Germanicos, proped reliqvum miſſurus. Lætor vehementius, qvia nimium dilige

am meam non prodeſſe potuiſſe ei, cui plurimum debebat, doluiſſem. Ego tuæ Excell. transmitto Succinum, muſcæ culicumqve vivum ſepulchrum, qvod ſi inter rariora tua locum invenerit, gaudebo. Transmiſit meus Dn. Hoſpes *Beckerus* Lugdunum tale qvid, & unà corollas & armillas ex ſuccino conjugi Dn. *Heurnii*, qvi magnas gratias eô ipſo inivit. Succinum namqve, qvemadmodum ſcribit *Heurnius*, omnem pituitam capiti & oculis debilitatem ſubtraxerat ſuæ conjugi. Cujus ſimilia exempla plura hic obſervari ex relatione mei Dni Hoſpitis habeo. Hem qvam libenter tale qvid mitterem, niſi vererer jocum, ut qvi ſolidiſſimo auro, qvod veſtrates geſtant, ſuccinum ſuccenturiare voluiſſem. De periammate apoplectico ex ungula Alcis, nihil hic expiſcari potui; miſiſſem alias. Neqve enim qvicqvam mihi gratius, qvam qvacunqve occaſione meam tuorum beneficiorum memoriam indicare. Humaniſſimè te ſalvere jubet meus Dominus Hoſpes, ſuaqve officia tuæ Excell. promptiſſima defert. Vale & me tuum eſſe patere. Regiomonti 4. Septembr. An. 40.

## *DCCXLVII.*

### Viro Excellentiſſ.

### *D. Olao Wormio.*

QVod tibi debeo, Excell. & Experientiſſime Dne Doctor, fautor venerande, tenerrimus meus affectus tuis literis exhibuit. Exoſculatus & veneratus eas eſt. Neqve enim aliud poſtulabat tua in me continua benevolentia, & ſingularis affectus; Non erat Succinum illud tanti faciendum, ad qvod mittendum, cum id ſubodoratus eram, ex ſolido tenebar, ut illud tibi placuiſſe ſignificares. Sed tua inſignis humanitas effecit, ut ultra meritum æſtimationem mereretur. Aureum Sereniſſ. Principis cornu, eruditiſſimis tuis commentariis veriſſimè aureum redditum, ſummâ cum voluptate perlegi, nec citius reſiſtere poteram, qvam avida mente totum cornu exhauſeram. Certè operam præſtitiſti tibi tuisqve totiqve Patriæ glorioſam. Miratus ſum exqviſitiſſimi ingenii conjecturus, qvibus ita artificis animum pervidiſti, ut ſi viveret, tantam ſagacitatem ſtupeſceret

peſceret. Sed vivit hic nobiſcum qvidam phantaſticus He
eus, qvi nobis perſvadere conatur Runas & Scaldros v
fuiſſe Chymicos. Certè heri ſuis conjecturis nobis ſplen
nè diſploſerat. *Diſputationem inauguralem* unà accepi,
lor veſtræ Univerſitati, & ampliſſimæ Facultati veſtræ
dicæ, ut & Clariſſimo Dn. Candidato. Ego ſimilibus o
tionibus hic detentus fui. En capiat benevole Excell. tua
am Diſputationem, cum additis, non qvod ingenium in
conditum ſit, ſed ut videas, qvæ egerim, & conjecturа
cias de elegantiſſimis noſtræ Facultatis ſtatutis. Certe
in eis reprehendo, qvam qvod ſine Præſide totum diem
tercamur. Magni id mihi conſtitit. Competitores habeba
hoc terriculamentum erat. Qvia verò domum de prom
ſignificaveram, ſolus in maximas expenſas conjectus ſum
nam mihi ſcire licuiſſet veſtrum promovendi animum, ſ
minoribus ſumptibus hoc negotium vobiscum expedi
Sed & alias penè trahebar, & publicè inter diſputandum
antè ad id adhortationibus impellebar, ità ut iniqvum vid
vocantibus fatis reluctari. Nunc dum literas aliunde ex
hic rogatus, Collegium de Medicamentis ſimpl. compoſ
ſus ſum. Phyſiologicum qvoqve oratum me venerunt
res. Et certè, qvando poſt habitam Diſputationem, qv
ſub prælo eſt, Facultati aſſociatus fuero, non deero
petitioni. Sed communis ſors nos qvoqve vexat, qvod
videantur in gurgite nantes: nam Medicinæ ſtudioſorun
ventus hic non 16. numerum excedit. Unde parum luc
poſſum; imò conſtitui, niſi à locupletibus, nihil caper
Hafniæ eſſem, fortaſſis mihi copiam darent docendi Ph
privatim, ex qva plus ſperare auderem. Hic verò id n
ceditur; ſatis nemqve Magiſtrorum hic eam docentiu
qvorum hic penè major copia eſt, qvam, in exigua ci
civium. Rus abiit qvidam ſtudioſus medicinæ, qvi me
de propediem Deo volente diſputabit; is ubi reverſus
videro ut habeam aliqvid adamantinum, nam & hic ada
colliguntur, qvorum fortaſſis copia tibi nondum facta e
ginti qvoqve milliaribus abhinc effoditur terra qvædam,
per decantationem purgatam huc ante aliqvot ſeptimana
rant, & tanqvam Lemniam aut Sileſiacam plurimum co
dabant. Si potero, curabo, ut ejus qvoqve ſpecimen qv

proximè habeas. Ante biennium Doct. *Dietericus* cunctis perſvadere voluit, acidulas hic in vicinia in qvadam convalle ſcaturire, certè perſvaſerat Sereniſſ. Electori p. m. qvi magno cum detrimento ſanitatis id hauſit. Verum meliorum ſuffragiis argilloſa & noxia tantummodò ſcaturigo eſt. Ad Doct. *Dietericum* qvia veneram, is hic magnô otiô laborat. Ser. Electoris fatum ipſum acceleraſſe non ſine conjecturis nonnullis, vulgò perſvaſi ſunt. Ipſe gloriatur, ſe à Seriniſſimo Principe noſtro vocatum ad munus Medici Cubicularii; qvæſo ſciamus, niſi id moleſtum, an huic rumori, qvem alit, aliqvid veritatis ſubſit; Certè Sereniſſimus noſter meliore Medico dignus eſt. Hunc ex Belgio miſſô ſcripto reum necis Marchionis Brandenburgenſis facere voluerunt, cui, ut ajunt, antimonialibus & Mercurialibus vitam & vires magna ex parte evocaverat: Mortuus is, ex Marchia eò profectus, ibi fuit. Sed hæc tanqvam apud Parentem, certè Præceptorem meum. Vale, Regiomont. 8. April. Ao. 41.

T. Excellentiæ
devinctiſſimus
*Joachim. Timerman*
Med. D.

## *DCCXLVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Joachimo Timmerman.*

*Regiomontum.*

PRo transmiſſis Theſibus tam inauguralibus, qvam qvas pro receptione in Facultatem Medicam publicè defendiſti, gratias ut ago magnas, ita tibi ex animo de honoribus iſtis gratulor, Deumqve rogo, in ſui Nominis gloriam, tui commodum, amicorum gaudium, multorum cedant ſanitati & incolumitati. De me hoc tibi perſvaſum habeas, velim, nihil unqvam omiſſurum, qvod, tuis commodis & honoribus profuturum intellexero. Noſtræ Academiæ tibi abundè exploratus eſt ſtatus,

eum Theologiæ maxima ſe dederit pars ſtudioſorum noſtrorum; de Philoſophia & humanioribus pauci admodum ſunt ſolliciti: hinc rari, qvi privatim expetant ſive in Philoſophicis ſive aliis informationem. Ad *Dietericum* qvod attinet, is hac tranſiit ad Sereniſſimum Principem noſtrum, (qvamvis ipſum non viderim) qvantum ego expiſcari potui, ab eo non compellatus. Interim ut iter, qvod Dresdam & Hamburgum ſe adornare retulit, commodius ac ſine periculo abſolvere poſſet, ejusdem Sereniſſimi literas obtinuit ſalvi conductus. Ferunt, eum poſt menſes aliqvot reverſurum, ſed an ſtipendio Cubicularii gaviſurus ſit, incertum. Habet Sereniſſimus Princeps certe Virum ut doctiſſimum ita in arte exercitatiſſimum, D. *Henricum Cuſterum*, cujus hactenus feliciter uſus eſt opera, qvem vix credo Eum abdicaturum, cum ſuo cum laude defungatur officio. Diſputationes qvod ſpectat meas, eas in forma octava junctim edere ante annum ſtatuit typographus qvidam Leidenſis, *Jacobus Marci*; ſed qvia tum ad umbilicum eas non perduxeram, voti compotem eum reddere haud potui. Qvid jam facturus ſit, ignoro, nec enim magnopere de iis ſum ſollitus. Exemplum tibi mitto integrum, uſus alicujus ſi eſſe poſſit. Vale. 21. Maji, 1641.

## DCCXLIX.

### D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

### Clariſſime & Excellentiſſ. Domine Doctor, Fautor & promotor pl. colende.

GRatias qvam maximas tuæ Excell. habeo, qvod meas diſputationes ſerenâ fronte dignari voluiſti. Agnoſco qvoqve ſimul benevolum tuum ega me affectum, qvem ſincerâ tuâ congratulatione prodidiſti. Erit, Deô volente, qvandoqve tempus, ubi utrumqve melius aſſeqvi potero. Hactenus verò tamdiu mea officia tuæ Excell. tuorumqve commodis devoveo. Precor qvoqve, ut tuæ Excell. ea omnia feliciter eveniant, qvæ in eam unqvam commodè cadere poſſunt, præſertim ut ad parem ſpem, ſi non majorem, tui qvoqve filii ſuccreſcant, videasqve beno-

benedictionem Domini a generatione in generationem. *Inſtitutiones* mihi ſatis uſui eſſe potuerunt, qvapropter gratiſſimæ. Nam & in eo exemplari, qvod antea habebam, tertia diſputatio, qvæ in charta bibula excuſa erat, totum opus dedecore afficiebat. Nunc verò id cuidam tironi dono dedi, & magnam gratiam inivi. Ego hinc propediem diſcedere paro. Qvorſum, nec dum certus ſum. Ubicunqve tamen fuero, peto, tua Excellentia non patiatur ſibi moleſtum eſſe, qvas daturus ſum literas, accipere. Interim qvoqve tuæ Excell. commendo fratrem meum, itidem Medicinæ ſtudioſum. Is apud Generum tuum Clariſſ. Dn. *Tormium* honeſtá conditione fruitur. A pueritia ſub liberali inſtitutione facilitatem morum ſectatus eſt, ut ſperem eum propterea tuæ Excell. etiam me tacente, commendabilem fore. Si tamen meæ interceſſioni aliqvid tribueris, ut non dubito, id, tanqvam ex gratiarum tuarum penu unicè profectum, majus æſtimabimus. Jactationes D. *Dieterici* frivolas eſſe dudum ominabamur. Habet has communes cum Agyrtis, qvorum qvoqve characteriſticam methodum & empiricam ſeqvitur. Sub aliena perſona meum ſenem Doctorem, qvi me ſecum Hafniæ per plateas & vicos trahebat, refert; Solá lingvarum notitiá elegantior. Salutat tuam Excell. meus Dominus Hoſpes, qvoties cognoſcit me ad vos litteras mittere. Vale, Regimont. 30. Maji Ao. 1641.

T. E. Officioſiſſ.

*Joach. Timerman D.*

Facult. Med. Regimont. Adjunctus.

## *DCCL.*

## JOACHIMUS TIMERMAN D.

*D. Olao Wormio*

S. & O.

QVanqvam rarius ad te ſcribo, Vir Ampliſſime, fautor & amice pl. colende, nunqvam tamen tui memoriam depono.

Nunc verò ſcribo, ut ex fumo flammam, ex paucis literis o
cioſiſſimæ mentis deſiderium cognoſcas, & qvanqvam nihil ſ
cujus te faciam certiorem, malui tamen inanes literas dar
qvam nullas, qvod modeſtiſſimo viro & exiguum ſufficere a
tratus ſum. Mitto tamen odam, qvam, non ita pridem, c
propè Jelling in nobilium prædiis verſarer, concepi; Eam tu
ne nihil agerem & fortè religione memorabilis ſaxi Jellinger
tactus, ſimulqve amore tui incitatus, effudi. Heri verò e
mecum vidit *Mejerus*, eamqve ſibi placere affirmavit, autor
fuit, ut mitterem tibi legendam, ut tu qvoqve videres, qv
nunqvam tui oblivio nos capiat. Feci id; nuncqve officio
ſimè peto, ut meum cultum, qvem tibi defero, tibi plac
jubeas. Et me, meumqve fratrem tibi commendatiſſimum
patiaris. Vale, vir excellentiſſime, & vive feliciter. Dab
Ripis Cimbror. 2. Octobr. An. 42.

## *DCCLI.*

## M. AMBROSIUS RHODIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Clariſſime & Excellentiſſime, Affinis & Fautor adm
dum honorande. Dedi proximè ad te literas, qvibus p
miſi gratum animum pro præſtita benevolentia, præſente adh
uxore mea chariſſima. Majora verò debeo, qvod abſente i
etiam nobis deeſſe noluiſti. Omnia, ut ſpero, finem optat
jam ſunt conſecuta. Officioſè ergo te ſollicito, ut de re be
geſta pauca ad me perſcribere digneris. Ignoſcas autem q
ſo meæ importunitati, qvæ tibi tantam faceſſere moleſtiam n
erubeſcit.

Si præterea, pro informatione, ex tuæ eruditionis th
auro pauca velles ſubjungere, qvænam ſit tua ſententia
*Elementorum* doctrina Viri qvondam doctiſſimi, *D. Petri Severi*
maximè gauderem. Primo intuitu videtur abſurda illa doctr
& *Ariſtoteli* contraria: Verum ego hactenus mecum iſtam
ctrinàm benè conſideravi, &, ut mihi videtur, ab adverſa
huic Viro maxima ſit injuria, qvi forſan eum non intelle

ru

ſunt. Gratificare qvæſo. Hiſce commendo T. Excell. cum omnibus ſuis Divinæ protectioni. Dab. Chriſtianiæ d. 7. Decembr. 1640.

## DCCLII.

## OLAUS WORMIUS

### *M. Ambroſio Rhodio.*

*Chriſtianiam.*

RES ex ſententia in bonorum diſtributione confecta eſt. Apud me latent tum tabulæ rationum, tum 172. Imperiales, qvi tibi adhuc debentur. Percuperem, ut prima qvaqve commoditate indicares, per qvem Tibi miſſa hæc velis. Nemini ego credere audeo, minus mihi noto. Si qvispiam fide dignus à vobis huc ablegetur, cui velis tradenda, mone, & tradam; alioqvin dubiæ fortunæ non committam. Doleo vehementer, qvod tam inopinato & præter ſpem & exſpectationem mihi impoſitum ſit munus *Stougardum* cum Theologis in Doctorem promovendi, ut te de eo certiorem reddere non potuerim. Teſtabuntur mecum, qvotqvot hic ſunt Collegæ & alii, ἀδύνατον prorſus fuiſſe, repente adeo literas ad te ablegare, multò magis adventum tuum præſtolari. Ignoſces igitur, qvod promiſſis ſtare mihi haud fuerit conceſſum. Alias forſan, Deo volente, fiet. Vale. 20. Decembris, 1640.

## DCCLIII.

## M. AMBROSIUS RHODIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Clariſſ. & Excell. Affinis, Fautor & promotor colende. Ex tuis cognovi, rationum tabulas & 172. thaleros apud te latere, qvos mihi cuperes transmiſſos. Ne verò perferentem ſolicitare neceſſum haberem, tantum pecuniæ Illuſtris Dn.

Pro-

Prorex mihi numeravit. Ut ad meas monſtratas literas, & chirographum tibi traditum benevolentiſſimè velis reddere, officioſè peto. De gratiis referendis meditor, & do operam, ut ejus teſtimonium, Deo volente, brevi extſtet.

Ad *Elementorum* doctrinam T. Excell. reſpondet, ſeſe facere cum *Herſtio*. Qvin meas meditationes breviter tecum communicem, intermittere non poſſum. Ignoſce qvæſo importunitati. Ab *Ariſtotele* & plurimis aliis ponuntur IV. Elementa, qvæ omnium corporum conſtitutionem abſolvant. Circa unumqvodqve dubius hæreo. *Terra* dicitur Elementum frigidum & ſiccum: qvô jure qvâve injuriâ, non video. Ex variarum enim rerum miſcibilibus Terra conſtat. Unde *Hippocrates*: Qvæ plantantur & ſeruntur, qvando in Terram veniunt, attrahit unumqvodqve eorum & acidum & amarum, & acerbum, & dulce, & inſipidum & omnigenum. Hæc ergo potius component corpus mixtum. Ne qvid dicam de Terra argilloſa, bituminoſa, ſulphurea, aut alterius generis. Deinde *Aer* dicitur calidus & humidus. Ergo qvò purior & defæcatior hic extiterit, eò calidior erit: Neqve enim ab aliis vaporibus impeditur. Sed contrarium deprehendimus. Qvid ergo? Terram non minus in expanſo cœleſti verſari, qvam aſtra, *Aſtronomia Danica*, cum *Palingenio*, ſtatuit: Et ab hoc expanſo frigiditatem ſub cœlo ſereno puto manare. Aerem verò, qvem Ariſtotelici dicunt calidum & humidum, ego voco effluvium, qvod continuâ evaporatione in altum aſcendit, & ſuo munere perfunctum, ad inferiora recedit. Sicuti enim ex corporibus Animalium vapor & mádor exſudat, ſic etiam ex Terra. Non tamen hoc effluvium eſt ſemper calidum & humidum, ſed jam has, jam illas exſerit qvalitates. *Aqvam* mitto. *Ignem* puto ſpiritum calidum, cui opponatur ſpiritus frigidus & glacificus. Breviter: Terram puto ſedem omnium Elementorum, ſeu miſcibilium, ex qva & exeunt, & ad qvam revertuntur. Conciliationem cum *Petri Severinii* ſententia differo in aliud tempus. Unicum adhuc addo. Datur Lacus hic in Norvegia, cognomine *Moſſ*: Dicunt eum ſine fundo profundum. Si in eam aqvam, qvâ parte eſt profundiſſima, lapis fuerit conjectus, ſubito oriuntur tempeſtates. Periculnm fecit Paſtor illius viciniæ. Sic in locis remotioribus verſus ſeptentrionem in qvodam maris tractu cognomine *Trumſeo* hiatus patent, qvi ad certum temporis

poris ſpatium aqvas abſorbent & revomunt. Qvid ex hiſce? Num Terram eſſe animatam? Exſpecto Tuum judicium. Hiſce bene vive & vale, cum omnibus tuis, & me, qvod facis, amare perge. Dat. Chriſtianiæ d. 21. Martii an. 1641.

Pro libro transmiſſo gratias ago maximas. Legam & legendo fructus metam. Si qvæ mihi dubia fuerint oblata, Te, ut ea ſolvas, ſolicitabo. Iterum vale & fave.

## DCCLIV.

## OLAUS WORMIUS

### *M. Ambroſio Rhodio.*

*Chriſtianiam.*

PRo eleganti mihi transmiſſo carmine gratias ago magnas; ſed cum eum, qvi in ſe Inſtitutiones ſuſceperat edendas, officio typographi ſe jam abdicaſſe audiam, de nova deſpero editione. Si tamen qvispiam alſus poſthac in ſe hanc curam derivari paſſus fuerit, curabo, ut præfigatur. De controverſia inter vos orta qvid dicam, neſcio. Profeſſores hujus Academiæ judices eſſe neqveunt, ſiqvidem cura Gymnaſiorum Epiſcopis reſervata. Apud nos Rectoribus Scholarum maxima ex parte tanqvam Gymnaſiorum Profeſſoribus hæc relicta eſt provincia, ut de diſcipulorum teſtentur profectu, qvod etiam locum apud vos habiturnm non dubito; nolim igitur te huic nimium immiſceas negotio. Vale Hafn. 24. Jan. Anni 1642. qvem tibi tuisqve proſperum ac felicem cupio.

## DCCLV.

## VITUS BERING

### *D. Olao Wormio.*

Aretius Tibi, vir magne, obligari cœpi, poſtqvam *Thomæ Bartholini* conatibus jam mite adſpiras, qvum magnorum maximè favore juvenilis ingenii calor vegetetur. Alias ultra qvinqvennium Pythagoræ naſcentes impetus infelix ſeculi genius caſtigat, & tantum non jugulat eos auſus, qvibus ingenia ad

magnæ

magnæ doctrinæ cultum examinantur. Fovenda ſunt talia virgulta, qvoniam pauca ſe diffundunt, qvæ decidentium truncorum majeſtatem ſuſtinebunt, poſtqvam elanguerit pretioſus ille ſurculus, qvem orbis *Brochmanno* erat debiturus. Ne tibi, vir magne, ſuffecerit illi faviſſe, qvem ſangvis tuæ felicitati propius admovet; ad me etiam, nullá tibi cauſá devinctum, niſi qvod famam tuam in obſcuro reverear, humanitatem inclinas, ut qvò in plures ſparſeris beneficium, eò fama nomen tuum religioſius extendat. Qvod autem in Patriam me magni *Brochmanni* juſſu concedere jubeas, & arctam celeritatem imponis, vellem qvidem non defuiſſe meis commodis & tuæ voci; ſed altior neceſſitas præcipitatum ſtringit. Expectandus eſt Jovis imber & paterni ſumptus, qvi me in difficultatem viæ deducant; nihil enim ſine auro tangunt Galli, ut ſcias in eos Midæ fabulam qvadrare. Sed ut primum expectata parentis humanitas diſſolverit, qvod brevi fore ſpes non incerta ſuggeſſit, ocius ibò capturus beneficium, qvod veſtra mihi benivolentia decernit. Interea tibi, Vir optime, advolvor, ut ſi infelix conditio vota veſtra deſtruat, aut iter cum juſſis veſtris pari celeritate non concurrat, verbo me moneas, & gratá voce inutiles errores prohibeas. Satis enim temporis conſumitur, dum idem iter ſæpius remetimur, nullô fixi locô & nullis ſtudiis diu intenti in hæc & illa abripimur, velut avium illæ, qvibus rectum iter natura interdixit. Jamqve dum hanc viam abſolvo, anteqvam ſtudia reduxero in ſtatum, qvô jam diſſolvuntur, impendetur tempus, qvô ſe infans ad vivendi dignitatem inſtruet; Qvæſo, ne pigeat capeſſere benefaciendi materiam, qvam meo tibi commodo fortùna diſpoſuit. Reddam Æſculapio tuo auream barbam, qvalem Dionyſius ademit. Vale, Vir magne, & gloriæ tuæ ſupervive. Pariſiis Anni 1641. 5. die Aprilis.

## *DCCLVI.*

## OLAUS WORMIUS

### *Vito Beringio.*

*Pariſios.*

QVantopere me exhilararint Literæ tuæ, effari neqveo; magnum enim agnovi eam, qvam ſemper amavi, qvam æternitati con-

ti conſecravi, qvam non ſine ſuſpiriis mihi ſublatam ſiniſtra retulit fama, ficti praviqve tenax. Gaudeo itaqve, te vivere, valere, & rem bene gerere, tuorum memorem, & amicitiæ ſincerum cultorem. De me tibi hoc pollicearis, volo, nihil me intermiſſurum unqvam, qvod tuo honori & commodo inſervire intellexerim. I modo bonis avibus, & felix in Patriam redi. Verum ſi crebrioribus tuis literis de veſtra peregrinatione, ubi ſedem fixam jam habituri ſitis, & qvid apud vos moliantur Literatorum proceres, me certiorem reddideris, rem feceris gratiſſimam. Romam ubi veneris, da operam, *Hiſtoriam Naturalem Mexicanam à Lynceis* conſcriptam ut habeas. Detinetur adhuc in clauſtris *Cardinalis Caſii*, nec facile erues, niſi operâ Eqvitis Nobiliſſimi *Caſſiani de Puteo*, qvem ſi meo ſalutaveris nomine, ejusqve operam in hoc exploraveris, forte ſinet ſe exorari. Video *Kircherum*, video alios opus citare; ſed *Bartholini* & *Fuirenii* noſtri obtinere tantum neqviverunt, unicum ad nos ut perducerent exemplum. Tu vide qvid præſtari poſſit, eò ubi veneris, &; an *Mundus ſubterraneus Kircheri* editus ſit, doce. Plura non addo, anteqvàm, qvo in loco jam ſis commoraturus, ſcripſeris. Vale, & ama. Hafn. 3. Decembris, 1646.

## DCCLVII.

# JACOBUS MATTHIÆ ARHUSIUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime, Du. D. Wormi, Affinis honoratiſſime. Beneficii loco æſtimo, qvod me etiam Diſſertationis tuæ lectorem elegeris, qvam de *Aureo Electi Principis Cornu* ingenioſè concinnaſti. Placuere ſibi qvam maximè in hoc argumento tum Cancellarius, tum alii, qvi, propitio genio, ejusmodi conatibus debitum pretium ſtatuere didicerunt. Certè labor eſt, qvem Romulus olim civicâ coronâ ſine plebiſcito donaſſet. Voti mei ſumma eſt, ut longum ſupervivas, qvò plurima

rima præſtes ad illuſtrandam patriæ antiqvitatem valitura, in qvo genere cum multorum applauſu emines & omne punctum tuliſti. Ego certè in tuo ære ſum ad ſortis usqve desperationem. Si qvid pro me fidejubere poteſt animus non degener, habebis me in tua vota & ad qvævis obſeqvia grati animi promtum & paratum. Vale & ſalve à me meaqve, cum omnibus qvi circa Te ſunt. Coldingæ 5. Febr. 1641.

## DCCLVIII.

# JACOBUS MATTHIÆ ARHUSIUS

*D. Olao Wormio.*

VIr Clariſſime, Affinis conjunctiſſime. Tranſmiſſas ad me *Schoningii* literas remitto. Cohorrui ad earum argumentum, maximè cum eo facinore ſuſpicio illa videatur augeri, qvæ multorum ſermone diu increbuit. Qvid velim, ſcio te ſcire. In re enim dubia dubiè eſt loqvendum. Ille qvi ἔκδικον habet ὄμμα, commiſſa ſub aulæis ſcelera tandem in proſcenium producit. Tantum fiat juſtitia! Vale. Friderichsburgi 11. Augusti 1643.

## DCCLIX.

# OLAUS WORMIUS

*D. Jacobo Matthiæ.*

NOn minus feliciter magni Piſcatoris D. Petri navicula te reti, qvam cathedra Te uti, gaudeo, & mihi gratulor, inprimis cum inter ſocios me reputes, qvocum prædam dividas; ut à ſubmerſionis periculo ſis ſecurus. Suſpicor verò, illum, ut ad rem ſemper fuit attentus, majores & lautiores ſibi reſervaſſe, minutulos verò piſces ad alios projeciſſe; Tu contra magnos & regios nobis indulges, ipſum liberalitate ut poſt te relinqvas. Macte felici piſcatione; atqve in ſeculum ita decimare

ıre perge! Hygeam propitiam expertus ego ſi fuero, videbo, ım Flora mea viciſſim qvid parturiat, qvod eſcæ inſerviat, ad naſſam occurrant catervatim lautiores. Interea Salmo- :us ego in ære tuo manſurus, felicia ac proſpera qvævis ſum- ıa cum gratiarum actione apprecor. Eſt adhuc, qvo Te fati- em talionis jure. Scanderburgi, ferunt, terram inveniri ru- icundam, ſigillatæ æmulam; ejus, data commoditate, ſi trans- niſeris particulam, gratum mihi erit. Vale. Hafn. Cal. Maji 1646.

## DCCLX.

# OLAUS WORMIUS

## *Johanni Spelmanno.*

*Londinum.*

SCripſi ad Parentem tuum anno præterito, cum Legati noſtri ad Vos irent, per juvenem noſtratem *Chriſtianum Mulleruum*, bonarum literarum ſtudioſum, qvi ſincere pollicebatur ſe ei literas meas traditurum, in qvibus & pro transmiſſis eximiis operibus vobis gratias egi, at non condignas, & de qvibusdam tuis minus obviis, qvæ ad noſtram lingvam accedunt, egi ſpecialius. Promittebat juvenis hic, ſe curaturum, ut cum Legatis noſtris certò ad me reſponſum deveniret; ſed qvia hactenus nihil à Vobis habui, metuo, ne aut fide haud bona nobiſcum egerit, aut Parenti humanitus qvid contigerit. Qvia verò Parens optimus Te ut bonorum ita amicitiæ inter nos hæredem in ultimis ſuis ad me eſſe voluit, obnixe rogo, verbulo indicare hac commoditate ut haud graveris, ut ſe res habeat, vivante Parens ac valeat? meas an acceperit? qvid ſubſit, cur reſponſum non tulerim ullum? Mitto Diſſertatiunculam, nuper de aureo Cornu apud nos invento, in gratiam Sereniſſimi Principis editum, qvem boni conſulere, deqve eo tuam communicare ſententiam ut haud gravere, rogito. Parentis tui Archæologus ut integer brevi prodeat, effice qvæſo. Tuum certe eſt, Optimo Parenti, laboribus ferme exhauſto, ſi in vivis ſit, in hiſce ſuppetias ferre, ſin ſecus, haud committere, ut tot vigilatæ noctes, tot bonorum votis expetiti labores peſſum eant, aut ad ingratos deriventur. Parenti, ſi de ejus certo

mihi conſtaret ſtatu, unà ſcripſiſſem. Tanti amici jacturam ægerrime feram. Utinam ut tibi ita ipſi valere & vigere diutine apprecari liceat! Hafn. prid. Id. April. 1641.

## DCCLXI.

# BARTOLUS BARTHOLINUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

Vir Experientiſſime, Fautor & Affinis ſuſpiciende. Non erubeſco iterum manum chartæ applicare, reputato apud me luctuoſo ſeculi hujus literarum fato, qvo tam otioſè omnia curantur, ut niſi àſyla iſtis aperiamus gerulis, ante lucernas ſit pereundum. Sed vereor ne lucus aliàs ſacer, magis tutam improbitatem præſtet, & ipſi Dii ſcelerum cuſtodiam agant. In fanum Æſculapii faceſſant, ubi ipſius Wormii ſententia vel abſolvendi vel condemnandi. Non fabulis hæc debetur origo. Nam ſi pagani (qvi pietatem qvæ eſt κατὰ τὴν εὐσέβειαν infra idololatriam habuere, qvia veram ignorabant,) homines illa tempeſtate viuentes pro Diis agnovere, te Æſculapium noſtrum vocare qvid vetat? Faciamus te ubiqve DEum, ut Terentianus ille, tantò magis, qvia talium virorum in Dania non magnus eſt proventus. Et cur non ipſi Dani debitis Wormium laudibus in cœlum extollent, cùm & populi ſub alio ſole degentes, mori ipſum vetent? In Belgio tot erant nominis tui buccinatores, & non injuria: Viderunt enim præclara ingenii tui monumenta. In Gallia, Pariſiis præſertim, Wormii non ſiletur nomen. Dn. *Moreau*, *Patin*, ille Profeſſor Regius & Medicus, hic Practicus, aliiqve mentionem de Wormio fecerunt non ſemel honorificam. Hoc unum omnes dolent, libros in Dania evulgatos ad ſe non tranſmitti, cum natura ipſa per mare ipſis hoc non invideat. Fama, maximum gloriæ eruditionis momentum, non Dania ſe continet, ſed ubiqve locorum currit, ut evulget, qvæ Bibliopolarum noſtrorum incuria ſumma & negligentia celare ſtudet. Utinam non ſemper hanc nobis fidem præſtent. Frena iſtis hominibus injicere oportet,

ne

ne ultra metam ſæviant. Roſtochienſis ille, qvæ ſuis ſumptibus typis curat, forſan cauta & induſtria celat fraude, qvia charta ipſius ad delicatiorum non eſt guſtum. In Belgio multi hac de re conqveſti ſunt, viſo egregio illo *de Literatura Runica* commentario. Nec mirum; ipſorum enim charta veluti ex Naturæ præcepto intumeſcens, neſcio qvo genio, omnia vitia declinat. Sed propoſitum hoc mutavit, ut oſtendit ſe aureum illud cornu, qvod, ſi typorum elegantiam, ſi chartæ nitorem qvis ſpectet, nulli ſecundum exſiſtit. Ipſum operis argumentum prædicare nolo, cum de eo qvicqvid dixero, minus erit. Si Itali, ſi Galli, ſi Angli, maximè in antiqvitate qvacunqve curioſi, omnia hæc videre poſſent, jam Wormii famam de omnibus triumphare poſſe augurarer. Angli antiqvitatis maximè ſunt ſtudioſi, ut ex Hollandia etiam peterent *Literaturam Runicam*. Itali, qvorum etiam intereſt acta multis rectò ſeculis noſſe, idem opus diu deſiderarunt. Refert *Petrus Chariſius* ſe in Italia plus vice ſimplici audiviſſe, eos hoc deſideraſſe, & dolentes conqveſtos, his ſe fraudari. Tuum erit, Cl. Wormi, & per *Elzevirium* & *Janſſonium*, qvi per mare per terras omnes currunt, curare, ne librorum commercium in Dania prorſus exſpiret; ità & Daniæ & tuæ gloriæ velificaberis: nec tibi deerunt cultores. Habes hic Aureliis *Petrum Chariſium*, affinitatis vinculo tibi conjunctum, virtutum tuarum præconem: qui cum admirandorum tuarum, qvæ intra clauſtra aſſervantur, feciſſem mentionem, ſuo officio deeſſe noluit, ſtatimqve promiſſis ſuis tibi aliqvid conſecravit. Videlicet; lingvas viperarum miræ magnitudinis in Inſula Maltha repertas, ut & earundem oculos. Ova piſcium, qvæ lapidis induere naturam, & alia id genus. Brevi in Hollandiam iturus eſt, ubi arcis ſuis diligenter examinatis, Wormii ſatisfaciet curioſitati. Heic Aureliis ad ſecunda vota tranſiit. Virginem duxit, & forma & prudentia præſtantem. In qvo ipſum Paridi præfero, qvi, ſpreta Pallade, Venerem elegit; hic utramqve, ſed in una. Maritus cum Uxore ſe omnibus amicis, præſertim tuæ ſe commendant humanitati. Geminatum jam effluxit octiduum, ex qvo frater *Thomas* in procinctu eſt, Monſpelium tendens; *Caſparum* adjunxit ſibi comitem, uterqve ſibi conſulens, & alter alterius Ulyſſes. Sed anteqvàm de tabula manum, in mentem venit *Rhodius* noſter, forſan totus Italus, cujus ſæpe Dn. *Chariſio*

*riſio* mihiqve eſt mentio. Delectat ipſum Italia; forſitan & pa- triæ teneretur deſiderio. Si Canonicatum exſpectare poſſet nec fruſtra, res eſſet ipſius voti & arbitrii, ubi ſine curis & mo- leſtiis publicis ingenii vires explicaret. Si patria cornua ipſi obvertit, cum Teucro fortunam inveniet parente meliorem. Ita patria erit, ubicunqve vir doctus ſedem ſibi elegerit. A Republ. Veneta indies de manſione ſollicitatur perpetua: ſi votis præbet aurem, poſt mortem ingens ille MSS. theſaurus inter illos præ- dones ſtrangulabitur Doleo ego ſemper ſtudiorum in patria noſtra tam incerta eſſe veſtigia. Sæpe, qvi Hiſtoriarum lectioni totum ſe dedit, functioni Eccleſiaſticæ admovetur: Ei qvi Phi- lologiæ tempus impendit, idem ſæpe exitus. Multi & prope infiniti ſunt tropi. *Rhodius* non mutat propoſitum, nec ego. Qvod unicum erit remedium emergendi è latebris vulgi. Sed qvid multa. Cum exteri, h. e. Germani, neſcio qvo fuco ſe adornent, & notis patriæ civibus ſint beatiores. Sapienti ſat dictum. Vale, mi Affinis cum uxore liberisqve, & ſi nihil de priſtino remiſeris affectu, habebis T. obſervantiſſ. B. Bar- tholin.

Aureliis XIV. Maji 1641.

*Vitum Beringium*, juvenem doctum & poëtam inſignem habeas tibi commendatum.

## DCCLXII.

## OLAUS WORMIUS

### *Bertilo Bartholino.*

Dilectiſſime mi Bartholine, & primas & ultimas tuas, 14 Ma- ji ad me datas, probe accepi; nullus enim à tuo hinc diſ- ceſſu ad me exaratas ante has ipſas vidi, pro qvibus gratias ago magnas. Sed non immerito de curatorum & tabellionum una mecum conqvereris negligentia, qva me toties amicorum gratiſ- ſimis defraudarunt per literas alloqviis, qvamqve deteſtari ne- mo bonus non poteſt. Rhapſodias qvod concernit meas, tanti eas non æſtimo, ut ad vos in Gallias aut Italiam migrent, ri- gidiorum cenſorum ferulas experturæ; ſufficiat mihi patriis ce-

cinis-

ſſe Muſis, licèt omnibus non ex æqvo arrideant. Affini
ro *Chariſio* qvem cum uxore officioſe meo nomine ſalutas
gratulor, Deumqve rogo, cœpta bene ipſi cedant. Longe
de eo ſibi promittebant Veneres noſtræ Danicæ, qvas non
us formæ decor mentisqve commendat vigor, qvam iſtas;
rahit ſua qvemqve voluptas. Maxima tibi debebitur gra-
ipſius liberalitate meis exoticis ubi qvid acceſſerit auctarii.
abitum à *Thoma* literas exſpectaſſem & reſponſum ad me.
Miſi ei nuper ad *Vitum Beringium* ab Epiſcopo noſtro ſcri-
qvæ ſi ipſo abſente ad te pervenerint, cura qvæſo, ut ha-
& ut actutum ſe domum, ni ſibi è faucibus opimum præ-
n velit bolum, conferat, inſtiga. A *Rhodio* nuper literas
, qvi etiamnum de valetudine conqveritur, minus firma;
nos non ſtetiſſet, qvin largo ſatis dotatus ſtipendio, or-
oſtro fuiſſet adoptatus, ſed nolentem qvis trahat? Non eſt,
magnopere qvis conqveratur, ſe in patria neglectum, ubi
orum favore dignum reddidit; ſed qvi res noſtras novit,
t ut eis ſe accommodet, ni a ſcopo aberrare velit. Pere-
licèt multa occupaverint, ſuus tamen noſtrates illibatus
honos, rerumqve adminiſtrandarum commoditas, ſe di-
ibi præbuerint. De me tibi merito qvævis polliceberis.
hic Cancellarium tibi & fratribus impenſe faventem, ha-
um, cognatos & affines, tuis commodis qvi ſtudent, qvo-
onſilia ſi tibi curæ eſſe patiaris, & in præfixo graviter per-
dio, Dominus certo providebit, cui te tuaqve commen-
Hafniæ pridie Non. Jun. 1641.

## DCCLXIII.

## ARTOLUS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

Experientiſſime, Affinis æſtimande. In hoc felicitatis
eæ partem æſtimo, qvod literæ tuæ ad me datæ, recta
volarint. Affectus in me tui ut & cæterorum amicorum
na produnt documenta. *Dn. Beringium*, qvi revera ſu-
gus ſapit, curæ tibi eſſe & cordi ipſi gratulor, & mihi
, Hoc habent ſibi peculiare animi ad magna ſurgentes,

ut ſemper ab iis, qvi amant bonam mentem, optima ſibi poll ceantur. Tu qvi ipſius commodis ſtudes, ipſum ad vota prope rantem, itinere haud excludas: Geminatum eſt octiduum ex qvo itineri ſe commiſit. Diepæ moleſti qvidam obicem ipſi poſuere, qvod literis conductitiis non eſſet ſtipatus. Hoc ta men non obſtante, brevi ſe Patribus ſiſtet. Opus illud erudi tione varia conſpicuum, nuper à te evulgatum, haud eſſe ad ſingulorum guſtum, non miror. Nec ipſe Jupiter omnibus placet. Ut qvisqve nomen ſuum commendat immortalitati, facillimè obtrectatorum naſcitur grex, qvi rubiginoſis cuncta ro dunt dentibus. Ipſe Homerus Poëtarum parens æmulis non ca ruit: & dente theonino â Zoilo illo Macedone fuit laceratus. Au dentius contra hos ivit Comicus noſter, qvi ſibi inimicos invidere, qvam ſe inimicis maluit. Scivit ille turbam illam non paribus votis conatus omnium excipere. Non propterea tamen revo cari oportet â virtutis curſu, cum ipſa Pallas tutum quemq; præ ſtet, & ſat ſit placuiſſe bonis. Vale, Vir Experientiſſime, Affi mis dilectiſſime, & ſicut Patriæ hactenus es velificatus, ità por rò publico bono vigila. Ità nulla ſpatia definient gloriæ tuæ perennitatem. Bartholinum verò anxiè ſemper famæ tuæ in vigilantem, & jam in Italiam euntem, ut ſoles, ama. Hoc ſi â te impetravero, cum ipſo Jove de felicitate contendam. Aure liæ ad Ligerim 12 Aug. 1641.

## *DCCLXIV.*

## BARTOLHS BARTHOLINUS CASP. F.

### Viro Excellentiſſimo *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QVo verborum ambitu laudum tuarum incrementa compre hendam, Vir Excellentisſime, ignoro. Ex quo enim *Fa ſtos Danicos*, *Runicam Literaturam*, aliasqve ad antiqvitatis no ſtræ Danicæ notitiam ſpectantia in lucem dediſti, virtus tua num qvam in obſcuro fuit. Ut limites neſciret, majores dedit ei vires aureum illud, *de aureo* Sereniſſ. noſtri Principis *cornu* o

pu

puræ putæ inſigne antiqvitatis monumentum: qvod typis iptum, ſtatim famam tuam cum Italis, Gallis, Germanis ommunicavit. Neqve immerito. Cum & materia ſit di- qvæ ad doctorum judicia accedat; & itâ à te expoſita, ut ion egeat Apelle. Danica ſphinx, cujus ænigmata nemo nio melius ſolvit. Qvam cum ego diligentius oculis per- rer, cœpi aliud ex alio cogitare. Pictorum audaciam mi- imo conceperam, qvorum arbitria omnia ſibi conceſſere. :avit ab hoc errore doctiſſima tua expoſitio, ut non tam *loſa plenum opus alea* (ita cum Lyrico vate dicere liceat,) :tur. Qva etiam fretus, in hac palæſtra aliqvid tentare ſum. Non ſum tamen tam malè feriatus, ut tibi aliqvid ſtum velim: Qvis enim Iliada ſcriberet poſt Homerum? Os dicta ſint cum hæſitatione; cum Sphingis hujus fidem, ves incerta facillimè tegant. Simulachrum eſſe rerum ab *do* (vulgo *Blaatand*) geſtarum exiſtimo. Serpentes enim culo primo, qvi morſibus minari videntur, fortunam ipſi- :undam contra *Othonem Imperatorem*, Sclauos, aliosqve :, exprimunt. Tradit *Joſephus* lib. 2 *contra Appionem*, les cum aſpidibus tantam contraxiſſe familiaritatem, ut puerulis educarent, epuliſqve adhiberent; felices & divi- putabant, qvos illæ mordicus invaſiſſent. Septentrionales aliqvando angves nutriiſſe docet *Saxo* noſter libr. IX. Hos iſti nudi, in profligandis hoſtibus audaciam & temeritas ſtendunt: Nudi enim & inermes plerumqve conjungun- Si reliqva penitius ex hiſtoria à Saxone commemorata averimus, mirum dictu, qvantopere conveniant. Lances Othone in undas Lymici ſinus, cum ulterius excurrere :tur, conjectam, exprimit illa, qvæ heic adjuncta cerni. Videmus eqvitem ad belli munia expeditum, reliqvos in haud ſegnes; alios ritu ferarum & beſtiarum in hoſtes ferroqve ſævire: donec tandem omnes fugati, deleti- ictoriam conceſſerunt, ſummâ rerum priori Domino re-

Qvis Haraldi non miretur magnificentiam, qvam cornu nſpicuam facit? divitias ſummas, qvas Reges ante ipſum, *to* I. item *Froto* cogn. *Fredegoed*, aliiqve ipſi per poſte- nsmiſere? ut illas ſilentio præteream, qvas prædæ An- , aliæqve opimæ ipſi peperere. Hoc nomine ingens, livitiarum gloria fuerit præſtans; Felicior, qvod animum

ſuperſtitione gentilium imbutum, Catholicæ religioni ad
rit. Ut verò ex monſtris his Ægyptiis patet, non ita mon
temporis religioni iſti ſe mancipavit, qvin reliqviæ qvædam pr
cultus eſſent reſiduæ. Niſi quis dicere velit, notis hier
phicis melius exprimi rerum geſtarum monumenta, etiar
ipſis Chriſtianis: Sicut etiam ipſi non rarò ad imitationem
tarum, Muſas aliosqve DEos fictos & pictos in carminibu
vocant, ut plus ſani coloris in eis eniteat; qvos propterea
qvod cum paganis habere commercium, affirmare nemo
net. Cornu Sereniſſimi Ducis Veneti, de qvo pag. 47.
*Laurentio Pignorio* Antiqvariæ rei peritiſſimo, mitra eſt T
norum, ut raris numiſmatis aliisqve ſtatuis oſtendit ip
*Originibus* ſuis *Patavinis*, Italicè ſcriptis. Hac de re vid
*Paſchalius* lib. 10. *de Coronis*, it. lib. 5. qvi fuſè hæc tr
Muſeum *Rhodii* noſtri variis numiſmatis & antiqvitatibus i
ctum, nummum etiam exhibet, exactè Trojanorum mitra
ferentem. De viro hoc, qvem admirantur omnes, mul
cerem, ſi verba præconiis ejus ſufficerent. Nullus dubito,
tibi ſatis ſit ob doctrinam & virtutes commendatus: Tu
rim in ejus commoda ſis intentus. Ut antea ſcripſi, pr
tum non mutat. Medicinæ, ut ſcis, dat operam: in pra
feliciſſimus. Hæc ideo ſignificare volui, ut eorum detege
error, qvi eum à praxi eſſe alienum minus verè affirmant.
rimum vales, mi Wormi, apud Cancellarium, autorit
conſilio. Eccleſiaſtica bona, qvæ Canonicatus vocantur,
des, etiam in immeritos conferuntur. Si qvis *Rhodii* c
ageret, etiam aliqvid ſperaret. Bibliotheca Hafnienſis, 
ticana, Ambroſiana, Pariſienſis, ſub præfecto perpetuo
convaleſceret. Hanc ſpartam non recuſaret oblatam.
doc è dignitate Academiæ, & commodo Bibliothecæ,
ductu in ordinem redigi, qvi tot abundat MSS. jam Ha
Bibliothecæ animo deſtinatis, ubi patriæ erga ſe experie
fectum. Magno conatu aliorum rebus intentum, proprii
oportet deeſſe. De ſtudiorum meorum ratione antea 
certiorem. Noſti Philologiæ metam, qvam nemo ſe
attinget, qvi non curſum Juris etiam fuerit emenſus.
me voto teneri, extra patriam omnes honores faſtidire
te impetrabo Licentiam in Jure, ut vocant, heic ambire;
laurum aliqvando in patria exſpectaturus. Hujus meæ p

ſi compotem reddideris, majori laude penatibus patriis redi
; Rei litterariæ ſumma eſt penes vos Patres, qvapropter
aliud tribunal cauſam non ago. Muſeo tuo rerum admiran-
um aliqvid conſecrarem, ſi ſcirem munera mea eſſe ad tuum
tum. Crœſi divitiis addere teruncium, idem eſt ac ſoli lu-
nam adhibere; Eſt tamen pars divitiarum. Ubi occaſio e-
rget, meis non deero partibus. Vale, Vir Excellentiſſime,
inis obſervande, & ſi qvid heic curatum velis, jube, impera.
ori liberisqve ſalutem adſcribo meam. Me interea tibi has
commendatum, qvem tot beneficiis reddidiſti devinctiſſimum.
tavii Antenoris XX. Martii 1642.

## *DCCLXV.*

# OLAUS WORMIUS

## *Bertilo Bartholino.*

*tavium.*

Nimio in me abreptus affectu, plus nugamentis noſtris tri-
buere videris, qvàm emunctioris naſi Critici veſtri conce-
nt. Interim benevolentiam agnoſco, &, ut paria reddam,
cerè allaborabo. Non diſplicet de *Cornu* noſtro diſſertatio,
l ubi ſingula minutius expendere & applicare tentaveris, qvo
cceſſu id fieri poſſit, videbis. De divitiis Haraldi multi du-
abunt, cum earum nulla apud Hiſtoricos mentio ſit, & qvæ
deceſſoribus accepiſſe eum reris, Reges intermedii variis
idibus diſſipaverint, ut præ reliqvis hac dote maxime emicur
e nemo teſtetur. Sed utut ſit, ſi ſingula apte accommodari poſſ
nt, plauſibile ſatis foret argumentum. Ego in meis adhuc
reo meditationibus, donec accuratiores videro. De Mitra
ojanorum, à Venetis in poſſeſſionem translata, bene mones;
inam Numisma *Rhodis* depingendum curaſſes ac tranſmiſiſſes,
cum in iterata editione oportunum inveniſſet. Non dubito,
in facile adhuc ab ipſo ſis impetraturus tantisper, donec dei
eari curaveris. Impenſas, in hanc rem factas, cum fœno-
reddam; Sed maturato opus. De optimo iſto Viro eaſdem
n ego ſolum ſed & alii hic dudum foverunt cogitationes;
l verentur, ne, ubi in hanc rem maxime deſudaverint,

 ſpem

ſpem eorum ſit eluſurus, ac tenue Bibliothecarii munus ſaturus, qvi ordinarii Profeſſoris & Medici Regiii dudum tam provinciam detrectavit. Si certi qvid de ejus conſtai ſtituto & voluntate, in me non deſiderari paterer qvicq qvod ejus votis reſponderet. Habet inter Próceres noſtro tronos ſummos, qvi & bene ei cupiunt, & ejus præſentia dere ſummopere exoptant, ut de ſucceſſu non deſperarem. qvid ad tua dicam poſtulata? optarem talia eſſe, meum gratificandi ſtudium iis declarare ut poſſem. Sed ut ca agam, teqve pollicitis ſplendidis haud fruſtra detineam, Affini, *D. Jacobo* & matri, cum qvibus ſolis ea communi adeo diſplicuerunt, ut ſevere prohibuerint, ne cuiqvan tegerem, rebus tuis exitio futura. Utinam patriæ tibi pe ctus eſſet ſtatus, utinam conditio Jureconſultorum apu tibi explorata; alia tibi mens eſſet. Degunt hic qvidan ſtratium planè inglorii, nullius rei adminiſtrationi admot dies aulam ſollicitantes, ſed. fruſtra. Diſceſſit hinc nupe lancholia & moerore confectus *Chariſius*, omni promotion ferme deſtitutus. De aliis nihil dicam. At qvâ conſci ſacramentum SS. Theologiæ datum negligas? Videſis, *Roſenkrantzius* & Academia actionem repetundarum inſti Sacro Studio deſtinatarum impenſarum; & , qvod ſummum ne hac rationè gratia ſummorum tibi excidas Patronorum ſpicionemqve mutatæ incurras religionis. Non potui, candide & paterno animo, qvæ Tuorum circa hoc inſtitu ſit ſententia, aperirem, qvam ut eo, qvo profecta ſit, a accipias, rogo. Deum rogo, conſilia tua dirigat in ſui minis gloriam, tuum commodum tuorumqve gaudium. I 16. April. 1642.

## *DCCLXVI.*

## BARTOLUS BARTHOLINUS CASPARIS F.

Viro Excellentiſſimo

*D. Olao Wormio.*

*Hafniam.* S. P.

MEntem meam de doctiſſima tua *de Cornu* diſſertat paucis nuper expoſui. Qvod autem nummi iſtius

pum non ſimul miſerim, pictorem incuſo, qvi partibus ſuis non probè fuit defunctus, non ſatisfaciendo promiſſis. Neſcio an officia mea, qvibus me in tua obſeqvia indies demereris, in conſilio habuerit ex induſtria, ut iterato ſcribendi officio virtutes tuas non ſemel admirarer. Suppeditavit, ut ex litteris ſuperioribus noſti, Muſeum Dn. *Rhodii* noſtri, nummum plumbeum, verè antiqvitatis veſtigia redolentem, qvem cum pictori imitandum dedit, ſic penicillo expreſſit. Ætatem ejus ſi qvis ſcrutari velit, actum mea ſententia aget. Certum eſt plumbeos nummos *Plauti* ætate in uſu fuiſſe, cujus hæc ſunt verba, in *Caſina* Act. 2. ſc. 3. *Cui homini hodie peculi nummus non eſt plumbeus.* Unde liqvet, non magni fuiſſe pretii. Noſter qvamvis ſit plumbeus, antiqvitatis certè nomine maximè eſt æſtimandus. Vides heic, Excellentiſſime Wormi, mitram hujus Trojani, qvæ inſtar cornu eſt; de his fuſius nuper tecum egi. Sub bove & eqvo iſto literæ qvædam erant Græcæ, qvæ qvum vetuſtatis injuria eſſent victæ, pictoris aciem oculorum fugiebant. Neqve *Rhodius* aut ego eas aſſeqvi potuimus. Vale, Vir Excellentiſſ. Affinis dilectiſſime, & me, qvi non plumbeos, ſed chartaceos tantum mitto nummos, ama. De petitione mea noviſſima brevi facias me certiorem. Iterum vale cum familia tota. Patavii X. April. 1642.

## *DCCLXVII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Bartolo Bartholino.*

*Patavium.*

Eleganter expreſſum ex Muſeo Dn. *Rhodii* accepi nummum, qvi valde placuit; ejus ectypum iteratæ editioni Cornu aurei inſeram; gratias igitur ago ingentes. Ut primum vidi, memoriam mihi renovavit ſtatuæ æneæ antiqvæ, qvam in Muſeo teneo, mitra planè ſimili ornatæ, qvam delineari eo fine curavi, ut tibi & *Rhodio* mitterem, de ea veſtrum ut explorarem judicium. Veram ejus magnitudinem & figuram expreſſam hic habes; ſedentis & meditantis præ ſe fert habitum; in crurum parte anteriore oculos qvosdam habere videtur, aut nodos iis

non

non diſſimiles, qvos expreſſit *Pignorius* in imagine, inſerta appendici *Imaginum Deorum Cartarii.* Ferme in eam deveni opinionem, ut exiſtimem, Atidis eſſe ſtatuam; ſed non ſolum ſitu, verum & habitu differre mihi videtur. Qvid de ea ſtatuat *Rhodius*, mone qvæſo. Conſtitui namqve, ob Mitræ figuram, nummo jungere, & iteratæ *Cornu* editioni inſerere. An idolum qvoddam Trojanorum? Elegans certe eſt, & neqvaqvam hujus ſeculi arguens artem. Ad petitionem tuam nuper candide & non ſolum ex mea ſed amicorum tuorum ſententia reſpondi; qvod ſi minus ad ſalivam, ignoſces amori & tibi optime cupienti animo. Certo tibi perſvaſum habeas, velim, ſi qvid me impetraturum ſperarem, aut è re tua futurum exiſtimarem, omnem me moturum lapidem, voti compos ut fieres. Qvocirca obnixe Te etiamnum rogo, has cogitationes ſeponas, & Divinis, qvibus Te Deus deſtinavit, totum dedas, qvæ te ad altiora longe evehent; hujus te nunqvam conſilii, ut ſpero, pœnitebit. Hafn. 5. Maji, 1642.

## *DCCXLVIII.*

# BARTOLUS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

VIr Excellentiſſime. Affectus in me tui documenta in dubium vocare, interpretis foret, qvi nodum vellet in ſcirpo qværere. Ego qvi humanitatis in me tuæ officia ſemper re ſum expertus, abſens deſii de iis eſſe ſollicitus & ſuſpenſus. Novi candorem tuum, qui non ſolum intra verba ſe non continet: vires ſuas exſerit, ut facta dictis conueniant. Multorum eſt apud nos error, ut amicitias in lingva promtas habeant, in pectore aliud claudentes. Hinc ingenuos lactant, falſaqve ſpe producunt. Qvæ contagio maximè magnates invaſit. Verborum blanditias ad ſatietatem expertus eſt *Rhodius* noſter, qvas non ſemel à Cancellario defuncto excepit; qvi ſe in eo, qvod in rem ei foret, numqvam defuturum promiſit. Sed Promiſſiones fuerunt ſplendidæ & nudis tantum nitebantur verbis. Unicum affectus ſui in ipſum edidit documentum, cum

Phy-

Phyſicæ Profeſſionem offerret. Qvæ ſparta qvum Medicum ipſius ſtudium ſubverteret, meritò fuit rejecta. Non ambitione qvadam, qvam ille procul habet; (novi ego hominis ingenium,) ſed ut ſtudiis ſuis conſuleret melius. Non ægre tulit Magnificus Cancellarius propoſitum; qvin potius crevit in Rhodium amor: & niſi morte multis nimis acerba fuiſſet præventus, uberiora præbuiſſet affectus ſui ſpecimina. Regii Medici operam numqvam detrectavit, numqvam oblatam. Ipſi qvum hæc exponerem, neſcio qvid cogitationum. Nihil enim ipſi hac de re unqvam per litteras. Si qvæ enim in hanc ſententiam ipſi deſtinatæ fuerunt, homines malè feriati eas intercepe-runt, ut aliqvo argumento ipſum hoc itinere excluderent. Nullus dubito, inveniri qvosdam malis artibus imbutos, qvi ſuorum commodis ſtudent. Hinc Germani noſtris bolos eripiunt: qvibus, ut malè ſit, voveo. Sciunt mortales illi externo fuco ſpecioſos inducere vultus, qvibus ſe commendent. Si doctrinæ tantus non ſit apparatus, pudor defectui ſubminiſtrat, qvem illi dudum attriuerunt. Mirari ſatis non qvivi Germani hominis nuper vecordiam, cui qvum maledicendi materia deeſſet, de doctiſſima tua *de Cornu* Diſſertatione neſcio qvid nugarum ſeminavit. Tu qvum doctiorum omne tuleris punctum, ignoro ego ex qva ille Criticorum proſapia, qvi virtuti tuæ & doctrinæ non voluerit veſificari. Germanorum faſtum novi, qvi, ut ſuæ gloriæ plus accedat, aliorum detrahere ſtudent. Novit horum ſuperbiam Alexander, qvi eos domum remiſit. Nos eos fovemus, alimus, æſtimamus, ne deſint qvi nobis ſint moleſti. Tuum erit, Cl. Wormi, conatus eorum pro virili reprimere, ut Danos homines ipſis virtute non eſſe ſecundos intelligant. In rem *Rhodii*, ut cepiſti, incumbe: nec meis deſis. Scio te autoritate apud Collegas valere: qvos ſi de meis ſtudiis certiores feceris, nullius rei repulſam me laturum certus ſum. Video propoſitum hoc meum matri diſplicere, qvæ variis argumentis Juriſconſultos omni promotionis ſpe excludi, probare nititur. Non ego in hoc ſtudium incumbo, ut Jura aliqvando profitear, niſi qvantum Philologici eſt fori: extra hujus metam, cui me addixi totum, nollo decurrere; ne cum Ulyſſe errem, & tempeſtatibus qvotidie jacter. Qvod autem de honoribus iſtis nuper tecum egerim, magis ambitione ductus eram, ut majori cum laude venturâ

æſtate

æſtate, qvoniam ità urget mater, at non ſine ſtudiorum diſpendio, amicis frui poſſem. Trojanorum mitram, qvalem nummus Rhodianus refert, nuper tibi transmiſi. De Haraldi diuitiis qvod apud Hiſtoricos noſtros altum ſit ſilentium, mirari deſino. Nota Septentrionalium in relinqvendis antiqvorum monumentis oſcitantia. Et qvamvis, Dne. Wormi, Regibus Bellona non parvo ſtet impendio; propterea tamen regiæ magnificentiæ nemo aliqvid detrahet, qvum luxuria eorum, qvi ſummas imperii tenent, ſubditorum nitatur exactionibus. Hæc mea eſt conjectura; tu judica. Diſſertationem tuam de Cornu jam vidit Italia: reliqvum eſt, ut *Faſtos Danicos*, *Literaturam Runicam*, opera *Elzevirii* tranſmittas. Scio Faſtos Danicos *Sartorium* illum dudum ad oleum & piper condemnaſſe. Tuum erit, ex illis latebris eos eruere, ne veteranus ille tam nobile opus ſtrangulet. Vale, & ſaluta omnes, qvi ſunt ex noſtro grege; inprimis D. *Sperlingium* & Dn. *Torminum*. In Academia Antenoris XII Junii 1642.

## DCCLXIX.

## OLAUS WORMIUS

### *Bartolo Bartholino.*

*Patavium.*

Qvantopere ultimæ tuæ me exhilararunt, effari neqveo. Video enim ſalutaribus amicorum monitis aures te præbuiſſe vacivas. DEus te porro, & mentem hanc conſervet: intelliges, & re ipſa experieris, ſalvus Patriæ ubi reſtitutus fueris, nos nihil niſi tibi commodum ſpectare. Qvi meus in veterem amicum *Rhodium* ſit affectus, Deus novit, & teſtabuntur ejus, qvi apud nos ſunt, amici. Spero brevi nos ipſum habituros propiorem. De Medici Regii munere qvæ ſcripſi, ex iis habeo, qvi ex ore Pro-Regis hæc habent; Qvin manu ſua ipſam Majeſtatem Regiam eum huc arceſſiviſſe non ſemel mihi retulit Soror ejus, ut de Sorana Profeſſione Medica taceam. Qvid dicam? Non plane de nihilo eſt, de peregrinis, bolos lautiores noſtratibus præripientibus, qvod conqvereris. Et neſcio, qvo fato in eos adhuc proniores inveniamus Ma-

na-

gnates. Sed invia virtuti nulla erit via. Alaſtorem meum pro merito me tractaſſe, monſtrarem, ſi daretur commoditas. Sed in reditum tuum hæc & alia differam. Conſilium tuum im probare neqveo; iucunda hæc ſtudia: ſed ad altiora, qvibus deſtinatus es, ſi direxeris, neceſſaria & utilia. Vides, ut apud nos excepti *Fridericus Andreæ*, *Framius* & alii, nullis titulis inſignes, qvibus ſupra modum onuſti ſi fuiſſent, adhuc forſan in luto hærerent. Qvid de *Rhodio* noſtro dicam, ſupra omnes titulorum apices ab eruditis omnibus elato? Sed hæc jam probe DEi gratia intelligis. Nummi transmiſſi ideam cum augmento mei Muſei in *Monumentis* videbis. Periere *Faſti*, nec ullo ære hic exemplum redimes. Invidiâ an malignitate dicam, in transportandis noſtris difficiliorem hactenus ſe præbuit *Elzevirius*. Interim ſortem hanc noſtram eſt qvod patienter feramus. Vale, & ab amicis ſalve. Hafn. Calend. Jul. 1642.

## DCCLXX.

# BARTOLUS BARTHOLINUS

*D. Olao Wormio*

ſalutem dicit.

Litteras tuas, mi Wormi, cum adjuncta pictoris manu accepi. Admiratione maxima affectus eas relegi; picturam examinavi. Erectus ſum, aliqvod etiam ſui apud nos reliqviſſe veſtigium artem tuam magnam. Ipſum archetypum videre geſtirem, niſi locorum intervallum obicem deſiderio poneret; Cujus ætatem multorum retro ſeculorum eſſe exiſtimo; qvum multi eſſent Lyſippi, non pauciores Myrones. Seculo enim conſeneſcente perierunt artes pulcherrimæ; ipſi nummi ſunt documento. Nam qvi ſub Imperii juventa excuſi ſunt, elegantia artisqve perfectione cæteris præſtant: qvos, ſumma rerum declinante, Probus, Diocletianus, aliiqve nobis dedere, prioribus multum cedunt; nec mirum. Qvum enim artes liberales cum barbarie & plusqvam Cimmeriis tenebris luctarentur, mecha-

mechanicæ ſua etiam ſenſerunt funera; donec tandem ſeculo noſtro renaſcerentur, ut ad ſummam priorum procederent. Verè ergo antiqvam eſſe mihi perſvadeo, qvum ſeculi noſtri non ſit. Attidis non eſſe ſtatuam, ex deſcriptione patet, qvam dedit nobis *Pignorius* in *Originibus* ſuis *Patavinis*, in *Magnæ DEum Matris Idææ & Attidis initiis*, ut & in *Mythologia Cartari.* Qvam qvum oculis ſubjeci, Palladem mihi conceperam, qvalem olim Magnus ille P*ignorius* habuit, eam deſcribens æream, magnitudine ſesqvipedali, oculis, zona & calceamentis ex argento inciſis. Nec mea hæc conjectura multum à vero abhorret. Et qvia Palladem literarum ſtudiis præſidere, fabuloſa finxerit antiqvitas, non fruſtra hæc meditantis præ ſe fert habitum. Accedit capitis tegmen galeam ei fuiſſe; qvæ pro artificum arbitrio varias habuit figuras. Jam enim plumis ornabatur, jam iis carebat, & qvæ à *Pignorio* deſcripta ſuperius, cum aliis in omnibus non convenit. Qvi ergo hoc æs duci curarunt, more gentis hoc tegumento uſi ſunt, à Lunæ cornibus non diſſimili. Unde *Sidon Apollin.* Carm. 23.

*Lunatam tibi flecteres tiaram.*

Hæc ſunt, qvæ ſub manu naſcebantur, frivola, nec tuo judicio digna. Qvæ ſi minus ad tuum ſunt guſtum, Trojanorum genium qvendam, vel alium gentis ejusdem DEum nobis fingamus, qvod, me judice, propius vero eſt. Deorum enim illorum fugam, excidium Urbis ſecutum eſt; qvod vult P*etronius: Peritura Troja perdidit primum DEos.* *Pignorii Origines* P*atavinas*, ſi juſtam non excederent molem, tibi mitterem, tuis Muſis dicatas; magno labore conqviſitas. Hujus generis libri in lucem heic dati, qvia ab omnibus expetuntur, difficulter & precibus & pretio habentur. Invenies in iis de Trojanorum habitu multa, qvæ variis figuris & nummis explicat Autor. Libri hujus ipſe ego ero ventura æſtate gerulus. Dn. *Jacobus Lindenow* in procinctu eſt in Gallias iturus, ubi æſtatem agere inſtituit. Vale, litteratorum decus, & meum in te ſtudium amplectere, tuum in me favorem fac porrò experiar. Dabam in Academia Antenoris 26. Jun. 1642.

*DCCLXXI.*

## DCCLXXI.

# OLAUS WORMIUS

## *Bertilo Bartholino.*

Perplacuit, doctiſſime *Bartholine*, erudita tua de tranſmiſſa æreæ ſtatuæ icone diſſertatio; ſed, ut verum fatear, ultima de ea ſententia magis ad ſalivam. & eò inclinare video eruditiſſimum *Rhodium*. Mitram non ſatis accurate expreſſit Pictor meus, qvam in typis vulgatam majori cura delineavit. Si Attidis effigies eſt, qvam in nummo tranſmiſiſti, qvamqve variis in locis expreſſit *Pignorius*, hæc certe eam æmulatur, & non inepte argumentum à braccis fibulis connexis trahit *Rhodius* noſter. Ego iconem exhibui, judicium in medio relinqvens. Non eſt, qvod de conqvirendis *Originibus Patavinis* ſis ſollicitus; nuper enim apud amicum eas hic inveni, qvi dono dedit. Adventum tuum ſollicite præſtolamur; incidit enim, qvod forſan ad eum maturandum te ſollicitabit, qvamvis in aurem hæc dicta velim. Ante annos aliqvot de nova Elegantiarum Profeſſione literas accepimus Regias, cui ex reditibus Capituli Roſchildenſis deſtinavit bona, qvæ tùm poſſidebat *Holkius*, ab ejus obitu Academiæ perpetuo jure vindicanda. Is jam obiit, ut hujus anni reditus hæredibus cedant ad gratiam, qvæ circa Feſtum Martini exſpirat; tum neceſſario de novo Profeſſore nobis deliberandum. Ego hæc animadvertens, ratione officii, de variis Academiæ negotiis nuper cum Cancellario agens, etiam hujus mentionem feci, Te hac provincia digniorem me vix videre qvemqvam innuens. Qvamvis tum reſponſum ad id temporis diſtulerit, attamen, qvia præſentes munera tollunt, ut, qvam maturrime fieri poſſet, te nobis hic ſiſteres, auctor eſſem Valde è re foret, ipſemet literis tuis hac de re interea Magnificum Cancellarium ut compellares, ac (qvia, de tuorum ſtudiorum ratione, fuiſſe, qvi finiſterius qvid ad aures ejus detuliſſet, ſubolfacere me, video) Philologiæ amore in Italiam te delatum doceres Rebus tuis hic ipſe ſi non defueris, ex voto rem caſuram ſperamus. De noſtra ſollicitudine ſis ſecurus; nam avo & matri hoc negotium (qvod

propalatum nollemus) communicavi. Si fieri poteſt, prim commoditate ad Cancellarium ſcribere haud negligas, ſvadeo tui, ſiqvid hic inciderit, memor ut ſit; Placebit, ſat ſcio, & obſeqvium & ſtyli elegantia. Unum eſt, qvod te rogem: Vidi apud amicum *Magnetem Kircheri*; is *libro 3 pag. 661* meminit corporis cujusdam metallici, in argo Bononienſi inventi, qvod rite præparatum lucem attrahat &c. cujus ſi adferre poſſes particulam, rara acceſſione Muſeum meum locupletares. Qvia ex tuis intelligo, *Lindenovium* in Gallias iturum, cum eo non eſt, qvod *Magnetem* à *Fuirenio* promiſſum ante ejus ad nos reditum exſpectem. Affinem Domini *Rhodii* Barbier, hiſce diebus ad ſuperos migraſſe ſi neſciat, caute inſinues rogo, ne nimio dolore afficiatur. Vale. 20. Jul. 1642.

## *DCCLXXII.*

# BARTOLUS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

VIr Magnifice, Affinis deſideratiſſime. Diu, præter merita tua, conqvieverunt literæ meæ. Si velles jure mecum civili agere, poſſes ſocordiæ mihi dicam ſcribere. Scis tamen me Romæ nondum vixiſſe, ubi in Auentino monte colebatur olim Murcia Dea, cui nondum litavi. Officii in te mei moram, idem iter excuſabit. Sed nolo ego in cauſæ patrocinium loqvacem aliqvem Fabium mihi parare, qvum te optimum interpretem rebus meis impenſe favere ſciam. Invideant alii, te judice ſto & cado. De litteris meis non tam præclarum exſpectaſſem præconium, qvæ arida pumice erant expolitæ. Neſcio tamen, qvantum ipſis virium ex tuis verbis accedat. Ultimam meam de ſtatua tua ſententiam magis ad tuum eſſe guſtum gaudeo. Ipſe eam amplector; qvum prima, qvam omnia fere in Antiqvitate noſtra ſint dubia, documento erat. Si ita ſunt incerta, mea ſententia Philologi erunt Academici. Tu qvia poſteriorem meam narrationem à veritate non abhorrere ais, faceſſat Empedocles, qvi abſtruſa omnia æſtimat. Jam ſum in procinctu Romam tendens: neqve enim armorum ſtrepitum

ſtrum ego, qvi undiqve illas jam partes concutit, exaudio. Mari illud conſilium diſplicet: ſed præterqvam qvod ſtudiis meis in Vaticana Bibliotheca non parum ſit ſubſidii, qvis crederet me Tityro illi *Virgilii* velle cedere? Ipſe enim libertatis nomine tanto Romam videndi ardebat ſtudio; ego ſtudiorum. In Medicæa interim Bibliotheca, dum Martis furor deferveſcit, propoſitum perſequar. Cœpi hic *Dictyn Cretenſem*, *Hirtii hiſtoriam*, *Juſtinum*, aliosqve cum MSS. conferre. *Dictys* cum *Hirtio* medica manu maximè indigent, ex parte tamen mea ope convaluerunt. Ita numqvam heic per otium dies exit. Bononiæ, à qva *lapis* etiam *Bononienſis* dicitur, votis tuis ſatisfaciam. Si qvid præterea ſe offerat te dignum, meis defungar partibus. Scis tuas apud me preces monitaqve inſularum loco eſſe: ut morem tibi gererem ad Cancellarium literas dedi. A *Rhodio* noſtro ſalutaris, qvi variis rebus occupatus, proximè paria reddet. Vale & me ama. Patavii 23. Octobr. 1642.

## *DCCLXXIII.*

# BARTOLUS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

MAgnifice Dn. Rector, Affinis deſideratiſſime. Exactis aliqvot in luſtranda Parthenope hebdomadibus, Romam reverſus ſum, ut ad obſeqvium redirem ſcribendi. Locorum illæ mutationes ità me reddunt inqvietum, ut ſæpius negligentiæ ſuſpicionem amicis confirment. Coram te hanc cauſam agere ſupervacuum duco, qvi olim has oras ipſe oculis ſubjeciſti, & noſti itinera his rebus præbere patrocinia. Romæ jam dego qvietus, ubi Eminentiſſ. *Cardinalis Barberinus* Vaticanæ Bibliothecæ aditum patefecit. Foro eſt utendum: qvum tot ſint hic feſti dies, ut putaret qvis omnes Deæ Murciæ in Aventino monte litare. Ego ut nullum mihi diem per otium exire patiar, duabus horis in Vaticana cònſumtis, amicorum qvorundam, *Leonis* præſertim *Allatii*, ſubſidiis, in Muſeo meo negotioſus ſum. Interea ſi qvæ heic vis expediri, per eum re-

ctè curabis, qvi in vota tua eſt pronus B. Bartholin. Romæ VII. Febr. 1643.

## DCCLXXIV.

## OLAUS WORMIUS

### *Bertilo Bartholino.*

Romæ, Optimatum favore, liberum tibi ad Vaticanam Bibliothecam patere aditum, gratulor; conatibus enim tuis haud parum profuturum arbitror. Qvòd verò tuam mihi hic offeras operam, gratias ago. Non eſt, qvod te onerem, niſi forte qvidpiam ibi occurrat, qvod ad Literaturam Runicam aut Antiqvitates Danicas pertineat, illud diligentius ut notaveris. Forſan non abs re erit, ſi ibidem extantium Manuſcriptorum, Hiſtorias Danicas vel Norvegicas continentium, titulos ad minimum, ſi plura non liceret, excerperes. Eſt mihi exſcriptum de Norvegia, qvod anno 1607. Roma ex Vaticanæ Bibliothecæ tertia claſſe (ut habet titulus) ſecum detulit noſtras qvidam. Qvin plura ejus generis ibidem reperiantur, vix dubitamus. Siqvid rari inde tecum auferres, qvin eo tibi Proceres noſtros devincires, nullus dubitarem. *Kircherus* in *Magnete* ſuo *Mundum* promiſit *ſubterraneum*, procul dubio de mineralibus & metallis acturus; an brevi ſit proditurus, facile reſciſces. Solida ac rara mihi videntur, qvæ ex ejus prodeunt officina, à doctis valde expetita. Plura non addo, qvia te ipſum indies exſpectamus. Vale. 6 April. 1643.

## DCCLXXV.

## OLAUS WORMIUS

### *Bertilo Bartholino.*

*Pariſios.*

Ut primum à matre tua fando accepiſſem, Lutetiam te jam perveniſſe, ac in procinctu ad nos eſſe, non potui, qvin ibidem

bidem te literis meis ſalutarem, licèt, qvod ſcribam, vix ſit. A Dn. *Chariſio* & aliis multis noſtratibus petii, ut mihi exſcriptum procurarent Gothicum Monumentum, qvod in pyramide exciſum extat in Abbatia *Beaulieu* prope urbem Lochenſem, ſed nondum a qvoqvam obtinere qvicqvam potui. ſi tu operam nobis per amicos locaveris, rem præſtiteris gratiſſimam. Edidit ante annos aliqvot Doctiſſimus Medicus *Renatus Moreau* de *Cantilenis carmen Elegiacum*, qvod citat in eruditiſſimo ſuo *in Scholam Salernitanam commentario*, pag. 82. hoc nobis ut procures, rogo. Si alia ratione haberi neqvit, ſuppeditabit ipſe auctor, qvi adhuc in vivis, qvem à me qvoqve officioſe ſalutatum volo. Ei familiaris valdè fuit frater tuus *Thomas*, ut per literas olim mihi ſignificavit. *Chariſium* amicè ſalutabis; qvod ſi pro meis, qvæ ipſi tradidi, ſcriptis, *Salmaſii in Solinum Exercitationes* procuraverit, cum tuis ſarcinis commode huc tranſmittet. Obiit hic nuper Arhuſienſis Epiſcopus; hinc procul dubio mutationes magnæ occurrent, ac forſan in ipſa Academia; vellem igitur, reditum ad nos maturares. Præſentes munera tollunt. Scis, qvid velim. Hafn. 17 Novembris. 1643.

## *DCCLXXVI.*

# BARTOLUS BARTHOLINUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Si ſiniſtre de meo tam alto ſilentio velles, more ſeculi noſtri, judicium ferre, næ ego qvicqvid ab Affine & amico, qvi meis partibus favet, proficiſceretur, libens exciperem. Sed ea eſt ingenii tui modeſtia, judiciiqve, qvo vales, excellentia, ut æquo animo hoc itinerum continuis laboribus tribuas, cum qvibus abunde conflictatus ſum. Mediolano enim Lutetiam nullus mihi erat comes, qvi montium tædia ſocietate aliqva leuaret. Accedebant ſumptus magni, qvibus maximè, qvi ſoli peregrinantur, ſunt obnoxii. Pericula etiam, qvæ ſæpe alios afficiunt, DEO duce, evitant. Helvetiorum tamen auaritiam declinare non potui, qvi edocti crumenam meam eſſe Hebræorum è progenie h. e. circumciſam, ei

ei ſe præbuere maximè infeſtos. Sed qvadratis illis,qvibus c
pus oneri eſt, nummi voluptati ſunt, omnium peregrinanti
crumenæ parent. Verbis cum illis, ut in Italia aut Gallia
ri ſolet, contendere, ſupervacui laboris eſt; dicto opo
obedientem eſſe. Illa jam me veſtigia terrent, & certiora p
ſequor. De monumento illo Gothico nihil adhuc conſtat. I
*Chariſius* omnes antiqvitatis peritos de eo conſuluit, ſed &
in rebus patriis ſunt hoſpites. Si tamen nemo hac in re nc
poſſit ſatisfacere, ipſum monumentum me cognoſcendæ v
ſtatis avidum eò trahet. Neſcio fratresne *Puteani* aliqva n
documenta promere poſſint. In horum Bibliotheca vidi
mum *Monumenta* tua *Danica*, ut & hodie apud *Dn. More*
qvi curioſè de ſanitate tua erat ſollicitus. Carmen illius, q
per litteras petiiſti, pollicitus eſt, qvi etiam per me tibi ſ
tem adſcribit. Libros, qvos Dn. *Chariſio* dediſti, ex p
vendidit, pro qvibus ut *Salmaſium in Solinum* habeas, t
qve erit cura. Vidi nuper in Pinacotheca cujusdam, inte
lia rara, aviculas qvasdam, magnitudinis, qvam adjecta n
ſtrat charta: Fœmina infra maris eſt magnitudinem. E
merica; ubi Galli terras incolunt, in has oras devehuntur,
de etiam, *Mouches de Canada*, eas vocant, qvoniam Gall
lam Americæ partem poſſident. Cur autem illas *Mouches*
pellent, utrum qvod muſcas vel veſpas ferè magnitudine
excedant, an qvod muſcis veſcantur (utrumqve enim ve
eſt) ignoro. Amictæ ſunt pennis fulgentibus, ut apud
colla columbarum. Tuum hac de re judicium fac ſciamu
ſintne alicujus momenti; hic namqve magno pretio vendur
Salutat te Dn. *Chariſius*. Vale, & me, ut ſoles, favore
to proſeqvere, qvi in hoc ſolum incumbo, ut tuæ famæ
viam. Dab. Pariſiis 8 Januar. 1644.

## *DCCLXXVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Bertilo Bartholino.*

*Pariſios.*

ABſoluta difficili, ut percipio, & moleſta Lutetiam v
peregrinatione, ſalvum & incolumem eò perveniſſe te

ſeo. Cæterum nollem Te magnopere defatigari in Monumento iſto Lochenſi inqvirendo; verum, ſi per amicos ejus particeps fieri poſſes, (cum à nemine in eo publicando qvid præſtitum ſit) forſan ſi accurate à te deſcriberetur, & juris fieret publici, famam in Galliis tibi comparares. Mea in enodandis Gothicis ſive Runicis uti ſi velis opera, promptum polliceor. Inſvetas tentare vias, proximus ad gloriam aditus eſt. Qvinam ſint *Puteani* iſti Fratres, doceas, rogo; nihil enim hactenus de iis percipere licuit. Qvod in procurandis *Salmaſii in Solinum commentariis* & Tu & Dn. *Chariſius* laboretis, gratias ago; me viciſſim in veſtra commoda habebitis paratiſſimum. Avicula, cujus iconem miſiſti, *Ouriſia* eſt Americanorum, qvibusdam *Sincelin*, *Franciscus Lopez Vecielin* vocat, *Joſeph. a Coſta Tominejo*, cujus hiſtoriam fuſe perſeqvitur *Carolus Cluſius*, *Exotic.* lib. 5. cap. 2. & *Johan de Laet*, lib. 15. *Deſcript. Indiæ Occidentalis*, cap. 7. qvi & plures ejus ſpecies recenſet. Hic idem *Johannes de Laet*, amicus meus, cum qvo per literas jam aliqvot annis egi, variis exoticis liberaliſſime Muſeum meum exornavit, & nuper promiſit, ſe ex Braſilia procuraturum, ut habeamus hujus aviculæ ſpecimina; nec dubito, qvin promiſſis ſteterit Vir candidiſſimus. Clariſſimum *Dn. Moreau* viciſſim meo nomine officioſe ſaluta, cum prolixa officiorum, qvæ à me proficiſci poſſunt, delatione. Salvere etiam jubeo *Chariſium* noſtrum, qvem noſtris conatibus favere ſat ſcio. Vale. 5. Febr. 1644.

## *DCCLXXVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Bartolo Bartholino*

***Amſterodamum.***

Diu eſt, ex qvo Amſterodamum perveniſſe te intellexi; ſed qvoniam ſimul, fratrem infirmioris fuiſſe valetudinis narrarunt, te eo nomine reditum ad nos diſtuliſſe credidi. Qvia verò, eo reſtituto, omnes quotqvot inde ad nos redierant, vos jam in procinctu eſſe, ut patriam reviſeretis, conſtanter aſſe-

ruerunt, nolui hactenus te literis meis fatigare. At moram iſtam diuturniorem rebus tam tuis qvàm noſtris haud parum incommodi allaturam cùm videam, non poſſum, qvin pro ſolito affectu, liberius mentem meam aperiam. Obiit hiſe diebus Roeſchildiæ Lector Theologiæ *Bangius*, vacat adhuc Cathedra. Lundis ex Profeſſoribus etiam unus deceſſit. Senio confectus, lecto affixus & ſibi ipſi mortem præſagiens, nil niſi extremam horam exſpectat bonus noſter *Longomontanus*. D. *Stovgardius* Eloqventiæ Profeſſor, morbo epidemio hic graſſante periculoſè decumbit, & jam eodem ægrotare cœpit Rector Magnificus *D. Nicolaus Paulinus*; ut magna rerum apud nos exſpectanda ſit viciſſitudo. Erit forſan inde, qvo tuis conatibus conſulatur, modò adventum non diſtuleris. Favet tibi Cancellarius, amicorum haud deſtitueris ſuffragiis: tibi ipſe ne deſis. Noſti mores Patriæ: Præſentes munera tollunt, & objecta ſenſus movere ſolent. Avi decrepiti, magno deſiderio te exſpectantis, uti & calidarum lachymarum matris, habeas qvæſo rationem. Ipſe ego non poſſum non avidius te exſpectare, utpote qvocum de rebus Italicis & Gallicis confabulari ſummopere geſtiam. Adde qvod *Brodius* mihi retulerit, in tuis ſarcinis exſtare â *Vintimiglia* mihi tranſmiſſa, ad qvæ reſponſum literis ſuis Patavinis aliqvoties urſit *Fuirenius* noſter. Ego vero nil niſi ejus effigiem ab eodem amiciſſimo noſtro communicatam teneo. Qvæ ſincerè tibi bene cupiens & maximis impulſus momentis jam ſcribo, in meliorem interpretare partem, ac omnium reſponſurus votis, propera, nec te unqvam conſilii pœnitebit. *Voſſium* rogo officioſè meo nomine ſalutes, ut & *Cabeljavium*, Parenti olim tuo p. m. & mihi amicum. Qvod ſi Litheoſphori qvid attuleris, verear, ne tanta mora omnem vim amiſerit, qva jucundo ſpectaculo nos recreare poſſes. Vale. Hafn. a. d. 16. Januar. 1645.

## *DCCLXXIX.*

## BARTOLUS BARTHOLINUS *D. Olao Wormio*

*Hafniam.*

VIr Experientiſſime. Qvum in eo eſſem, ut vaſa componerem, traduntur mihi literæ tuæ. Qvibus necdum lectis,

is, argumentum cognoveram. Affectus in me ſoliti docu-
ıta exponebant, abſentiæqve moram diuturnæ conqvere
tur. Qverelis his ipſis & diu ego indulſi, cum ſcirem
rmianas Muſas ſtudiis communibus haud parum collaturas
itatis. Febricula tamen bimeſtris invidit, qvæ me ità exer-
, ut vix oſſibus hærerem. Nec contenta vulgari more me
are, tuſſim reliqvit ſuccenturiatam. Jam hibernum tem-
præſto erat, qvæ maritinis itineribus ob Neptuni ſævitiam
tem poſuerat: terreſtria morabatur, propter latronum ex-
ſiones. Fœderibus compoſitis utraqve in nos conſpiraſſe vi-
antur. Speramus tamen faventiorem jam rediiſſe auram,
e nos brevi patriæ & amicis reddet. *Becani* opera qvia ra-
ima ſunt, voto tuo hac in parte non potui ſatisfacere. Va-
& me Wormiani nominis cultorem, ut ſoles, ama. Am-
lodami 25. Febr. 1645.

## *DCCLXXX.*

# OLAUS WORMIUS

### *Mag. Nicolao Bangio,*

### in Dalum & Sanderum Paſtori.

Rolixum tuum in me affectum, tot indiciis & officiis præ-
ter meritum abunde declaratum, non poſſum non exoſcu-
i, Vir Clariſſime; utinam facultas daretur reciproco bene
rendi conatu tam benignum viciſſim mihi devinctum tenere
ctus, eſſet, de qvo gratulari merito poſſem. Cæterum pu-
onem cum fibula & balthei eburneis ornamentis dono tuo
nſmiſſum probe accepi, pro qvibus gratias ut ago magnas,
ı inter κειμήλια mea repoſita tuo fulgebunt nomine, nec
eorum deſcriptione, in publicis prælectionibus, diſſimula-
, cujus liberalitate tam præſtanti gaudeam, tam ob antiqvi
tem qvàm ob raritatem æſtimando, munere. * * *
e ſpeculo conico qvæſo, data opportunitate, cum *Wichman-*
age, meæ namqve pinacothecæ deſtinatum fuiſſe conſtanter
ſerit noſter, ut noſti, *Hilarius*, qvi dolet ſua munera inter ra-

ra mea conſpici, hocce deſtituta. Iterum vale, & ut facis, ama. Feria III. Pentecoſtes, 1641.

## DCCLXXXI.

## Nobiliſſimo Ampliſſimo Doctiſſimoq; Viro
## D. OLAO. WORMIO
## J. DE LAET

*Hafniam.* S. P. D.

TAntopere ab omnibus prædicatur, Eruditiſſime *Wormi*, humanitas tua, ut non deſperem me facile veniam impetraturum, ſi negotia tua veluti importunus interturbem; ea autem eruditio, ut confidam â te diſcere poſſe, qvod ignoro. Cepit me ab aliqvot annis deſiderium lingvam Anglo-Saxonicam illuſtrandi, qvam Angli ferè hodie negligunt, paucis exceptis. Percurri anno ſuperiori, cùm in Anglia eſſem, multos Codices illius lingvæ manu ſcriptos; inter alios librum qvendam Medicum authoris anonymi, uti & *Apuleji Herbarium* eadem lingva exaratum: Inveni in illis multa herbarum nomina, e qvibus me expedire non poſſum, qvia nusqvam explicatur qvales ſint, neqve ex collatione cum noſtra dialecto Belgicæ lingvæ qvicqvam certi potui colligere. Qvia autem ſcio Anglo-Saxones illos ê parte Daniæ in Angliam veniſſe, eoqve lingvam importaſſe, venit in mentem, non poſſe me auxilium melius exſpectare, qvàm ab iis qvi illas partes aut ſaltem illis vicinas incolunt, ê qvibus illi primum venerunt, qviqve adhuc eadem lingvâ incorruptiùs, qvàm hodie Angli utuntur: inprimis autem â T. A. ſiqvidem jam editis libris doctiſſimis, toti orbi palam feciſti, qvantum polleas in cognitione lingvæ illius & omnium antiqvitatum ſeptentrionalis illius tractus. Qvare te obſecro atqve obteſtor, per communia ſtudia, ut mihi digneris explicare, qvæ vobis ſint illæ herbæ, qvarum nomina ê Medico illo MS. accepta in indiculo adjuncto mitto; niſi forte & apud vos ea vocabula jam uſum amiſerunt, qvod non opinor. Cæterùm optarem cum T. A. interdum dè illa lingva, eaqve, qvam tam doctè atqve induſtriè illuſtraſti, per literas conferre,

ferre, & doceri á te qvæ ignoro. Atqve in eo voto finem facio, DEum ante precatus, ut T. A. qvàm diutiſſimè incolumem & florentem conſervet. Lugd. Batav. IV. April. Gregor. CIƆ IƆC XLII.

Tradet tibi haſce filius *Elzwirii* noſtri, cui ſi reſponſum reddere digneris, commodiſſimè ad me poterit mitti, aut ipſo redeunte afferri.

## Herbarum Nomina in Medico Anglo-Saxonico MS.

Acrind.
Aelſtyona.
Æferthan.
Armelu.
Antran.
Acmiſtel.
Apeningas. fructus.
Æſcrinde.
Betoce.
Bercrago.
Bogthene.
Bulut.
Brer.
Brædcuel.
Cerlice.
Cammice.
Caſluc.
Camecon.
Clifichtan.
Cæſterwurt.
Cicel.
Dynige.
Daegſcade.
Eoforthrotan.
Ealifer.
Earwurt.
Earban.
Elene.
Fleatanwurt.
Fleotwurt.
Foxeſclife.
Fane.
Foxeſclathe.
Ferdwurt.
Gotſothon.
Geſcadwurt.
Heahhiolothe.
Hofe.
Harawyrt.
Hamwurt.
Hæſlesragu.
Homorſecg.
Holancerſa.
Hegerifr.
Heowbrem.
Hamorwurt.
Ingwurt.
Luſtmoce.
Leaccerſa.
Lungerwurt.
Menalyb.
Monneſſura.
Medowurt.
Merſchofe.
Nichtſcade.
Onwhere.
Ompran.
Ontre.
Onalyb.
Rudmolin.
Ricfa.
Swegles æppel.
Scirfin.
Selfæte.
Swanewyrt.
Staethwyrt.
Sigſonte.
Syndrigea.
Secgleac.
Secg.
Stræl wyrt. (orwyrt
Deorwyrt ſive The-
Threobread.
Tuningwurt.
Thunorwyrt.
Thungompre.
Teorwe.
Voucle.
Wudufilla.
Witmære.
Waeterhæferu.
Welige.
Wyrwyrt.
Wyrmwyrt.

DCCLXXXII.

## DCCLXXXII.

# OLAUS WORMIUS

## *Johanni de Laet*

## Societatis Indiæ Occidentalis Præſidi Eminentiſſimo.

*Leidam.*

Utinam, Vir Ampliſſime, tantum mihi facultatis, qvantum voluntatis, conatibus tuis inſerviendi, efficerem utiqve, ut agnoſceres, nihil mihi prius in votis eſſe, qvàm Tanti Viri qvovis officiorum genere mihi demereri favorem & benevolentiam. Jam verò, qvia in iſto genere, qvo meam deſideras operam, tyro ſum, imò rudis plane, ægre admodum fero, tuæ de me conceptæ opinioni reſpondere qvod non valeam. Antiqvitatum Danicarum ut & priſcæ Lingvæ noſtræ fateor me ſemper fuiſſe ſtudioſum, eisqve horas haud paucas, ubi ſeria magis permiſerunt, tribuiſſe; ſed tantum antiqviſſima noſtra lingva, qvam ſectatus ſum, ab ea, qvæ Anglo-Saxonica vocatur, diſtat, qvantum ab hac moderna, mediam ut ſi dixeris, forſan non aberraveris. Eam qvia ab Anglis adeo corruptam inveni, ut potius illorum, qvàm noſtratium, efflagitare operam videretur, ei me nunqvam dedi; inprimis cum adminicula ad eam perveniendi apud nos extent nulla, ſive MSS. ſive alia, apud illos verò plurima; tum qvòd doctiſſimorum Virorum in iis regionibus, *Spelmanni*, Patris & Filii, *Lambardi*, *Seldeni* aliorumqve me nunqvam in hiſce aſſeqvi poſſe induſtriam viderim. Malui igitur ab incepto deſiſtere, qvàm pueriliter ineptire. Tibi verò gratulor, cui tanta contigit facultas, ut etiam difficillimis (qvalia Medica ſunt) excolendis animum applicare non dubites. Siqvid hic ope valerem, efficerem certe, ut in me voluntatem ac ſtudium neqvaqvam deſiderares. Ut tamen videas, qvid ex lingvæ noſtræ principiis præſtari in transmiſſo plantarum catalogo poſſe putem, dabis veniam, ſi mentem meam de iis liberius aperuerim. Plantarum nomina apud nos adeo ſunt incerta, ut vix decem invenias, qvæ eodem nomine ab omnibus appellentur. Plantam ſi ſump-

ſi ſumpſeris, ac de ejus nomine inqviſiveris uno in loco, alio appellabunt nomine, qvam vicini reliqvi; qvod ipſe expertus ſum, cum, qvotqvot poſſem, colligerem ante annos aliqvot, & vernaculas earum appellationes, ut Vocabulariis vulgaribus & Pharmacopolarum Taxæ, ut vocant, infererem. Maximam partem à Germanis mutuatam inveni, Veterum vero reliqvias pauciſſimas. Incertum igitur plane apud nos hoc ſtudium. Catalogum miſſum qvod ſpectat, primum valde dubito, an omnia enumerata ad plantas ſint referenda, cum Medici non minus à Metallis, animalibus, fructibus, ſeminibus, radicibus &c. medicamenta mutuentur, qvàm à plantis ipſis. Hoc certum, qvòd, qvæcunqve in *Wurt* terminantur, plantæ ſint; *Urt* enim etiamnum nobis plantam notat. Et ut ſpecialius ad ſingula perveniam, de adnexis haſce meas cape qvaleſcumqve conjecturas. Qvod ſi ad manus eſſet integer contextus, forſan ex antecedentibus & conſeqventibus, viribus qvopve & facultatibus, qvæ iis tribuuntur, firmari ſingula poſſent. Qvin ex collatione *Apuleji* Latini cum Anglo Saxonico, multorum erui qveant nomina, non ambigo. Hæc ſunt, Vir Ampliſſime, qvæ, petitioni tuæ morem ut gererem, lingvæ noſtræ conſona eruere licuit; ſed an tuto iis fidere poſſis, ipſe dubito. Anqviſſimum noſtrum ſpectantia idioma ſiqvæ occurrant, in iis operam offero promtiſſimam. Forſan *Spelmannum* utrumqve, Patrem & filium, qvi nobis ejus generis dedere ſpecimina egregia, de propoſitis conſuleres non ſine fructu. Vale, & nihil mihi gratius futurum, qvàm ſi crebrius per literas de antiqvitatibus noſtris mecum agas, certò tibi perſvaſum habeas, velim. Hafn. VI. Cal. Maji 1642.

## Conjecturæ de Nominibus in Medico Anglo-Saxon.

A*crind*, cortex qverci.

*Æſerthan*, an Taraxacon ſeu Dens Leonis? Dens enim nobis Than, ſed Æſer Aprum notabit, qvaſi Apridentem diceres.

*Ac miſtel*, Viſcus qvercinus. *Æg* qvercum notat, *miſtel* viſcum.

*Æſcrind*,

*Æſcrind*, Cortex fraxini.
*Betoce*, an Beta?
*Bercrago*, Borrago.
*Bogthene*, Dentes fagi, forſan fructum innuit dentis acutioris figuram exhibentem. *Bog* enim fagum notat, ut fuſius in *Literatura* docuimus.
*Bulue*, jam *Bulme*, hyoſcyamus.
*Brer*, forſan *Beer*, baccæ.
*Bradcuel*, Braſſica lata, an *Radecuel*, braſſica rubra? *Koel* enim moderni.
*Cerlice*, Cerefolium, jam *Kyrrel*.
*Caſterwurt*, Syllaba ultima herbam notat, priora non capio
*Ealifer*, *Je liwer*, Echium ſcorpioides.
*Elene*, Helenium.
*Fane*, Tanacetum, jam *Renfane*.
*Fuchſis clate*, Teſticulus vulpinus, orchis.
*Goſſthon*, Pes anſerinus, Atriplex ſilveſtr.
*Harawyrt*, Capillus Veneris.
*Haſlesragu*, Coryli ſegmenta.
*Homorſecg*, Aſtacum nos vocamus *Homor*. *Secg* ſeu *Sax* forpex, forſan chelæ aſtacorum.
*Holan cerſa*, an verbaſcum, Candela Regia dictum?
*Heowbrem*, fœniſimbria. *Heu* fænum, fimbria *brem* nobis dicitur. Sed qvænam planta ità dicatur, ignoro.
*Hamorwurt*, Herba mallei, etiam mihi ignota.
*Ingwurt*, an zinziber, nobis *Ingefer*?
*Lungewurt*, pulmonaria.
*Moneſſura*, forſan Lunaria. forſ. Acetoſa.
*Medowyrt*, Ulmaria, nobis *Mödurt*.
*Menelyb*, Mandstreu, Eryngium.
*Nichtſcade*, Solanum, *Nachtſcade* modernis.
*Onalyb*, forſan Euphraſia, *Öjentröſt* jam.
*Ricſa*, Oriza.
*Swegles appel*, an gallæ? an poma erinacei?
*Selfate*, pes phocæ. Alchymilla?
*Swanewyrt*, Herba cygni forſan Nymphæa.
*Secgleac*, an ſperma ranarum, nobis *Padde-lag*? Qvod ſi verum; *Secg* ranam notabit.

*Theor-*

wyrth, Viſcaria; caules enim habet viſco piceo qvibuſdam in locis obductos.
wurt, an Staelwyrt? Verbena.
bread, Aſſer ligneus.
e, Ceſpes, vel Triticum.
r haferu, Avena aqvatica.
wyrt, Herba vermium; puto eſſe Abſinthium Santonicum, cujus ſemine vermes abiguntur.

## DCCLXXXIII.

# OLAUS WORMIUS

## *Joanni de Laet*,

S.

Ite menſem circiter per *Elzevirium* gratiſſimis tuis reſponſi literis, ac, qvantum potui, in enodatione Vocabulorum miſſorum, præſtiti. Nunc cum ad vos tendat amicus meus *Otto Sperlingius*, Horti Regii apud nos Præſes, in Bota- & Hiſtoria reliqva Naturali verſatiſſimus, non potui, qvin i ad Te deferendas traderem, ut occaſionem ei præberem ſce & aliis tecum conferendi. Forſan ſi ipſi daretur fas Codicem inſpiciendi, antecedentia cum ſeqventibus condi, vires item hiſce plantis tributas æſtimandi, non parum ibus Tuæ Amplitudinis inſerviret: Lingvæ enim noſtræ ſt plane rudis; qvin & de hoc negotio ante cum ipſo e- haud imparatus accedat. Cæterum, qvia in ultimis menm feciſti *Apuleji* MS. Anglo-Saxonici, amicè rogo, mihi are ut haud graveris, qvem præ ſe ferat titulum, ſiqvidem on ignorare arbitror, maximam partem Literatorum *Am Madaurenſem* hujus ſcripti auctorem non agnoſcere. ini, me audiviſſe, D. *Turqvettum Majernum*, Archiatrum Regis Angliæ, amicum meum, exemplar M.S. tenuiſſe, hic eſſet titulus: *In hoc continentur Libri qvatuor Medi- Hippocratis, Platonis Apolienſis urbis, de diverſis herbis, Sex- pari Placiti ex Animalibus.* Item poſt qvædam: *In pri- bro ſunt herbæ deſcriptæ, qvas Apolienſis Plato deſcripſit.* Ad m: *Explicit liber Platonis de Herbis maſculinis.* In Anglia ali-

aliud qvoqve extitit exemplum, qvod hanc præ ſe tulit inſcriptionem: *Incipit Herbariolum Apuleji Platonis, qvod accepit à Scolapio & Chirone Centauri Magiſtro.* In fine: *Liber Medicinæ Platonis Herbaticus explicit.* Qvid de his ſentias, ni moleſtum, expone. Audio, Tuam Amplitudinem variis gaudere rebus exoticis, ex America allatis; utinam ea inſpiciendi mihi daretur facultas; Collegi & ego variarum rerum ſuppellectilem haud contemnendam. Dum accuratius hiſtoriam *Haut* animalis, *libr.* 15. *Hiſtoriæ Ind. Occid cap.* 5. deſcripti, cum *Ignavi* delineatione, ex *Cluſio* allata, confero, videntur mihi hæc animalia parum aut nihil differre, licèt icones diſcrepent, eò qvòd altera juxta vivi animalis habitum, altera juxta exſiccati ſceleton ſit depicta. Qvia Te ejusmodi exoticis abundare intelligo, omnium rectiſſime αὐτοψίᾳ forſan edoctus mihi ſcrupulum hunc exemeris. Licèt curioſus ego varia conqviſiverim, qvorum catalogum forſan alias mittam, horum tamen nondum dat[a] copia. Sed pluribus tibi moleſtus eſſe deſino. m. Majo 1642.

## DCCLXXXIV.

## J. DE LAET

### D. Ol. Wormio

*Hafniam.* S. P. D.

Literas tuas, Vir Ampliſſime, qvas VI. Kal. Maji ad me dediſti, probè, licèt ſerius, accepi. Eſt primum, qvod tibi gratias agam pro tam promta & benevola reſponſione. Anglorum lingva, ut bene indicas, hodie valdè corrupta eſt, ſiqvidem jam à multis ſeculis in illam admiſerunt vocabula exotica, maximè è Normannia Galliæ petita, poſtqvam Normannos Principes habere cœperunt: Ipſiqve ut plurimum veteris ſuæ lingvæ ſunt rudes, & pauciſſimi ſtudent illam cognoſcere & indagare. Fuit mihi magna familiaritas cum D. *Henr. Spelmanno*, qvi ſuperiore anno obiit, paulo poſt meum ex Anglia reditum: Jam vix duos aut tres novi, qvi huic ſtudio vacent, eosqve multum impares ad aliqvod operæ pretium faciendum, qvia illarum lingvarum planè ſunt rudes, à qvibus præſidia

ſidia petenda ſunt. Itaqve ad Vos confugiendum fuit, qvia veteres Angli & Saxones ê vicinia veſtra in Britanniam venerunt. Qvæ ad Catalogum Plantarum à T. A. & à *D. Sperlingio* annotata accepi; nonnihil opis attulerunt, qvæ deſiderem *D. Sperlingio* indicari, ſimulqve adjeci loca qvædam, è qvibus certius judicium fieri poſſit; ſiqvidem in eis fit mentio, qvibus morbis medeantur. Omnino autem mihi volupe eſſet videre, qvæ T. A. annotavit ad nomina Herbarum, qvæ à Pharmacopolis adhibentur, & ſi qvæ forte adhuc à Ruſticis accepiſti, qvi optimi eſſe ſolent veterum nominum cuſtodes. Fateor autem, me incertum eſſe, an nomina illa, qvæ in Catalogum conjeceram, omnia ſint herbarum; nam de *iis* qvæ non deſinunt in *Wyrt* aut *Wurt*, jure dubitari poteſt. *Apulejus* iſte, qvo uſus ſum, bonæ eſt notæ & antiqvus; Nomen haud dubiè ſuppoſititium eſt; in qvo genere multa ſibi media ætas permiſit. Omnino autem aliqvid præfandum erit de literarum figura & poteſtate, qvas Anglo-Saxones diverſas habent à Latinis: De origine qvoqve deliberandum. Non video aliqvam affinitatem cum Runicis habere, niſi forte unam aut alteram earum. Audio T. A. totam in eo eſſe, ut vetera monumenta edat; opus erit acceptiſſimum eis, qvi majorum ſuorum qvoqve antiqvitates diſcere deſiderant. Accepi hiſce diebus ab *Elzevirio f. Catalogum Muſei* tui; qvod video tibi ſatis eſſe inſtructum: Mihi qvidem etiam cura fuit multa colligere, ſed indigeſta ſervo, ne in eam neceſſitatem tandem incidam, ea oſtentandi qvibus nolim, & tamen ſine offenſa negare non poſſim. Concinnabo tamen, ſi paulum otii nactus fuero, catalogum. Interea poteris me monere, qvid potiſſimum in qvoqve genere deſideres; lubens enim tibi operam dabo: & mitto nunc paucula. Deprehendo in catalogo tuo pag. 2. *Terra miraculoſa Scanica & Iſlandica*: qvæ illa ſit & qvare ita appelletur, aveo diſcere. Lapides nephritici (de qvo pag. 9.) varii ſunt coloris; deſidero ſcire, qvem colorem maximè probes, confido enim vos experimenta cepiſſe. Qvem vocas pag. 10. *Oculum mundi*? Nam habeo oculos varii generis & coloris. Deſidero inter metalla plumbum album permiſtum lapillis nigris, flavis, candidis: Æris qvoqve ſpecies; qvas habes eadem pag. Qvæſo ut ſalutem impertias *D. Sperlingio*: Cæterum DEum precor, ut T. A. diu incolu-

 mem

mem & florentem conſervet. Lugd. Batavor. VIII, Se
CIↃ IↃCXLII.

## Obſervationes ad Nominum Enodatior â Clariſſ. Viro acceptam, & qvid ir illa deſideretur.

A*crind*. Verum eſt, qvod annotaſti, neqve mihi ign *Ac* Angloſax. qvercum, *Rind* corticem notare: Sa tem hoc in Medico illo occurrit, cùm corticum uſum præſ tam hujus arboris, qvam aliarum: ſed diſtingvit voces autem vox compoſita eſt, & inter herbas recenſetur, ubi corticum mentio. Adſcribam duo loca, ut ex iis melius ſis judicare, qvid de hac voce ſit ſtatuendum: Contra ones & cùm pedes cute nudantur: *Genime neo tho wear dowyrt and lus imôcan and acrinde, gecuna eall to duſte, g with hunig, i ac na mid thy*. Alter locus eſt contra Can ubi cortices conjungit, *ac rind, apuldor rind, ſlatorn rind* &c. rum penè inducor ut credam etiam priori loco qverc corticem deſignari.

*Æſerthan*. Ut meliùs judices, utrum de planta d intelligi, an verò de dente apri, adſcribo aliqvot loca mum contra morbum ventriculi, qvem vocat *Springr*, & ſæ Cantuarienſes Anglos, interpretantur *Carbunculum*, ſcribit: *Coqve in butyro Selfatan, aſerthan, and Spring* dein ad ungventum in vulneribus: *acrind, aſerthe*, wyrt &c. tertio contra cancrum; conjungit cum *medowurt* lis corticibus quos ante recenſui.

*Antran* & *Ontran* conſtanter ſcribitur, & litera *r* A Sax. non poteſt *i* videri. Angloſax: autem Gentianam v *Feldwyrt*.

*Acmiſtel*. Rem acu tetigiſti; notat enim, ut dicis, vi qvercinum. uti & in *Æſcrinde*.

*Betoce*. Itá eſt, ut dicis. *C* uſurpatur pro *K*, neqve tenus in veteribus MSS. Angloſaxonicis usqvam literam veni. Sed eſſe diminutivum â Beta non poſſum mihi pe dere. Præſcribitur â Medico contra papulas unà cum *mer torlathe, rude, ſecg, ontre, clate, bishopwurt*.

B

*Bercrage.* Bona eſt conjectura tua de boragine: Sed jam non occurrit, qvalem ad morbum ejus ſit uſus apud Angloſax. Medicum.

*Bulve.* Scripſi, aut ſaltem debui ſcribere, *Bulut.* Inveni autem nuper in Vet. Nomenclatore, *buleth*, *cepa ſilveſtris.*

*Brer.* Ità habet Codex: *Brer the nio pan on Weaxeth.*

*Bradcicul.* Non diſplicet, qvod mones de braſſica: præſcribit illam Medicus contra vermes inteſtinales, in emplaſtro, cum rubris tegulis in pulverem redactis.

*Cerlice.* non eſt cerefolium: Nam Medicus id paſſim vocat *Cerfille* & *Cerville*: contra Eryſipel. *nim hunan and efeleſtan*, *alexandrian*, *betonican*, *celedonian*, *cerlices ſaed drink in Wine.*

*Cammioc.* Sic ſcribitur, non *Cammoce*, qvæ alia eſt herba, & Medico qvoqve uſitata, cui tamen dicitur *Commuce.* Omnino has tres herbas invenio, *Cammioc*, *Camecon*, *Commuce*, diverſas utiles ad diverſos affectus.

*Cliſihtan.* Amplius de hoc conſulendum. uti & de *Cicel.*

*Daegſcade* non eſt huic Medico MS, una herba cum *Nichtſcade*, qvia interdum utriusqve conjunctim meminit, præſertim in medicamentis ſuperſtitioſis.

*Eoforthrotan.* Creberrimè hac herba utitur: ad capitis dolorem: *cum hymlican and tha readan netlan*, ad dentes qvi à vermibus eroduntur; ad femoris dolorem, cum multis aliis; contra humores gangrænatos; in vulneraria potione, cum agrimonia & aliis.

*Ealifer.* De ea non diſſentio.

*Earwurt.* *Wurt* & *Wyrt* commune herbarum nomen eſſe novi; ſed de *Earwurt* amplius deliber.

*Earban.* Præſcribit eam Medicus adverſus nervorum contractionem, cum naſturtio & urticis &c. an bulbocaſtano aut terræ glandibus hoc conveniat, diſpiciendum.

*Elene* eſſe Helenium, ut dicis, mihi ſit veriſimile; utitur eo ad repentinos tumores, ut vocat; item contra ſcabiem, cum pulegio & plantagine &c.

*Fleatanwyrt* alia herba eſt à *Fleawyrt*, qvam in Nomencl. Anglo-Sax. reperio redditam *herba papirus.* ignotum per ignotius.

*Fleotwyrt* alia item herba: *fleotan* Anglo-Sax. eſt *deſpumare.*

*Foxiſcliſe* omnino alia eſt à *Foxes glove*; nam han ni ab Apulejo Anglo-Sax. vocari *Aglaophotin* & *Trichnon cum*.

*Fane* Medicus MS. miſcet potioni ex nola Eccleſ bibendæ dæmoniacis, cum millefolio, betonica, fœnicul liis herbis.

*Foxesclathe*. Bene judicas. ſed locus, ubi uſus eju ſcribitur, jam non occurrit.

*Feidwurt*. Si ita ſcripſi, malè ſcripſi. Scribitur enim *wyrt*. Nam Gentianam ab ipſis dici *Feldwyrt* jam inv Apulejo.

*Godſothan*. Anglo-Sax. digitum pedis vocant *Tà*, ſic Belgæ *teen*, qvod cum poſteriore parte vocis ſatis conveni de antecedenti parte hæreo, licet ſciam *Goſe* eſſe anſeren

*Heah hiolothe*. De *Heah* hîc non laboro. Anglo Sax. pant pro alto, & in compoſitis pro archi græcor. ut *Hea* S Archimandrita & ſimilia: ſed qvid *hiolothe* ſit, qværo. Ha aliam herbam *Hind hiolothe*.

*Hoſe*, adhibet Med. MS. in dolore capitis cum vino a ceto, ſaccharo dulcorato aut melle: item ad femoris do ſive ſciaticam; unde penè inducor ut credam, officinaru gulam caballinam, ſeu tuſſilaginem notari; qvæ & noſtr *Hoeffbladeren* dicitur. Habet idem author & *reade hoſe*, rubrum; qvam cum pimpinella, plantagine, matricaria &c mendat ad affectum ventriculi, qvem vocat *Springe*.

*Harawyrt* non malè convenit cum *Hartwurtz* German mendat contra podagram.

*Hamwyrt*. Med. MS. commendat ad dolorem capit betqve macerare in frigida, & cum expreſſione caput fo item contra variolos.

*Haeſles ragu*. *Haeſle* eſſe corylum agnoſco; ſed illi gu qværo. Invenio enim apud eund. Med. *Ciric ragu*, & *ſles maeles ragu*. *Haeſles* autem *ragu* commendat cum ag cortice in ungventum ad vulnera.

*Homorſecg*. qvaſi dicas Gammarorum aut Aſtacorun læ. Vellem paullò plenius rationem hujus interpretation didiſſes; nam vocem *Homor* nondum in Anglo-Saxon. r mentis inveni; uti, qvid *Secg* ſit, me docuit Gloſſar. MS

ca

*caricem*, & Gloſſ. Cantuar. *mare*. Eſt autem *Homorſecg* Medico MS. herba, qvam commendat ad contuſa membra cum mola & veteri lardo.

*Holancerſe*. Speciem naſturtii agnoſco: ſed qvid illud *Holan* ſibi velit, adhuc qværo. Commendat illam ad maculas in oculis. Scribitur & *Holecerſa*.

*Hamorwyrt* commendat contra tibiarum vitia, cum betonica & aliis: item contra tumores.

*Ingwyrt* commendat ad affectus ventriculi in ungvento, cum millefolio, agrimonia & aliis; item ad vulnera: ita ut verear hoc zingiberi non convenire.

*Luſmoce* pro rore ſolis accepi, ſed tamen nonnihil hæſitanter. Commendat contra perniones, cortice qvercino & aliis. contra vulnera præſertim capitis & canis morſus.

*Leaccerſa*. Naſturtii ſpecies eſſe videtur; ſed qvod ſit cepinum aut porrinum, ignoro.

*Lungerwurt* pulmonariam credo, ſed de ſpecie hæreo.

*Menalyb* commendat contra coryzam. Leviſticum vocat ille *Luſeſtice*.

*Moneſſura*. Commendat contra vermes in carne hærentes. non poteſt autem eſſe á *mond* ore; ſed potiùs à *monne* homine.

*Medowyrt*, ut jam repperi, eſt meliſſa.

*Nihtſcade*. Commendat cum *daegſcade* contra morbum, qvem vocat *Theoradle*.

*Ompran* plures habet ſpecies, *fen-ompran*, *ſund-ompran*, & *Thung ompran*: Credo eſſe acetoſam, ſed de ſpeciebus hæreo.

*Onalyb*. Benè divinaſti de Euphraſia; nam commendat ad vitia oculorum.

*Riſa*. Radices commendat; unde dubito, non eſſe oryzam.

*Swegles appel*. Plura nomina Herinacei inveni, ſed *Swegle* nondum: Videtur potius ſimplex aliqvod eſſe; conjungit enim cùm myrrha & pipere qvoqve contra viſus hebetudinem; item cum thure & ſulphure contra morbum, qvem vocat *Seathan*.

*Selfate*. Commendat contra ventriculi vitia, & jubet coqvi in butyro cum pimpinella & aliis: ita ut non opiner phocæ pingvedinem eſſe, ſed herbam.

*Secg*, ut ante dixi, eſt carex aut mare: *Leac* porrum notat.

*Theorwyrt*. Rectè illud de *Tiarwurt*. Sed diſtingvendum inter *Thoor* & *Teor*: Anglo Sax. agnoſcunt utrumqve, ſed illud ipſis ſignificat ulcus qvoddam ſerpens, ignem ſacrum & ſimil. hoc verò idem qvod noſtris *Teer*, & veſtris *Tiar*: Itaqve hic alia herba qværenda, qvàm Lychnis viſcaria.

*Threobread*. Anglo-Sax. Plantago dicitur *Wegbrade*. Commendat ad faſtidia ſtomachi *Wermod* ſive *Threobread*.

*Theorwe* non eſt triticum, qvod Anglo-Sax. *Hweate*. *Teorwe* autem commendat adverſus Arthritidem, cum abſinthio & naſturtio paluſtri.

*Wyrwyrt* indiculi mei errore poſitum pro *Wyrmwyrt*: ità ut de eo non ſit laborandum. Porrò Abſinthium Anglo-Sax. conſtanter vocant *Wermod*. Med. MS. *Wyrmwyrt* commendat in ungvento ad vulnera cum aſperula, ſedo, pimpinella, aliis; item contra papulas.

## DCCLXXXV.

# OLAUS WORMIUS

## *Joanni de Laet*.

*Leidam*.

PRo luculentis amoris & benevolentiæ in me tuæ indiciis, qvas poſſum, ago gratias. Placuere oblata omnia, utpote rara & chara; ad par reddendum obligatum me agnoſco. Elegantiſſimi ſunt turbines, notis Muſicalibus variegati. Concham cylindricam antea habui, ut & minores niveas dentatas, qvas ad *Venereas* refero; vulgus crania ſerpentum eſſe putat. Patella ſtriata & roſea, purpurea macula ſuperficie interiori inſignita, rara nec mihi ante viſa? *Cypriam* ab *Aldrovando* vocari credo. Corollam precariam ex maſſa qvadam odorata & compoſita confectam reor. Si erravero, mone. Fructus oblongus ſine titulo piperis ſpeciem eſſe arbitror. Qvem *Nabac* vocas ex Ægypto titulo pomi *Nabke*, mihi ante annos aliqvot allatus. Cryſtallos, puriores Americanis, ſuppeditat Norvagia noſtra, ut ex tranſmiſſo ſpecimine videbis. Picem iſtam foſſilem Aſphalti ſpeciem exiſtimo. *Maniaclachum* cum Myrobalano Indico magnam habet affinitatem. Mitto viciſſim, qvæ ex meis petis, cum auctario; boni conſulas, rogo. Qvæ deſiderem, ex catalogo vides

des. Pauciſſima mihi ſunt eorum, qvæ in elegantiſſimo tuo Opere *Hiſtoriæ* deſcribis; ex qvibus, qvæ Tibi ſunt ſuperflua, ſi aut pretio tolerabili aut talionis lege communicaveris, gratum me præſtabo. *Terra miraculoſa Scanica*, cujus Tibi dimidium, qvod teneo, mitto, ita ſe habet: Anno 1619. cum mos apud nos invaluiſſet, linteamina in collaribus aliisqve ornamentis cæruleo tingendi colore, atqve luxus hic à Miniſtris Eccleſiæ ſæpiuſcule in concionibus taxaretur, DEus Opt. Max. qvantopere hoc vitium deteſtatus ſit, aliqvot in locis Scaniæ declaravit, pluviam mittendo, qva terra hæc cœrulea decidit multorumqve veſtes maculavit. Particulam ejus, qvam teneo, mihi attulit Clariſſimus Socer *D. Thomas Fincllius*, Medicinæ in Academia hac Profeſſor Publicus, qvi tum temporis in Scania in curando Nobili occupabatur. Islandicam qvod ſpectat, qvam in parte veli navis mitto, res ita ſe habet: Cum Anno 1625. Hecla Islandiæ, *Mödals Jöckel* dicta, horrendo boatu & multorum hominum ac pecudum ſtrage arderet, ejus cineres Norvegiam usqve ſunt per aërem delati, ità ut, cum navis qvædam in medio mari prope Nidroſiam navigaret, iis adeo obruta fuerit, ut tranſtra & vela non ſecus operirentur, ac ſi nivibus oppleta eſſent, cinerumqve hæc pluvia omnem aëris & aqvæ conſpectum ipſis adimeret, ut in tenebris continuis media die verſari viderentur. Ubi verò cineres hi madefacti aqva fuere, in terram degenerarunt, qvæ ex velis ablui non poterat; qvod ad nos rediens nauta dum narraret, ac vela hac terra infecta oſtentaret, ab eo particulam in rei memoriam obtinui. Nephriticos lapides meliores eos expertus ſum, qvi viridi ſunt colore ad nigredinem tendente, in qvibus nubeculæ nigricantes multæ ludunt; ſemper pingvi qvaſi ac mucida ſuperficie. Mihi non niſi unica hæc ſpecies eſt, qvam à Clutio Amſterodamenſi mihi comparavi, cujus etiam experimentum in multis vidi præclarum. *Oculi mundi* titulo mihi dono datus eſt lapillus, qvem è genere Opalorum eſſe arbitror, qvi hoc obtinet peculiare, ut, cum jam lactei ac minus perſpicui ſit coloris, ſi in aqvam demittatur aliqvantisper, hunc deponat, & aqveum ſeu vitreum induat, exemptus verò paulatim priſtinum recuperet. Lapis à nemine, qvod ſciam, deſcriptus; unde titulum hunc acqviſiverit, ignoro; qvia duo ſaltem mihi ſunt ejus generis, alterum mitto. Te oculos varii generis & coloris poſſide-

ſidere dum manes, ſi ex iis qvibusdam carere poteris, qv
cum ſis communicaturus, non dubito. Metalla, qvæ deſ
addo, ex Norvegia petita. Siqvid præterea penes me ſ
tibi gratificari poſſim, promptum invenies. *Nomencla*
*plantarum*, qvas olim collegi, hic invenies. Doleo op
Senem, amicum meum honoratiſſimum, *Henricum Spelm*
diem clauſiſſe extremum; ſatis ſuperqve hoc ominabar,
dem ſingulis annis ſemel atqve iterum literas inter nos
mutare ſolebamus. Jam verò, ex qvo de *aureo Cornu*
tationem ipſi miſi, nihil plane ab eo vidi, qvanqvam in
ſcripſerit, ſe filium *Johannem* (qvi mihi *Pſalterium A*
*Saxonicum* à ſe editum donavit) relinqvere, ut ſtudiorum
norum ita amicorum hærede, qvemqve poſt obitum velit
nere hoc ſubſtitutum. Priſcam ab Anglis negligi lin
non mirum, cum & noſtra perierit, ſi veſtigia illa exceper
in Islandia apud paucos ſuperſunt. Ego defeſſus jam
potui, in ea reſtauranda hactenus præſtiti, aliis lampada tr
Laboris indicium *Monumenta* nuper hic vulgata mitto,
boni conſulas, ac in meliorem interpreteris partem, rog
da cape, ne Bibliopegorum noſtrorum ruditas veſtris ſit
Literas Anglo Saxonicas poſt abrogatas Runicas, etian
nos in uſu fuiſſe, videre licet in libris MSS. in membran
ea noſtra lingva exaratis. Cum Romanis conveniunt,
exceptis: *F* qvod ᛘ ita pingunt, Runicum noſtrum eſt
qvoqve Runicum, D aut TH; reliqvi characteres nil
peculiare, præter ductus Monachis medii ævi in hiſce r
bus peculiares & abbreviationes qvasdam. Vale, & port
ſtu favere perge tuo ad qvævis paratiſſimo WORMIO.

Hafn. m. Nov. 1642.

## DCCLXXXVI.

## J. DE LAET

## D. Olao Wormio

*Haſniam.*

ET jucundiſſimas literas tuas, qvas Non. Jan. ad me
& pixidem cum variis mineris aliisqve munuſculis,

nis autem exemplar *Monumentorum Danicorum* ab *Elzeviriis* noſtro accepi: ità liberalèm retributorem aureorum munerum pro æneis te probas, ut penè deſperem me parem gratiam reddere poſſe. Mitto tamen pauca, qvæ haud injucunda fore arbitror, & plura miſiſſem, niſi abſentia ab ædibus meis, & negotiorum publicorum moles me prohibuiſſet, & nunc diſceſſus *Elzevirii* me urgeret, qvem vacuum dimittere ad T. A. religio fuit. Excutiam omnes arculas meas, & ſi qvid rari invenero, qvo indicem tuum carere videro, ſeponam in proximam occaſionem; interea pro T. A. munificentia gratias ſummas ago, pers exiguas reddo. Corolla precaria, qvam ante miſi, compoſita eſt ê Balſamo Americano. Fructus oblongus eſt piperis qvædam ſpecies oblongi ex eadem orbis parte. Qvereris pauciſſima tibi eſſe eorum, qvæ in *Hiſtoria* mea *Americana* deſcripſi; neqve mihi ſunt omnia, qvædam enim ab aliis expreſſa accepi; ſi tamen placuerit ſpeciatim deſignare qvæ deſideres, operam dabo ut illa conqviram; Interea qvædam mitto, qvæ cum iconibus poteris comparare. Mitto qvoqve aliam ſpeciem *Lapidis nephritici*, noſtris imprimis probatam; nam ſimilis vires ſæpe in uxore ſum expertus. Gemmula, qvam oculum mundi vocas, credo ê genere opalorum eſſe, nam in aliis idem experimentum cepi, ſed tardè admodum redeunt ad opacitatem, qvod & in tua deprehendi. Memini me longè aliam vidiſſe apud gemmarium noſtratem, qvæ admodum opaca erat & inſtar oſſiculi, & celeriter admodum lucida fiebat, redibatqve ad priſtinum ſtatum; ſed illam non potui ab ipſo impetrare. Dabat illi aliud nomen, ſed illius jam non memini. Pro nomenclatura plantarum gratias ago, qvæ mihi nonnullam lucem attulit. Deſidero, ubi paulum plus otii fuerit, & ubi diligentius Librum tuum de *Monumentis Danicis* perlegero, de qvibusdam tecum conferre, inprimis de poteſtate literarum Runicarum & verborum qvorundam nominumqve ſignificatione, comparando illa cum Anglo-Saxonicis: maximopere autem optarem habere aliqvem libellum veterem illa lingvâ & characteribus exaratum. Audio brevi Islandica qvædam Amſtelodami proditura, ê qvibus haud dubiè qvædam haurire dabitur ad Anglo-Saxonicis lucem fœnerandam. Accepi ab ampliſſimo Hiberniæ Primate Codicem MS. cujus dictio multum ab aliis MSS. diſcedit; videturq; metro qvodam conſtare; qvia judicium tuum de eo deſidero, initium illius

 hic

hic adjungam. Optimus ſenex *Spelmannus* reliqvit filium, earundem literarum gnarum, & eadem qva parens humanitate; Confido autem illum, ubi meliora tempora illi regno jam miſerrimè diſtracto redierint, parentis ſcripta editurum, qvæ parata reliqvit, inprimis *Archæologum*. Literas Anglo Saxonicas, poſt abrogatas Runicas, etiam apud vos in uſu eſſe cœpiſſe, lubens intelligo; ac cepi nuper, & olim atqve etiam nunc in Hibernia obtinere. Magnopere deſidero vocabularium aliqvod Norwagicum, aut, ſi non exſtet, ſaltem mihi deſcribi nomina partium corporis humani & qvarundam rerum, qvæ maximè obtinent in communi vita; itemqve in lingva Islandica, ſi inter ſe diſcrepant. Plura jam non addam, ſed DEum obſecro, ut T. A. diu florentem & incolumem conſervet; qvæſoqve ut plurimum meo nomine ſalutes D. Sperlingium. Lugd. Batavorum IV. Martii CIↃ IↃC XLIII.

P. S. Si poſſis carere fruſtulo aliqvo *Jaſpidis Faröenſis*: & *margarita* una *Norvagica*, rogo ut per occaſionem impartias.

## Geneſis, Lingva Saxonica.

### (*Inſcriptio, ſed recentiori charactere.*)

Us is riht micel þæt ve rodéra veard. vereda vuldór cinung
vordum herigen. modum liſien. he is mægna ſped. hea
fod ealra heah geſceafta. frea ælmihtig. næs him fruma æfre.
orgevorden. ne nu ende cymþ. ecean drihtnes. ac he biþ
a rice. ofer heofen ſtolas. heagum trymmum. ſoþ fæſt
and ſviþ ferom. ſveglbosmas heald. þa væron geſette. vi-
de and ſide. þurlige vealdgodes vuldres bearnum. gaſta vei
ardum. hæfdon gleam and dream. and heora ordfruman.
engla þreatas. beorhte bliſſe. væs heora blæd micel. þe
gnas þrymfæſte. þedoen heredon. ſægdon luſtum lof. he-
ora lif frean. demdon þruhtenes dugeþum, væron ſviþe
geſælige. ſynna ne cuþon. firena fremman. ac hie on friþe
lifþon. ece mid heora aldor. eller ne ongunnon. væran
on roderum. nymþe riht and ſoþ. ær þon engla veard.
for oferhygde. dælon gedvilde. noldan dreogan leng. heo
ra ſelfra ræd. ac hie of ſib lufan. godes a hvurfon. hæf-
don gielp micel. þæt hie mid drihtne. dælan meahton.

vuldo

vuldo feaſtum vic, verodes þrymme. ſid and ſvegl torht. him þær ſar gelamp. æfſt and oferhygd. and þæs engles mod. þe þone onræd. ongan æreſt fremman. vefan and veccean. þa he vorde cvæþ. niþes ofþyrſted. þæt he on norþ deale. ham and heah ſetl. heofona rices. agan volde &c.

*Sequuntur plura de Angelorum lapſu, & occurrunt multa nomina & verba, qvæ in aliis MSStis non inveni.*

## DCCLXXXVII.

## OLAUS WORMIUS

### *Joanni de Laet.*

*Lugdunum Batavorum.*

NImis in me liberalis es, Vir Ampliſſime, unde, cum nec verba nec res ſuppetant, qvibus gratum me præbere valeam, obmuteſcere ferme cogor. Verum ut Tibi conſtet affectus, non potui non paucula hæc transmittere, ex Inſulis Feröenſibus & Norvegia maxima ex parte deprompta, qvæ ut grata ſint, exopto. Libri priſco idiomate ſcripti rariſſimi apud nos ſunt, ac rariores, qvi literis Runicis, adeo ut non niſi duos, diligentiſſime omnia perqvirens, unqvam viderim. Fragmentum *Legum Norwagicarum* mitto, ut ſaltem Lingvæ & Literaturæ medii ævi apud nos habeas ſpecimen; qvantum cum Anglo-Saxonica conveniat, ipſe facile videbis. Lexicon, qvo in Scholis Iſlandiæ utuntur pueri, addo, olim ab *Arngrimo* mihi communicatum; utinam inde in tuos conatus redundare qvid poſſet utilitatis! Hoc autem ſcias, unam eandemqve eſſe priſcam illam Danicam & Norvegicam lingvam cum hodierna Islandica, dialectis exiguum ſaltem conſtituentibus diſcrimen. Sed jam hodiernum idioma multum à priſco differt, qvod facile animadvertes, ſi libros, qvi jam apud nos excuduntur, cum iis, qvos mitto, contuleris. *Monumenta* mea tanti apud Te eſſe gaudeo, ut de iis mecum conferre haud dedigneris. Ubi qvid occurrat, qvod tuis inſervire poſſe putes, meáqve uberiori indigeat enucleatione, mone, & me promptum habebis,

bis; nulla enim re magis delector, qvàm doctis ejuſmodi amicorum colloqviis. Ex qvo filius *Spelmanni* ſuum ad me miſit *Pſalterium*, & ego ei viciſſim meum de *Aureo Cornu* librum, nullas plane ab Ipſo habui literas. Exoptarem, *Archaologum* Parentis integrum primo qvoqve tempore publici juris ut faceret; ſed turbulento hoc rerum Anglicarum ſtatu vix qvicqvam à Literatis ſperandum, ſiqvidem inter arma Muſæ ſilere ſolent. Jaſpides qvos cernis, exigui ſunt, & circa littora reperiuntur; forſan fragmenta è rupibus avulſa, & crebra fluctuum attritione lævigata. Si diligentior inſtitueretur inqviſitio, forſan grandiora in ipſis montium cautibus invenirentur ejus generis. Chalcedonius ille, qvi ſtiriæ figuram præbet, abunde arguit, ſuccum ibi extare, gemmis efformandis haud ineptum. Ego dono mercatoris noſtri, qvi ſingulis annis inſulas haſce viſitare ſolet, hæc poſſideo. Codicis tui Anglo-Saxonici ſpecimen meum plane ſuperat captum, exceptis pauculis vocibus, qvæ affinitatem aliqvam cum noſtra habent lingva. Qvod ſi Geneſeos qvid contineat, paraphraſis qvædam ut ſit, aut poëtica, ut reris, tranſlatio, neceſſum eſt. Pauciſſima ex iis capio, nec ſenſum aliqvem elicio, cum ei lingvæ me nunqvam dederim. *Hvitzitzil* ſeu *Tomînam* aviculam nondum videre mihi contigit; nec *Aovay* fructum adhuc poſſideo. Libenter ſcirem, qvid diſcriminis eſſet inter *Hayth* & *Ignavum*; dum deſcriptiones authorum confero, parum aut nihil diſcrepare invenio, adeo ut in eam ferme devenerim opinionem, ut exiſtimem, unum idemqve eſſe animal. Nec me movent icones, etiam à te ipſo expreſſæ, cum altera vivum, altera mortuum & exenteratum, vel potius pellem fartam, tantum delineat. Qvæ olim hic de eo ſcripſerim, mitto, ut, ſi erravero, me in viam reducas, ſiqvidem αὐτοψία hanc controverſiam optime omnium dirimit. Indicavit mihi *Elzevirius* veſter, Te propediem evulgaturum *Indiæ Orientalis deſcriptionem* eadem methodo, qva *Americanam* exhibuiſti, qvô totum orbem literatum tibi ſingulariter devincies. Perge, rogo, & gaudia noſtra ulterius haud morare; poſteritatem qvin habiturus ſis gratam, minime dubitabis. Conatus tuos DEus proſperet, & in Reipublicæ literariæ commodum qvàm diutiſſime incolumem Te conſervet! Vale. Hafn. 11. Maji, 1643.

DCCLXXXVIII.

## DCCLXXXVIII.

# J. DE LAET

## *D. Ol. Wormio*

*Hafniam.*

E*Lzwirius* noſter mihi reddidit literas, qvas VIII. Kal. Jul. ad me dediſti, cum præclaris muneribus tuis, pro qvibus maximas gratias ago, & aliqvando ſum redditurus. Inprimis mihi acceptum fuit Dictionariolum Iſlandicum, qvod mihi uſui futurum ſpero: *Legum Norwagicarum* fragmentum plus habet operæ, ut aliqvid ex illo hauriatur. Haud mirum eſt, qvod nullas jam diu à *Joanne Spelmanno* acceperis literas, (idem & mihi evenit;) provincia, in qva domicilium habet, aut ardet bello, aut incendio proxima eſt. Niſi pax regno reſtituatur, vix ſpes eſt *Archaologum* impreſſum iri: Parens ejus p. m. mihi affirmavit prælo paratum eſſe. *Huitzitzil* ſive *Tominaam* aviculam habui unicam, ſed qvum neglexiſſem lupulum ei apponere, blattæ plumulas omnes exederunt, non modò illius, ſed & qvamplurium aliarum avicularum, qvas multis annis conſervatam. Fructum *Avoay* conabor ab amicis è Braſilia impetrare. De animalibus *Ignavo* & *Haythi* qvod qværis, non poſſum dubium plane ſolvere. *Ignavum* qvidem ſuperioribus annis hic vivum vidi non ſine admiratione, ità lentè ſe movebat; ſed non diu hîc vixit. Iconem *Cluſii* accuratam eſſe deprehendi, neqve qvicqvam mutandum. *Haythi* autem effigiem ex *Theveti Antarctica* ſumſi: ſed qvi animal vivum viderunt, ajunt nullo modo convenire; eſſe enim ventre non pendulo, cauda mediocri, ungvibus qvidem prolixis, ſed valde retortis; non ferox, ſed manſuetum; adeoqve tardum, ut octo dierum ſpatio vix leucam abſolvat; & aliqvando qvinqve, etiam plures, menſes in arboris (*Ambaiba* vocant barbari) cacumine moratur, & foliis illius victitat; non habet patens mentum, nec faciem rotundam, ſed roſtrum parumper longum: Deniqve effigies à *Theveto* expreſſa nullam habet ſimilitudinem cum rei veritate. Qvanqvam autem ingenium & mores non differant, ne qvidem forma; nomina tamen utriusqve diverſa

diverſa producitur: *Ignavus* enim Braſil. dicitur *Unau*; cum alter ab ipſis vocetur *Hay* ſive *Haythi*. Dabo operam ut verum aſſeqvar. Miror qvid *Elzevirio* venerit in mentem, ut tibi perſvaderet, me *Orientalis Indiæ hiſtoriam* brevi in lucem daturum, cùm nihil adhuc de illa cogitaverim aut qvicqvam paraverim. Decepit illum qvod promiſerim, me *Appendicem* ad *Americæ deſcriptionem* daturum: ſed neqve illa adhuc parata eſt; impediunt me tum alia negotia, tum ſtudia: eſt tamen materies ſatis idonea ad manum. Vidi nuperrimum fœtum D. *Arngrimi Jonæ*, qvi me haud pauca docuit; ſed vellem ab ipſo doceri, an in Gronlandia adhuc ulla veſtigia ſint oppidorum aut vicorum, atq; adeo Eccleſiarum: & an ea Gronlandiæ pars, qvæ Iſlandiæ ê regionę objacet, adhuc incolatur à Chriſtianis: & ſi non (uti ſupicor,) qvis caſus illam continentis partem ità incolis exhauſerit, & qvo potiſſimum tempore? Bene de me mereberis, ſi hæc ab Arngrimo mihi explicata reddideris: Ego viciſſim omnibus amicitiæ officiis mutuum faciam. Salvebis qvam officioſiſſime. Saluta, qvæſo, *D. Sperlingium*. Deum precor, ut vos diu incolumes & florentes conſervet. Lugd. Batav. V. Julii Gregor. CIↃ IↃCXLIII.

## *DCCLXXXIX.*

## OLAUS WORMIUS

### *Joanni de Laet*,

*Leidam*,

Gratiſſimum fuit, qvod tuam de *Ignavo* ſententiam communicare haud ſis gravatus. Sæpenumero in Hiſtoria exoticorum eæ occurrunt difficultates, qvæ expediri vix poſſunt, niſi à Viris earum rerum peritis, & qvibus talium copia eſſe poteſt; qvocirca ignoſce, tibi moleſtiam hiſce ſi creavero. Lubens petitioni tuæ morem gererem, ſi facultas daretur ad *Arngrimum* literas mittendi; ſed qvia ſingulis annis ſemel tantùm circa Feſtum Pentecoſtes eò migrant noſtri, atqve longe antè, qvàm tuas acceperam, hinc ſolverunt naves, hoc anno votis

tuis

vix ſiet ſatis. Interim qvantum ego ex hiſtoriis ac fide
a relatione de Grönlandiæ ſtatu percepi, non diſſimulabo.
n Grönlandia ulla adhuc ſint veſtigia oppidorum, vicorum aut
eſiarum, nec ego nec *Arngrimus* certo ſcire valemus. Trecen-
iim elapſi ſunt anni, ex qvo nullus noſtrorum oras iſtas vi-
it, nec qvisqvam inde huc ad nos appulit, qvi certi qvid refer-
ralueri. Sumptibus certe non pepercerunt Reges noſtri
iſtianiſſimi, tam Fridericus II. Hujus Pater, qvàm Rex
er nunc imperans, ſtatum ejus tractus ut explorarent, &
ranti Religioni Chriſtanæ ut ſuccurrerent. Integræ navi-
claſſes eo ablegatæ tum anno 1579. tum anno 1605. tum
er 1636. ſed Grönlandiæ tractum illum, qvem olim tri-
rii Regni noſtri occupabant, prætermavigabant, & in fre-
usqve Davis penetrarunt, eaqve loca viſitabant, qvæ lon-
me à vera noſtra diſtabant Grönlandia. Qvocirca etſi ho-
es ejus regionis aliaqve eorum utenſilia reportarent, ni-
tamen, qvod noſtram tangeret Grönlandiam, aſportarunt.
d *Purchaſium* hac de re qvædam *invenies*. Hinc ſecundæ
ſtionis dependere enodationem vides: an videlicet ea Grön-
liæ pars, qvæ Islandiæ objacet, adhuc à Chriſtianis inco-
r? Illud enim æqve nobis incertum. Qvæſtionem illam
d attinet, qvis caſus illam continentis partem incolis exhau-
:, qvo potiſſimum tempore? de ea hæc cape: Exhauſtam
lis unqvam fuiſſe Grönlandiam, nunqvam accepimus, qvin
o ſtatuamus, adhuc gentem iſtam vigere, & forſan in plu-
diſperſam eſſe familias; ſed ab annis trecentis à noſtris aut
aliis, qvod ſciamus, non eſt freqventata, tum qvòd adi-
glacie præcludatur, tum qvòd deſint nautæ, qvi eò claſſem
gere norint. Olim ſingulis annis tam ab Iſlandis qvàm
rvagis freqventer viſitabantur, ac cum iis commercia exer-
ant noſtrates; imo ſunt adhuc apud nos è *Roſencrantziorum*
ilia Nobiles, qvi in tabulis ſuorum redituum oſtendunt præ-
& terras in Grönlandia, ex qvibus ipſis annui debentur cen-
; tot annorum ſpatio nihil lucri inde perceperunt. Cauſam
us rei referunt, qvòd, cum anno 1350. ſæviſſima peſtis
sqvam dimidiam partem incolarum in Septentrione abſtuliſ-
, ſimul eos exſtinxit Mercatores & nautas, qvi ſumtus in
c expeditionem faciebant, & navigia eò dirigere ſolebant;
ve ita derelicta huc usqve ab omnibus hæc eſt provincia.
Ante

Ante aliqvot annos cum Epiſcopo Holenſi Iſlandiæ, olim meo diſcipulo, Viro prudenti & docto, hac de re egi, &, an ſpes aliqva eam recuperandi eſſet, inqviſivi, qvi reſpondit, facillime hoc fieri poſſe, & ſe ſub pœna capitis ſpondere, ſi Sereniſſimus Rex noſter ſibi, qvæ cupiebat, indulgeret privilegia, ſingulis annis ſemel, comparata ſuis ſumptibus nave & ſociis, eò iturum, ſine ſuo diſpendio. Qvod cum Cancellario piæ memoriæ indicarem, obſtitere Mercatores noſtri Iſlandici, qvi aliqvid ſuo lucro hinc deceſſurum exiſtimabant. Adeo ut certo credam, ſiqvi eò navigaverint, inventuros Chriſtianos & gentem minime barbaram. Totam difficultatem in eo conſiſtere, intellexi, qvod, qvi eò tendant, ad littora Iſlandiæ exſpectare cogantur, donec glacierum Grönlandicarum moles eo appulerit; tunc enim mare ad littora Grönlandiæ navigabile eſt, ac tuto portus intrare licet. Multa adhuc apud nos extant documenta de ſtatu ejus Regionis, de curſu tenendo iis, qvi eò tendunt, de Epiſcopis, qvi rei divinæ ibidem præfuerunt, & aliis, qvorum ſummam ante annos aliqvot edendam noſtro idiomate curavi, in Norvagiæ deſcriptione; qvem librum mitto, ut ea, qvæ circa finem de hac provincia divulgata ſint, habeas; cum facile apud Vos habiturus ſis Studioſum Danum, qvi ea enucleet. Mirum certe, qvod eodem in loco narratur, nivibus non admodum gravari Grönlandiam, nec tantum ibi frigus eſſe, ac in Iſlandia aut Norvegia, ſumm in arboribus copioſam provenire ſaginam, triticum qvin etiam terræ commiſſum feliciter exereſcere, &c. Hæc ſunt, qvæ de Grönlandia tibi exponenda duxi; ſeqventi anno, ſi DEus vitam ac valetudinem largitus fuerit, *Arngrimum* conſulam, et, ſi qvid reportavero, qvod ad rem faciat, operam dabo, ut reſciſcas. Interim, ſiqvid Tu rerum novarum ex America habueris, mei memor ut ſis, rogo. Vale. Haſn. 22. Jul. 1643.

## DCCXC.

## J. DE LAET

### *D. Olao Wormio,*

*Haſniam.*

Deſiderabam jam diu, Vir Clariſſime, ſcribendi officium repetere, aliqvamdiu intermiſſum, cum luculentiſſimam oc- caſionem

onem dedit Clariſſ. Vir D. *Thomas Bartholinus*, ex Italica peregrinatione ad nos reverſus; a qvo & accepi *Muſei* tui *alogum*, anno ſuperiori editum; ſimulqve intellexi, te in a io habere, eundem cum elucidatione eorum, qvæ illo con- ntur, ad publicam utilitatem edere. Perluſtrato itaqve talogo, cœpi diſpicere, qvæ illis poſſem adjicere, ex meis e longo tempore & variis occaſionibus collegi, licet indige- & locis ſeparata apud me jaceant; atqve adeò ad exem- t catalogi tui indiculum moliri, cujus exemplar, ubi per oti- , qvod mihi perexiguum, abſolvero, conſtitui ad te mitte-

Interea qvædam, qvorum in Catalogo tuo nomina non eni, in capſulam conjeci, qvam D. *Bartholino* tradam, ut ius ad te poſſit pervenire. Inter qvæ, opinor tibi non in- ıta fore ſceleton manûs & coſtam monſtri marini, freqven- in mari ad oram Africæ, prope Angolam: Luſitani ſuo idi- iate vocant *Perxe de Moliher*, qvaſi Syrenem dicas: globus autem ê coſtis tornatos ſingulare remedium prædicant ad- rſus hæmorrhoidas, uti â Luſitano viro docto, qvi crebro em illorum erat expertus, didici. Spero autem me brevi i- nem animantis accepturum. Adjeci & alia, ut ex indiculo, em adjunxi, obſervabis: De qvibusdam autem poſſum ali- am explicationem mittere, ſi deſideres; de pluribus non m, qvia tantum cum nudis nominibus accepi. Invenies varias conchas, qvarum nomina non addidi, qvæ tamen ex rte ex *Aldrovando* & aliis peti poſſunt. Si qvo tibi præte- a opus fuerit, ubi ſignificare dignaberis, non committam ut ficium meum fruſtra deſideres. Sum in eo, ut edam brevi ommentarium meum *de Gemmis & Lapidibus*, qvem ſtatim, i prodierit, mittam: Daturus ſum, inter alia, varias ico- s concharum petrifactarum, qvarum copiam mihi ſubmini- rarunt varii amici ex Anglia & Gallia. De qvarum ortu va- ant rerum naturalium Scriptores; ità ut deſiderem etiam tu- n judicium de hoc intelligere. Accepi ê Braſilia Deſcriptionem lantarum & Animalium omnium, tam terreſtrium, qvàm a- raticorum, â doctiſſimo juvene *Joanne Marcgravio Miſnico* lornatam, unà cum iconibus plerorumqve eleganter delinea- ; qvam aveo publico dare, ſed moratur me operarum inopia, i icones ligno poſſint incidere: Nam icones ſunt pæne qvin- ntæ; ſed ſpero me has difficultates aliqvando ſuperaturum:

 & ſal-

& ſaltem, ſi totum non poſſim, aliquam & potiorem pa
daturum. Invenies qvoqve in pixide *Cerebellum Canis Ca
ria* ſive *Lamia*, qvem piſcem nautæ noſtrates vocant *Haye*
jus inſignis uſus eſt ad frangendum & dejiciendum calcu
Perperam autem à Scriptoribus appellatur lapis; friabilis
eſt, inſtar pollinis, neqve qvicqvam habet lapidei. Habu
qvando magnam illius copiam, cum conjux viveret, qva
morbo erat obnoxia; illa defunctâ, neglexi: Verumtame
ipſa nunqvam auſus fui experiri, qvia ureteres habebat angu
res, & hoc medicamentum validè admodum dejicit &
ſumma cautione eſt uſurpandum: Habuerunt tamen à me
ti, qvi ſingulare levamen ſunt experti. Eſt autem alius l
qvi ad hoc malum commendatur, qvi eximitur e Piſce *M*
*ti*; qvi tamen potius duriſſimi oſſis, qvàm lapidis ſubſtan
exhibet; cujus & iconem dabo, qvanqvam & figurâ vari
reperio illum in tuo Catalogo; piſcis autem ipſius iconem
in *America Deſcriptione*. Pauca deniqve obſervavi in tuo
talogo, qvæ deſidero: *Terra rubra anti-ſcorbutica è Norw*
*Marmor Garattonium*: *Porus roſeus*, *undulatus*, *ſaccharinu*
*ſpatus*, *tubulatus*, *ſtellatus*, *durus*, *vermicularis*: *Talcum*
*um*, *nigrum*: *Magnes niger Norwagicus*. Si horum aliqva
lum potes impartiri, gratiſſimum erit. Vale. Lugd. B
1. Julii CIƆ IƆC XLVI.

## *DCCXCI.*

## OLAUS WORMIUS

## *Johanni de Laet.*

*Lugdunum Bat.*

Diu deſideratas tuas, 1. Julii datas, 14 Octobris ann
accepi; per varios enim terrarum tractus oberrans *Ba*
*linus* noſter, prius huc non appulit. Gratiſſima verò fuer
naria, qvibus Muſeum meum exornare placuit, cujus de
ptionem & hiſtoriam rerum in eo contentarum licèt ante
nos aliqvot adornaverim, qvia tamen amicorum ſymbolis
es fit auctius, ut vel ex ultima *Catalogi* editione ac iis,
jam miſiſti, patet, multa adhuc deſcribenda reſtant, anteq

editione cogitem. Indicem tuum præſtolari lubet, & *Rerum* *ſilianarum Hiſtoriam* tua opera publicandam, qvam meis atibus adjumenti haud parum allaturam confido. Optarem, ſymbolam qvandam eruditiſſimis tuis de *Lapidibus & Gem-* commentariis conferre poſſe; ſed curta adeò ſupellex vix cqvam ſuppeditabit eruditis tuis oculis dignum. Interim, qvæ is, qva poſſum ratione, mitto. *Terram* hic habes, *rubram*, *iſcorbuticam*, *crudam* & *præparatam*, ſeu à qvisqviliis purgan. Reperitur prope Bergas in Norvegia, & 3j pondere exitam ſudores movere ajunt, qvibus ſcorbutici humores exduntur. *Marmoris Garatonii* non niſi unicum mihi eſt frulum politum, qvod frangi commode non poteſt ſine totius ſtructione, alioqvin dimidiam ejus partem miſiſſem. Conire mihi videtur cum eo, qvod deſcribit *Imperatus* lib. 24. *ſt. Nat.* cap. 2. 28. Iconem do, ac ſi lapidem ipſum omnino ſideres, data commoditate habebis. Qvadratus eſt lapis, unilis circiter longitudinis & latitudinis, craſſitie tertia unciæ rte; per ejus centrum foramen viſitur, per qvod filum craſs trajici poteſt; videtur ornamenti loco geſtatus, ut de iis fert *Imperatus*. Addo iconem *Brontiæ favaginea* à me dictæ, od favum apum exacte referat; cum rarus ſit, & à nemine, od ſciam, deſcriptus, ejus delineationem non duxi omittenm, ſi qvid tuis de *Lapidibus* commentariis addere poſſit ornamenti. Magnitudine æqvat ovum dimidium, ſeſſili parte baſn habet digiti craſſitie coloris cinerei inæqvalem, ac ſi vermiis eſſet exeſa, mammillacea qvadam apophyſi dotata. Huic ſi inſidet favus ipſe, qvinqve radiis prominentioribus ab api: ad baſin excurrentibus, qvorum qvivis duobus ordinibus foiminum qvadratorum conſtat, illis ſimillimorum, in qvibus es mella ſua condere ſolent. Inter hoſce radios qvinqve ornes duplicatorum foraminum ſeu cellularum qvadratarum ſed tiorum continentur, depreſſiores aliqvantum iis, qvi caudas rpentum exprimere debent. Summa: primo aſpectu jurares, vum, ex candida cera virginea factum, lapideæ baſi inſiſtere, m tamen totum corpus ſiliceæ ſit duritiei. Habes hic relià, qvæ à me petiiſti, eo modo, qvo mittere licuit; cum im unicum ſaltem qvorundam mihi ſit exemplum, detrunnda mihi fuere, particulam ut communicare poſſem. Addo ia qvædam, qvorum titulos invenies in chartis, qvibus in-

voluta. Si rariorum tuorum miſeris catalog
qvem Te jam confeciſſe retulit *Bartholinus*, rem f
gratisſimam. Ne dubites, qvin rem ſis facturus gratiſſ
omnibus rerum naturalium ſtudioſis, editionem *Hiſtoria plan*
*& animalium Braſilienſium* maturando. Mihi certe ſalivam
hoc opus, cum credam, multa nova ac rara detecturum
rem. Perge feliciter. De petrefactis qvid dicam aliud,
qvod ab aliis traditum? Tria obſervo eorum genera: u
qvod, cum lapis ſit naturalis, figuram tamen obtinet au
malis aut partis alicujus alterius rei naturalis aut artifi
alterum, qvod ante fuit vegetabile, artificiale aut anima
lapidem demum converſum: tertium, qvod, remanen
va, cruſtam lapideam ſuperficiei externæ habet inductam;
rum generationem ſtatuo diverſam. Qvæ enim veræ ſu
pideæ ſubſtantiæ, ſed figura res alias æmulantur, non
agnoſcunt generationis rationem, qvam reliqvi lapides
res, niſi qvod locus, in qvo generantur, figuræ multun
ferat; ſi enim ſuccus lapideſcens in locum, in qvo antea
caput aut ſimile qvid jacuit, inciderit, condenſatus eand
fert figuram, qvam locus, in qvo res, qvam exprimit,
tuit. Qvando verò res aliqva in lapidem convertitur,
mo, ſpiritum qvendam ſalinum lapidificum ſubtilem ſeſe
poris poris inſinuare, qvi junctus cum inſito rei humore
dem per morima coagulat, arqve ita rem in lapidem tra
tat. Et qvia hic ſpiritus lapidificus non ſemper ejusdem e
turæ, hinc fit, ut talium lapidum duriores qvidam, qv
molliores & friabiliores reddantur. Ultimum genus,
forte *cruſtaceum* appellare licet, non tam à ſpiritu coagu
qvam humore tartaro prægnante fieri mihi videtur. Q
enim res qvædam in talem humorem (qvi in Thermis,
ſinis inprimis, freqvens eſſe ſolet) inciderit, vel inſito v
ventitiò calore exhalat ejus ſucci phlegma, ac remanet ta
adhærens corpori, qvod incruſtatur. Hinc in ejusmodi
cruſtarum apparet diverſitas, una poſt alteram ſenſim
ſcente. Imo hæ ipſæ cruſtæ ſæpe ripis aut aliis ſaxis ad
re ſolent, eodem modo generatæ. Extorum ut & aliorum
pla aliqvot meum ſuppeditat Muſeum. Habes breviſſime,

juſmodi ſtatuam petrificationibus, ita qvidem, ut ab aliis ora doceri paratus ſim. Vale, & favere perge. Haſn. 16. br. 1646.

## DCCXCII.

# OLAUS WORMIUS

## *Joanni de Laet.*

*am.*

oleo, Clariſſime Vir, ad te non delata fuiſſe ea; qvæ menſe Octobri anni præteriti amandavi. Diligenti apud merrem meum facta inqviſitione, nihil obtineo; ille nautæ cu Amſterodamenſi, ad Stakium qvendam ibidem degentem renda tradidiſſe narrat; hic verò, ut audio, ſe qvicqvam piſſe negat. Sic illudimur utrinqve; ut tibi fuſius narraedux ad vos *Eraſmus Bartholinus.* Qvanqvam ea ſpe teneam ad te delata eſſe, qvæ volebam. Certè, ſi accepiſſes teras & capſulam, vidiſſes, qvæ haud parum *Hiſtoriæ* tuæ *dum* illuſtrandæ contuliſſent. Et ne falſa me narrare exies, cùm res ipſas mittere non ſinat Muſei mei inopia, litem ad te ſcriptarum en copiam, ex qva qvid factum colli- Pro libello mihi miſſo maximas ago gratias, eleganti & utili, cùm rari ſint, qvi hoc in genere qvicqvam præs valeant. Si nondum mea anno præterito ablegata acce, & qvidpiam in iis animadverteris qvo indigeas, ejus, ubi ueris, aut mittam iconem, aut ſi copia ſit, rem ipſam. Ti America ſi qvid novi, rogo participem ut facias. Avicus *ominei* ſpes mihi olim facta, ut & *Abovai* illius *Theveti* Vale &, ut ſoles, fave. Haſniæ Calend. Jul. 1647.

## DCCXCIII.

# J. DE LAET

## *D. Olao Wormio.*

*iam.*

Aud dubiè, Vir Ampliſſime, jamdudum miraris, haud

immeritò, qvod literis tuis amiciſſimis, qvas II. Kal.
ad me dediſti, non reſponderim; ſed illæ demum he
ſunt redditæ unà cum pixide; ut nulla culpa in me
Qvod, qvanqvam jam occupatior gravibus negotiis, ta
gnificandum duxi, ne fruſtra ſeqviorem opinionem de
ciperes. Primum gratias ago pro iis qvæ mittis, & i
pro iconibus, qvæ mihi ad ſecundam editionem *Comme*
*Gemmis & Lapidibus* opportunæ erunt; nam etiam ali
lia ab amicis ſubmiſſa. Indicem eorum, qvæ collegi,
re non potui, lubens tamen illius exemplar mittam.
procedit *Hiſtoria rerum naturalium Braſiliæ*, vix tame
promittere, ante hyemem abſolvendam eſſe: Excuſi ja
tres libri de *Plantis*, unus de *Piſcibus*, unus item de
qvi agit de *Qvadrupedibus* jam eſt inchoatus; qvem
de *Inſectis*; & ultimo loco de *Hominibus*. Credo icon
qvingentas futuras, omnes ligno ſatis eleganter inciſ
nobis longiorem moram ob artificum illorum paucitate
unt, ſed jam pæne qvadringentæ ſunt factæ. Non dub
illud opus cum voluptate ſis lecturus. Judicium tuum
trefactis vehementer probo; de qvo alias plura. Mit
me Amicus ex intima Burgundia plura illius generis,
itinere perierunt. Accepi autem Burdigala qvædam,
alià gloſſopetras aliqvot in vicinia natas, & aſſcripſit
dam doctus hoc elogium: *Horum lapidum hæc eſt pro*
*qvis incommodum aliqvod patiatur in ore, ab aliqvo cib*
*aut aſperitate vel acrimonia humorum influentium, inde*
*horum lapidum aqva fontana, excitabit ille ſtatim bullas*
*ubi autem iſta reſederint, aqva illa gargarizanda e*
*bis terve colluendum, atqve ita inflammatio ſedabitur*
*la ſiccabuntur, & incommodum tolletur viginti qvatuor*
*ſpatio:* Reperiuntur autem ibidem interdum ità gr
tres digitos transverſos, imò aliqvando qvinqve æque
tudine, & ad radicem, qvæ nigra eſt, qvatuor ſint l
D. *Bartholinium* veſtrum Commentarium *de Gloſſopetris*
qvare valde deſidero intelligere, an hanc facultaten
obſervaverit; ego experimentum capere nondum pot
ſtituimur hic fontana; experiri tamen propoſitum i
Miſit idem lapillos elegantes ibidem è petra erutos, qv
ſunt ſpecies; una nigri coloris, inſtar gagatæ aut n

ra inſtar ſeminis lini figurâ oculum repræſentantes; ſunt autem
di & ſubtus cavi. Virtus illorum conſiſtit in facultare ex-
ſiva eorum, qvæ oculos lædunt, qvod experientia docet, ſi
licentur; Etenim, ſimul ac unus horum lapillorum oculis
nittatur, perambulat ſine ullo dolore, & ubi occurrerit ei,
d oculos offendit, arripit illud & concavitati ſuæ veluti ca-
um includit, & ſecum foras educit & oculum liberat Effi-
ſſimi autem ſunt minimi, & qvi colorem obtinent lini ſe-
is. Utriqve verò ità naturaliter politi ſunt, ut marmora
etiam pretioſi lapilli arte gemmariorum artificum perpoliti.
ra jam addere vetat temporis penuria: Dabo aliàs proli-
es ubi indicem meum deſcribere per otium licuerit. Inter
, Vir Celeberrime, te plurimum ſalvere jubeo, & benè
re opto: Saluta, qvæſo, D. *Bartholinum & Fuirenium*.
t. Lugd. Batav. X Julii noſtratis, anno CIↃ IↃC XLVII.

## *DCCXCIV.*

# OLAUS WORMIUS

## *Joanni de Laet.*

*am.*

VEhementer lætor ea, qvæ ante annum ferme Tibi deſti-
naveram, jam tandem curata. Qvam male me habuerit
la illa internunciorum tractatio, procul dubio tibi dudum
oſuit *Er. Bartholinus*, qui, ut ſpero, jam apud vos eſt, me-
re tradidit. Si qvid ex transmiſſis fuerit, quod ſecundæ e
oni inſervire poſſit, eſt qvod mihi gratuler ſymbolam ali-
m contuliſſe. Verùm eſt qvod iteratò gratias agam tam pro
anti libello, qvam qvod mei honorificam adeo in eo men-
iem facias. Valde me affecit *Braſiliana Hiſtoria*, inprimis
ejus ideam utcunqve ex literis tuis perceperim; & gau-
eo usqve deductam: ubi prodierit, mihi qvocunqve tans
ære comparabo, de qvo etiam præſens cum meo egi *Er.
tholino*, qvi curandi negotium in ſe ſuſcepit. De petrefa-
qvæ in chartam ruditer conjeci, non diſplicuiſſe mihi gra-
r. De Gloſſopetris cum *D. Thoma Bartholino* egi, cui val-
placuit transmiſſa obſervatio, qvam, non ſine nominis tui

 cele-

celebratione, inſeret ſuo de iis tractatui. Mihi inter alia eſt ex Melitenſi inſula allata, longitudine 5. digitorum verſorum, qvæqve baſin habet qvatuor. diſſimilis cætera cujus feciſti mentionem. Lapillos ê petra erutos tibiqve digala transmiſſos ſuſpicor eſſe lapides bufonios & chelido Qvi gagatis formam præfert, bufonium eſſe arbitror ſeu paudinam, ut qvidam vocant, Garatronium *Anſelmi, lib.* 149. Pietra di Roſpo *Imperati*, *Hiſt. Nat. lib.* 24. *cap.* 2 eos lapides in ſaxis fungorum inſtar naſci icone pulchrè dit. Te ipſum qvoqve *pag* 98. de iis egiſſe video. Alt genus, qvod colore ſemen lini refert, Chelidonium eſſe de qvo *Boeth. cap.* 170 ſi ſecus videatur, mone; nam tam exactè ex delineationibus, qvam oculari demonſtra res naturales dijudicantur. Sunt mihi horum chelidoni qvidam ex Inſula Melita allati, ubi fingunt oculos ſerpe eſſe in lapides converſos; ſed male: eſt enim mihi maſſa qva tres aut qvatuor cohærent pulchro ſpectaculo; qvæ q ex Melita apportata cum aliis egregiis à *D. Thoma Barth* Non mirum qvod oculis inditi illapſa eximant, cum eju ræ alii, qvamvis non adeò politi & ſcabriores ſint, idem re ſolent. Id enim crebro expertus ſum in oculis *canc* dictis, cum tamen non ſint oculi, ſed lapilli juxta ventric poſiti, apud nos freqventes: Sæpe enim exemi è gamm præſertim circa feſtum Johannis, qvando exuvias & cruſt ponere ſolent; alio tempore vix apparent. Hinc putant, e rum lapillorum ſubſtantia novam iſtam cruſtam generari; veriſimile, cum, generata jam ubi induruerit, vix in iis am reperiatur. Sed eorum hiſtoria ſat tibi nota. Officioſè lutant *Bartholinus* & *Fuirenius* noſter. Vale. Catalogum ſěi tui exſpecto, cum raris ſi qvæ ex America. m. Jul. 1

## *DCCXCV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Joanni de Laet.*

*Lugdunum Batavorum.*

ELegantiſſimum *Hiſtoriæ Naturalis Braſilienſis* opus, lib

manu mihi dono datum, nuper tranſmiſit doctiſſimus juve-
*Eraſmus Bartholinus.* Aureus certe liber & omnibus, qvi
rerum naturalium exoticarum tanguntur, jucundiſſimus &
ſſimus, pro qvo gratias ut ago maximas, ita optarem ali-
in mea eſſe poteſtate, qvo digne referre poſſem. Ope.
, qvam in *Marcgravianis* recenſendis, in ordinem redigen-
& ſupplendis impendiſti, optime locatam grata mente
ɔſcent omnes literati. Utinam *Ximenem* tuum nobis dares
m modo exaſciatum, qvin ſummo Reipublicæ Literariæ id
t bono, non dubitabis. Liber rarus eſt, à me nunqvam
, ſed ex iis, qvæ à Te citantur, colligo, Virum fuiſſe cu-
ſſimum, diligentiſſimum, & in Hiſtoria Naturali optime
atum. Nec refert, qvod icones omnes non ſint in prom-
Qvod habes iſtarum rerum, avidis exhibe, progreſſu
poris altera ſeqvi poterit editio auctior & accuratior; nam
qvæ habes, communicaveris, invenies publici boni ſtudi-
, qvi, qvid habeant ad eum locupletandum, ſponte ſint
aturi. Age igitur, rumpe moras, & publico bono prodeſ-
ɔaud deſine! Nominis immortalitas & omnium bonorum fa-
Te certò ſeqvetur. Siqvid nuper ex America allatum no-
ejus, qvæſo, me facias participem; Memini, Te olim
i ſpem feciſſe *Ourifia* & *Ahovay Theveti*, ſi copia ſit, ne
ligas. Adferuntur ad nos ex India, ut ajunt, (neſcio
) nidi qvidam avium, qvi ſubſtantia Ichthyocollam re-
e videntur, eosqve in juſculis diſſolvunt, ac exhibent iis,
in caſtris venereis ſtrenue militare cupiunt. Rogo, me
eas, qvarum avium ſint nidi, ubi inveniantur, & ſiqvæ
habes huc ſpectantia, ſiqvidem neminem legi, qvi de iis
piam literis mandaverit. Vale, & importunitati ignoſce.
niæ, 21. April. 1648

## *DCCXCVI.*
## J. DE LAET
## *D. Olao Wormio.*

*niam.*

*Iſtoriam Naturalem Braſiliæ* tandem tibi traditam gaudeo,
& mihi gratulor operam meam tibi probari. De *Ximene*

qvandiu fruſtra laboravi. Ex illo enim *Ximenes* ille ple
ſua hauſit; qvod ſi ad manus meas venerit, denuo ſeriò
lo cogitabo. Propter bellum in Braſilia â fœdifragis Por
lis illatum noſtris, nihil eqvidem nuper ex illis regionibı
cepi, non enim aliàs prætermiſiſſem te participem f
Quid per *ourisiam* intelligas, cujus me tibi olim ſpem
ſe memoras, haud eqvidem memini; *Avobay Theveti* q
novi; ſed adhuc in eo ſum, ut illud tibi & mihi conqv
neqve morabor, ubi acceperim, mittere. Nidi avium, d
bus ſcribis, ad nos afferuntur ex India orientali, ichthy
lam referunt: dedi operam, ut cognoſcerem qvales illi
& e duobus, qvi ibidem ſumma cum poteſtate præfuerun
dici, ad oram Indiæ, qvæ Coromandel vulgo dicitur, &
cipuè Patanen, eſſe aviculas qvasdam, (qvarum tamen n
uti & nidorum non meminerunt,) qvæ è glutinoſa qv
ſubſtantia, ut res ipſa docet, (nam nidorum illorum fragı
qvædam ab illis accepi, qvorum & te participem facere
ſum, ſi deſideras,) conficiunt nidulos hemiſphæricos,
petris arduis & abruptis affigunt inſtar hirundinum, qv
digenæ avellunt, & opulento commercio ad Sinenſes &
mittunt. De facultatibus variant: alii enim aliqvid v
um illis tribuunt, alii non; diluuntur & coqvuntur in jul
& materies cum ſit glutinoſa, furcillis decerpitur, & cu
luptate qvadam, ut ajunt, devoratur. Nomen autem a

ſſe. Propoſitum mihi aliqvid commentari de *petreis plan* *aliis qvæ plantarum in modum in mari naſcuntur*. Bene ıe mereberis, ſi ſuggeſſeris, qvæ tibi de illis obſervata. ›o enim, littora & ſcopulos Norwagiæ haud infœcunda il-n eſſe. Paravi jamdudum Indiculum naturalium rerum, penes me ſunt, qvem jam mitto, ſed nondum ſatis per-ım, qvia gravioribus occupationibus impedito, non licuit ia ea penitius excutere. Interea illo uti poteris. Volupe m erit freqventius literas à Te accipere, & ſi qva in re o-m meam deſideras, pro arbitrio tuo impera, habebis enim obſeqventiſſimum clientem. Salvere deniqve te & cæte-micos jubeo & inprimis *Bartholinum*: omnesqve vos be-alere opto. Lugd. Batav. VII Julii CIↃ IↃCXLVIII.

## *DCCXCVII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Johanni de Laet.*

Ro transmiſſo indice rariorum tuorum maximas habeo gra-tias. Complura invenio, mihi plane ignota; cujus ge-is *Lac Mariæ*, niſi ſit illud, qvod *Lac Lunæ* à *Geſnero* vo-ır. *Hæmatitidis* non niſi unam vidi ſpeciem. Qvid *Ardo-Hibernica*? *Sarageſſo* &c. *Ouriſia*, qvam deſiderabam, eſt à ſub nomine *Hvitzitzil* ſeu *Tominei* aviculæ deſcripta. Si e Tibi ſit ratio avium exuvias à tineis & blattis conſervan-rogo, ne me celes. Perierunt hoc pacto mihi aves ele-ıtiſſimæ, & jam ruinam minatur *Gvara Braſiliana*, *Avis* n *Paradiſiaca pedata*, ut me hæc res anxium & ſollicitum de teneat. Nil proſunt Lupuli flores, nil abſinthium, nil nus ſulphuris, nil omnia alia tentata. Tu ſiqvid habes, ro-, celerrime communices, & magno me beabis beneficio. ʒnum, qvod *Nephriticum* voeas *Braſilianum*, notas nullas ɔet veri Nephritici, nec enim aqvæ inditum illam tingit, nec lorem veri habet, qvod albicat, & leve; hoc nigricat, & nderoſum eſt. Cur igitur titulo *Nephritici* dones, non vi› ɒ, niſi experimento didiceris, calculum pellere. De eo me doce,

doce. Curam *Ximenis*, rogo, ne deponas. Tot annis nobis ſpem operis *Hernandini* fecerunt Itali, ſed ab iis, qvi inde ad nos veniunt, intelligo, excuſam ſaltem eſſe operis partem, eamqve in clauſtris cujusdam Cardinalis (ni fallor, *Ceſii*) ita latitare, ut nulli inſpiciendi, vel plagulam ex eo nanciſcendi detur facultas. Neſcio, an invidia, an curioſorum animos ſuſpendendi amore, ita nos ludant. Si Tu de editione maturanda certus ſis, dic, qvæſo, qvibus id colligas indiciis; mihi omnem ſpem adimunt ſtudioſi inde ad nos venientes. Pro Hiſtoria Nidorum Indicorum eſt, qvod maximas agam gratias, Nidos qvidem ipſos habeo elegantes ſatis, tuæqve deſcriptioni reſpondentes, ſed qvi me de iis erudiret, neminem præter Te hactenus invenire potui; non igitur ægre feras, ſi eam Epiſtolæ tuæ partem *Hiſtoriæ Muſei* mei inſeruero. De petreis plantis nil mihi eſt peculiare; qvas teneam, ex Catalogo meo videre poteris; qvarundam mihi copia eſt, ut, ſi deſideres, earum Te participem reddere valeam. Mirum, qvomodo ex duro & ſolido lapide, radicibus intra eum non defixis, ſed trunci ſubſtantia ampliata, & fibris poris minimis inſertis, creſcere qvædam poſſint, atqve ita tenaciter ſaxis adhærere, ut non niſi vi (etiam exſiccatæ) avelli qveant. Magis mirum, qva ratione ex ſolido & exſucco lapide tantum trahere qveant alimenti, ut ad iſtam, qva conſpiciuntur, magnitudinem aſſurgere poſſint. Nec dicere poſſumus, per partium appoſitionem augmentari. Ex maris ſalſedine, ſpumoſitate & viſcoſitate ſuccum elaborari neceſſe eſt, qvi ſe inſinuet baſi plantæ, atqve ita paulatim per totum corpus diſtribuatur, ut in alimentum & augmentum ſufficiat. Sed plana qvod ut plurimum conſpiciantur forma, ramulis non qvaqvaverſum (ut in terreſtribus), aſt ad duo ſaltem latera diſperſis, neſcio, an agitationi, qvæ à fluxu & refluxu contingit, adſcribere debeam. Verùm hæc longioris diſcurſus & altioris ſunt contemplationis. Sunt mihi aliqvot exempla arboris marinæ coralloidis à *Cluſio* in *Exoticis* deſcriptæ, ſed inter ea unum eſt, qvod aëre udo & pluvio ſponte reſolvitur, adeo ut rami decidant, & ad contactum in magma qvoddam convertantur, qvod arguit, ex ſalina compactum materia; qvæ liqvore & aëre humido diſſolvatur. Exſiccavi aliqvoties, ſed redit ad priſtinam naturam. Sapore etiam eſt prorſus ſalino. Reliqvæ verò ejus generis plantæ nil

tale

atiuntur. Dicere neqveo, qvàm exacte nodi, qvi in ea ſunt, ſimiarum referant diligenter intuenti. Hæc ſcribenti mihi incidervnt: ſi ſpecialius de tuo propoſito, & de qvibus peplantis agere inſtituas, certior factus fuero, forſan erit, ad rem faciat. Crebrius ad Te qvod non ſcribam, fa- cum qvod ad priores ſemper reſponſum exſpectem, tum videam negligenter & tarde curari, qvæ per ſtudioſos mitr, cum, ſiqvid literis addatur, per ordinarios tabelliones ommode fieri poſſit. Mercatores noſtri commodius rem irent, niſi tam raro ad Vos irent, & Amſterodamum ubi niunt, commiſſa ibi deponant, nec eſt, qvi Leidam ad transferat. Hæc fuſius, qvàm putaram. Ignoſce, ſi mo ſum. Vale, 6 Sept. 1648.

## *DCCXCVIII.*

# J. DE LAET

## *D. Olao Wormio.*

*ium.*

ecepi hodie literas tuas; qvas VII. Id. Septemb. ad mè deliſti; & qvia is qvi mihi illas tradidit, indicabat ſtudioſum dam juvenem ad vos proficiſci, nolui hanc reſcribendi ocnem amittere; præſertim qvia tandem nactus fui fructum ay, qvem deſiderabas; qvem huic epiſtolæ includam. Video Catalogo meo complura reperiſſe, tibi planè ignota: Fieeſt, ut nominum diverſitas aliqvam obſcuritatem afferat; mihi nondum tantum otii fuit, ut ea ad deſcriptiones ab ribus fide dignis traditas examinarem. *Ardoſia Hibernica* ot fruſta cum aliqva deſcriptione facultatum accepi; ea a, qva vulgo utimur in tectis ædium, neqve ſubſtantia colore multum diſtat, niſi qvod pingvior videatur & cras-

*Saragaſſe* herba eſt mari innatans in diverſis Americæ aut etiam Indiæ orientalis partibus, qvam ad arenas & calcuenum & veſicæ movendos ſummopere commendant. De m exuviis conſervandis qvod qværis, nullam eqvidem ra-

tionem

## DCCCI.

## Ex literis
# GISLAI MAGNI
## ad
## *Olaum Wormium*,

* * *

EGo nunc Glückſtadium, ante menſem ex patria profi
ctenſo pede perveni, Franeqveram Friſiæ & Lugdunu
tavorum tuo ex conſilio aditurus; unde, poſt annum unu
alterum, Muſas Britannicas, per annum qvoqve freqve
das, ac Gallicas deinceps, rei Medico-Philoſophicæ ſtud
operam navaturus, cum bono DEO cogito. Atqve id
ſolius mei inſtinctu, nec faſtu aliqvo aut inſolentia aggr
verum certiſſimis rationibus â Viro doctiſſimo Rev. *Dn.* T
*eo Sculonio*, fautore meo inter ſummos eximio, inductus,
ſcilicet pleriqve noſtratium Theologicæ operam eruditio
primis atqve unicè dare ſoleant, Eccleſiaſticas primâ q
occaſione functiones ambientes; unde fit, ut Inſulæ noſt
litia rerum atqve artium ad vitam œconomicam feliciter
dam neceſſariarum inſcitia majore laboret qvàm Eccleſia
ſemper & ubiqve bonis, iisqve multâ eruditione ac fid
ſtantibus viris probè munita, necdum iisdem orba, ſati
tos ejus facultatis ſucceſſores nutrire indies videtur. *** G
ſtadii Cimbrorum poſtridie Nonas Octobres anni 1642.

## DCCCII.

## Ex litteris
# GISLAI MAGNI

um, cum primum potui per rerum mearum rationem, me tuli, moram hic facturus futurum in autumnum; donec ckſtadium ad nonas Septembres, literas à meis excepturus, ciſcar; interim hic loci rei Philoſophicæ operam, pro inii ſorte, bono cum DEO navabo. Hoſpitio fruor honeſto commodo, de qvo mihi proſpexit præſtantiſſimus Vir *Enus Brochmannus*, qvem ad vos bonis avibus propediem reirum arbitror: Juvit humaniſſimus ille me, qvibuscunqve igebam, opera, re, conſilio. * * * Lugd. Bat. ipſis Cal. A. . ſtil. nov. an. 1643.

## *DCCCIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Gislao Magno Islando.*

*dam.*

IAſce ad me nuper tranſmiſit *Arngrimus* noſter, ad te ut di rigerem; cumqve incertus eſſem, Lugduni Batavorum an uc hæreres, *Bremero* curandas tradidi. Qvòd nihil hoc an aut à te aut Parente tuo acceperim literarum, facile conji cauſam esſe, qvod proximis tuis reſpondere neglexerim. n igitur officio ſatisfacturus, tibi gratias ago, utqve priſtim in nos animum haud deponas, rogo. Unum eſt, qvod n velim: Si Lugduni Batavorum adhuc ſis, convenias, qvæ, meo nomine, Clariſſimum Virum Dn *Johannem de Laet*, *ſtoriæ Americanæ* auctorem, ac, præmiſſa officioſa ſalutati e, qvære, num literas, qvas menſe Julio per Studioſum endam Argentinenſem ad ipſum ſcripſi, acceperit. De ipſi fide dubitare me facit diuturnum ſilentium. Si intellexerit, Iſlandum eſſe, adventus tuus ipſi futurus eſt gratiſſimus, oniam ſcio esſe, de qvibus tecum conferat tam de lingva vera qvàm de Grönlandia. Vir eſt ut eruditiſſimus ita humaniſnus, mihiqve amiciſſimus. De *Philoſophia Carteſiana* ſi, qvid bis exſpectandum ſit, reſciveris, mone. Audio, te Anglin cogitare; ſed cave, ne præſentiſſimo te exponas periculo, qvidem Anglis nobiscum jam haud bene conſtat. Qvæ a-

pud Vos nova edantur aut cudantur, data occaſione, ſi monu eris, gratam rem præſtabis. Vale. Haſn. 28. Octobris 1643.

## DCCCIV.

### Ex Litteris
### GISLAI MAGNI
### ad
### *Olaum Wormium.*

* * *

LUgduni Batavorum cùm hyemaſſem, menſe Majo proximo in Angliam me contuli, unde poſt menſes duos Roterodamum reverſus, præſtantioribus interim, qvibuscum mihi familiaritas Lugduni fuit, ſalutatis, per has ferias Academicas ſubſiſtere apud amicos Roterodamenſes decrevi. Feriis verò exactis, niſi parentes aliàs per literas rebus meis proſpexerint, ſub autumnum redire Lugdunum eſt animus. Non tamen certo mihi conſtat, an per hoſtem in Dania Societati Iſlandicæ, anno vertente, negotiari in patria tutum fuerit. qvæ res ſi minùs proſperè confecta, qvas à meis literas ſperem, neſcio. atqve ideò minùs, qvòd qvi eò proximo verè profecti fuere Britanni, ab Hibernis nomine ſui Regis, in patria mea occidentali, capti ſint omnes, & in Hiberniam deducti publica in vincula ſint conjecti: in his, qvi hanc ſortem ſunt experti, populares mei nonnulli, partium Angliæ, qvæ Senatui Regni ſeu Parlamentis ſtudent. jam pridem facti aſſeclæ. Per moram hanc Lugdunenſem, operam qvandam philoſophiæ ac lingvarum ſtudio navavi, directore Clariſſ. *Jacobo Golio*, Matheſeos ac Lingvarum orientalium Profesſore; ſub qvo mihi Mathematicum per hyemem fuit collegium. Tanta me humanitate complectitur eximius ille Vir, ut mihi nihil non indulgere videatur. Humanitatis verò tuæ conſilium de rebus meis & ſtudiis, & ſubmiſſè peto, & fidenter exſpecto, certò confidens, plurimo, ut ſolet, mihi non minùs uſui qvàm honori futurum. Interim anno futuro, modò per hoſtem liceat, in Daniam, indeqve in patriam, ſi tibi ità videatur, cogitavero. *** Roterodami 3. Idib. Aug. anni MDCXLIV.

*DCCCV.*

## DCCCV.

# OLAUS WORMIUS

## *Gislao Magni Islando.*

*lam.*

QUæ Roterodami 3. Id. Aug. datæ, 7. Octobr. probè ad me ſunt delatæ, qvæ vel eo nomine gratæ mihi fuere, od & de publicis & privatis rebus certiorem me reddiderunt. o optimo præceptore *D. Golio* Philologiæ & Matheſi qvòd te das, rebus tuis haud malè conſulis. Qvia verò decretum hac hyeme Lugduni perſiſtere, perge qvo cœpiſti pede, inſtituti pœnitebit. Qvod ſi reditum ad nos circa futurum mediteris; ſpero te hinc ſalvum navibus noſtris in patriam ire poſſe; Niſi aliter parenti tuo viſum, qvod ex ejus li-s procul dubio jam intelliges. Qvæ hoc anno Iſlandiam hinc ierunt naves, ſine omni impedimento magna ex parte incolumes redierunt. Et jam in pacis negotio toti ſunt apud nos gati Gallici & Belgici, qvod omnes ſperamus finem habitum exoptatum. Qvod ſi occaſio & res tuæ ità ferant, Vi-n Ampliſſ. Dn. *Joannem de Laet*, *Americanæ Hiſtoriæ* auctoa, amicum meum honorandum, officioſè ſaluta. Forſan t, qvod tecum de Lingva agat veſtra, cum occupatum eum im in eo ſtudiorum genere, qvod Lingvæ Iſlandicæ cognitiem ex parte reqvirat. Ab eo indies qvædam exſpecto, qvæ o deſtinavit Muſeo. Si redeundi ad nos ſtet ſententia, anabitum ipſum viſita, ut ſi qvid ad me velit delatum, per Te . Vale. 9. Octobr. 1644.

## DCCCVI.

# GISLAUS MAGNI

## *D. Olao Wormio.*

INſignem jam addidit Excellentia tua cumulum in congreſſu proximo veteribus ſuis erga me beneficiis, qvorum in vita

dememiniſſe ipſa vetat, ſi qvæ ſit inter homines, hu
& gratia: etſi multum abeſt, ut meritis aut gratiis aut
præſtandis ſim, ut cujus facultatem tua benevolentia e
omnem. Attamen pro tua ſalute & proſperitate, inde
mea, itá omnium bonorum vota in hac patria mea in
cœlo & ſolo frigida, animis tamen & precibus calente
rum fortaſſis valida, ætatem vigebunt.

Multis jam immorari prohibet præſens temporis a
qvæ me, á longiori in borealem Iſlandiam itinere, r
domum ac â pluribus ſcribendis retrahit. In portum c
Ackeröreníem ſalvi appulimus die 6. menſis Julii, con
mihi Parentes & cognotos, laresqve patrios ſartos ſalv
re. Vidi & patriam majori in flore & rerum ſucceſſibu
qvillioribus, qvam antehac meminerunt octogenarii:
& Eccleſiolis itidem ſi unqvam benè, nunc temporis n
lè eſt. Valent qvàm optimè Proceres noſtri & rerum
res. Animo qvidem certò mihi propoſitum habui, majorem
diæ partem hac æſtate percurrere; ſed me detinuerunt
conveni, fautores & amici. Interim certior factus ſum
dignis, plurima hic naſci, atqve gigni, qvæ, ſi terrá n
juſtâ adhibitâ diligentia prudentiaqve qværantur, majo
lumento futura ſint & Regiæ Majeſtati, & Patriæ atqv
tati Iſlandico Danicæ. Indicia accepi locorum, ubi exſ
runt Argentum, Cuprum & Mercurium vivum. qvæ
loca non acceſſi, nec experimentum cepi: id qvod nego
anno obeundum reſtat. Loca ferri feraciſſima permult
ſunt deſignata. Salis excoqvendi ê marinis aqvis comn
tem & occaſionem, ſatis commodam habemus, ut & aq
tis ſalſas; qvod extra dubium eſt poſitum, qvamvis i
ſenti oculatam fidem ejus facere non potuerim, propte
qvæ obſtabant, negotia. Probatum eſt ſolum noſtrum
mum ad colendum eſſe aptiſſima; qvare jam id negot
dem nobis, cum cæteris, qvæ ad hominum & patriæ
ram, atqve ad honeſtè & placide vivendum, pertinent,
ciendum erit. Mitto nunc Exc. Tuæ frumentum Iſland
ſtipulasqve cum radicibus & culminibus, qvò videre p
pſius magnitudinem; ſed ſemina tota, in itinere, qvo
ad me ſunt, deciderunt. Eſt nobis in animo ea hîc ſere
riculum facturi, num debitam maturitatem nanciſcantur

ot annorum ſpatium, ut eſt ob nativæ conſvetudinis qva-
:m opinio. Huic frumento adjuncta eſt ſubſtantia qvædam
ralis, ex ſulphuris fodinis petita, qvam noſtrates *Salni-*
vocant; ſed ego vitriolum puto, eo qvod ab hujus rei
is in exteris inaudivi, nunqvam naſci nitrum cum ſulphu-
ed vitriolum qvàm freqventiſſimè & familiariter. Subſtan-
æc adeò usqve eſt permeans & penetrans, ut qvæ cru-
corium trium horarum ſpatio magna ex parte penetravit,
netrando depurata eſt qvaſi per cribrum, & poſtea in äeris
ctu coagulabatur & concrevit. Hanc materiam crudam
qvam ob anguſtiam temporis præparare non potui. Sul-
is noſtri præparati â nobis & depurati experimentum mit-
eſpondet hoc per omnia Italico ſulphuri in Hollandia
arato, qvale in Pharmacopoliis paſſim in oblongam for-
fuſum divenditur. Hujus fruſta mitto tria, rotundæ
e & minutioris qvantitatis; qvartum adfert ſecum merca-
Petrus Johannes, hoſpes meus antehac, & hoc fruſtum
æ majoris ac itidem rotundæ apud ipſum ſumas qvæſo,
to ipſi uno ex minoribus illis. Ipſe qvoqve hujus rei ne-
m, apud ſuæ ſortis homines & Societatem Islandicam, ur-
. Reperitur hoc ſulphur qvatuor in locis in hoc inſula,
ſi effodi & fundi debeat, magnis id indigebit ſumtibus,
e, induſtria & periculo. Horum locorum unus ad Patrem
n pertinet, reliqvi tres ſunt in fundis Eccleſiaſticis. Qvas
omiſſè velim rogatam Tuam Humanitatem, velit noſtrô
ne, parentis & meo, apud Regiæ Maj. Dnum Cancella-
experiri, de privilegio & conceſſione, qvà ſolis nobis, Pa-
meo & qvibus ille id ſecum permiſerit, liceat hoc ſulphur
re, & præparandum ac Reg. Majeſtatis Miniſtris, (qvos
do ab hoc anno futuro, qvi hoc ſulphur coëmant, huc
rogamus,) divendendum curare. Velit etiam Sereniſſima
Maj. certum pretium huic ſulphuri, tam non fuſo, qvàm
qvanti æſtimabitur & valebit, ſtatuere. Nos verò ve-
is loco Regiæ Maj. vigeſimam partem ex iſto ſulphure,
Ejus eſt, aut qvod ex fundis Regis vel Coronæ, ut vos
qvotannis effoditur & præparatur, trigeſimam verò ex
qvod eſt in fundis Eccleſiaſticis, promptè ſolvemus. Cen-
utem pondo veneunt in Hollandia, ſulphuris incocti ſeu
uſi, imperialibus qvatuor. Sed nos hujus pretii dimidio

contenti eſſemus, ità ut 100 pondo apud nos veneant imperialibus duobus, ſulphuris non fuſi, ſed tamen loti & ſicci. Verum fuſum & præparatum qvanti veniret, rogavi Mercatores & amicos noſtros, ut inqvirerent ejus uſitatum pretium in Hollandia; nam etiam acqvieſceremus dimidio ejus pretii. Sed certum eſt, hoc carius vendi, qvàm non fuſum. Sic & vitriolo certum ut ſtatuatur pretium, rogamus: opinor illud eodem divendi, qvô ſulphur. Mos fuit antehac, ut toti plebi eſſet copia qværendi & vendendi ſulphuris hujus; id qvod nunc amplius fieri non poteſt; nam longè melius conſulitur rebus vulgi, ſi á tali opere cohibeatur: nempe qvòd vulgus omnia alia ſua opera intermittat, certitudine hujus capturæ. Si præterea impetrari poſſet generalis illa commiſſio, qvam antea, incertus de parentum voluntate, qvæſivi, nunc autem voluntate atqve conſenſu Parentum & Optimatum aliorum Patriæ inſtructus atqve animatus, iterum ſeriò etiam atqve etiam rogo, ſi ulla ſit reliqva ejus impetrandæ ſpes, foret res longè gratiſſima. Atqve ſi dari poſſet mandatum vel commiſſio mihi generalis, publicæ curæ de ſingulis, qvæ poſthac nova in uſum Patriæ huc inferantur, inveniantur aut inſtituantur, maximo id mihi mihi honori & gratiæ ducerem; atqve eo me ſibi devinctum magis ad omne ſtudiorum genus haberet Humanitas Tua; idqve æternum nos & tota Patria Tuæ Hum. deberemus. ***

Raptim Munkatuera Eraſiordenſium in Iſlandia boreali d. 13. Sept. ann. 1646.

## *DCCCVII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Dn. Giſlao Magni.*

*Munckatueram Iſlandiæ.*

GRatum mihi fuit, ex litteris tuis intellexiſſe, ſalvum & incolumem te in Patriam appuliſſe, amicos & cognatos totumqve Patriæ ſtatum in meliori conditione offendiſſe; gratius verò, te varia, metallica attingentia, inveniſſe, qvibus &

Res;

ublica Iſlandica locupletari, & mercimonia incrementum
:e valeant. Qvod mittis frumenti nomine, frumentum
eſt, ſed caricis ſpecies in arenoſis apud nos freqvens; ſe-
vix farinam idoneam ſuppeditabit conficiendis panibus;
re interim licet; à noſtratibus tanqvam nullius valoris
itur. Qvicqvid à te inventum anno præterito, id indi-
haud graveris, & ſpecimina, qvæ habes, transmittere.
smiſſum corpus minerale ego, qvod majorem affinitatem
vitriolo qvàm cum nitro habere video, puto eſſe *Myſi* aut
veterum, ex qvo procul dubio levi arte vitriolum erues. Sul-
transmiſſum Mercatores noſtri valde elevant, & operibus mi-
ptum judicant, ſaltem, ut puto, qvò ità minori pretio
cant. Ego ſvaſi, in Belgium ut mitterent, Mercatorum
n expiſcaturi de eo ſententiam. Ex tribus, qvæ miſiſti,
s unum ſaltem accepi. Privilegia, qvæ petis, ægre ob-
; reſtiterunt enim, à qvibus maximum ſperaveram patro-
n. Sed Secretarius *Kragius*, me non urgente, negoti-
tpedivit. Mitto igitur Tibi & Parenti Diplomata Regia
ac literas Secretarii ad Parentem tuum, qvibus humillis
: reſpondeat, neceſſum eſt. Neſcio, an Præfecto veſtro
ı tuto credi poſſint; ſiqvid ſit peculiare, per me expedii
k operam offero. Sulphur non fuſum plane reſpuunt Merca-
noſtri, fuſum vilipendent, qvod plus lucri reliqvæ mer-
portent. Puto, Diplomata & Privilegia Regia ad tuam volun-
eſſe conſignata, qvamvis non ſine labore rem eò perdu-
. Exſpecto jam ſpecialem omnium, qvæ inveniſti, re-
n, ut Patronis noſtris ea, qvæ grata ſint, de Vobis re-
, ac favorem jam impetratum conſervem. Tu porro a-
perge. Hafn. 9. Maji. 1647.

## *DCCCVIII.*

## GISLAUS MAGNI

### *D. Ol. Wormio*

* * *

ı inſigni illo & nunqvam non venerando Excell. Tuæ fa-
re & moleſtiis, in procurandis meo nomine illis, qvæ

anno ſuperiore rogavi, Regiis diplomatibus, ſuſceptis
as ſummas & humillimas ago, tantas qvidem, qvantas
non qvantas debeo. &c. Mandato Regio de inqvirendis
tandem ſuo tempore Regiæ Maj. uſui & hujus inſulæ
mento inſervire valerent, ſubjectiſſimè, ſtatim atqve i
cepi in foro generali, unà cum Excell. Tuæ literis, eg
cœpi. Atqve iter ſumſi ex Comitiis qvinto die Julii, p
ferè Iſlandiam meridionalem, rerum naturalium indaga
ergo; qvod iter ſeptem hebdomadarum ſpatio confec
ſtea verò per ſemimenſem partem Iſlandiæ noſtræ ſepte
lem peragratus ſum, ob idem inqviſitionis negotium.
bus itineribus & in qvibus locis qvæcunqve inveni, q
eſt obſervantiâ, adjunctâ *Schedula* ſignificare tibi ſtatu
lationes, qvas Regia Maj. dare me jubet & Archivis ſu
nere, vel ad arcana Cancellarii transmittere, hoc prim
referre non potero, ſed anno demum futuro, ſi DEus
dini pepercerit, & ſingula qvæ transmittenda, per reſp
te cognovero, ac opera inſtituta fuerint. Interim h
gnationes per literas alphabeticas, in præſenti Relatio
co ſunto. Qvod ſi iſtæ verò Relationes magnopere de
tur á ſuperioribus, apud illos hac de cauſa me excuſa
netur Excell. Tua 1. qvod qvæ hoc anno inveni, m
parte ignota nobis ſint. 2. qvod hac æſtate, poſt illu
ſitionis mandatum â Reg. Maj. clementiſſimè mihi com
tum qvam fuit, in itineribus totus fui ob idem negoti
qvod opera nulla adhuc ſunt inſtituta, ſed jam prope
la qvæ circa res notas verſentur, inſtauranda, ut an
ro mercimonia illis locupletari poſſint, & ex parte nav
rari, ut ſulphure, ſale, vitriolo, nitro & aliis. Ex hi
jam dixi, experimenta nulla cum reliqvis, qvæ mittur
re potui inpræſentiarum, nimirum ideo, qvia jam
heri ex itinere domum reverſus ſum, navi jam poſtren
& ventis accinctâ. Interim illa anno præterito prob
facili arte præparari curavi & elicui. Mitto jam Exce
ſemitonnam rerum naturalium experimentis, qvæ ho
domi & foris nactus ſum, refertam, ſingulis ſpeciebus
involutis, & per literas alphabeticas locis, ubi inveni
conſignatis, qvam conſignationem Relationum loco hu
ni ſumas & excipias, rogo: anno futuro, volente DE

ra & majora tranſmiſſurus; effectorum etiam in his utilibus novis rebus, qvas adjuncta ſchedula indicat, Relationes dare cogito. Exſpecto tuam ad hæc ſingula, nunc miſſa, reſponſionem, cujus nominis, naturæ, uſus atqve valoris ſint, ex promiſſo tuo, nec non qvâ arte tractari debeant. Fortaſſis DEus noſtris feſſis & propemodùm collapſis rebus per tuum patrocinium & operam opitulari & ſubvenire velit. Talem enim vultum & faciem præ ſe ferre mihi jam videntur apud nos res omnes, ut cum bono DEO & ope indulgentis Magiſtratus graviſſimarum calamitatum finem brevi attingant. Cœptis noſtris plurimi, vel certè omnes in patria optimates, qvod ſciam, favent, inter hos præcipuus *Dn. Thorlacus Sculonius*, Septentrionalis Iſlandiæ Epiſcopus meritiſſimus, Vir pietate & ſincero benevolentiæ in bonos omnes & inprimis in patriam affectu conſpicuus. Hoc anno triginta plantarum peregrinarum, in Dania tamen vulgatarum, ſpecies ſevi, in hortulo, qvem in Munchatuera, domo & clauſtro Regio, exſtruxi, nec non plurimas plantas noſtrates, qvarum qvædam ſpecimina Tibi mitto: inter illas *caricem* illam, vel *gramen marinum* conſevi, & frutices noſtros betulæ & ſalicum ramos, qvò in arbores exſurgant, plantavi, periculum faciendi cauſa; qvæ omnia optimè proveniunt. Adeò ut ſatis jam probatum habeam, plurima, qvæ ad vitæ neceſſitatem ſaltem, ſi non ad delicias, pertinent, hìc naſci poſſe & germinare, ſi colantur. Hoc anno & plura & majora plantarum veſtrarum ſemina, mihi per Mercatorem adlata, plura hæc inter etiam noſtrarum herbarum adjuncta & collecta, totis in agris jam conſeri curamus. * * * Ex domo Regia Munkatuera in Ihandia ſeptentrionali d. 16. Sept. 1647.

## DCCCIX.

# OLAUS WORMIUS,

## *Petro Chariſio*,

*Aurelias.*

AMoris & benevolentiæ plenas tuas accepi circa finem anni præteriti. Non eſt, qvòd te eo nomine maceres, qvòd

in itinere perierint chartulæ meæ. Ferenda, qvæ mutari non poſſunt. *Salmaſii in Solinum* exoptaveram *Commentarios*, ſed idem metuendum periculum, ſi a vobis huc ablegatur. Qvæ per *Hammerum* ex Belgio miſiſti, probe accepi, elegantia, rara & mihi grata, pro qvibus gratias ut ago maximas, ita, ut referam aliqvando, allaborabo. De transmiſſa *Planta Fumanæ*. non habeo, qvod dicam; cum rei Botanicæ peritis de ea conferam, ſi qvid reſcivero, faxo ſcias. Monumentum illud Gothicum, de qvo tecum egi, reperitur prope civitatem *de Loches* provinciæ Turonenſis ad flumen *d' Indre*; Abbatia enim ibidem *Beaulieu* dicta; pyramidem tenet 10. aut 12. ulnarum altitudine, in qva literæ hæ extant Gothicæ; qvod fuſius expoſitum invenies in libro, *Les Antiqvites & Recherches de France* dicto, pag. 520. Hujus delineationem ſi procuraveris, rem feceris gratiſſimam. Prodiere jam *Monumenta* mea, qvorum, ſi commoditas daretur, lubentiſſime mitterem exemplum; ſed differre cogor, usqve dum ſe melior obtulerit occaſio. Annum hunc novum tibi precatus feliciſſimum, valere cum uxore & familia jubeo. Hafn. 7. Jan. 1643.

## *DCCCX.*

# OLAUS WORMIUS

## *Laurentio Bordingio.*

*Arhuſiam.*

STudium tuum & induſtriam in iis procurandis, qvæ bonum ſpectant publicum, Patriæ præſertim famam & honorem, non poſſum non laudare, mi Bordingi, qvam vel ultimis hisce teſtatam mihi reddidiſti. Perplacet *Vedelbyenſe* Monumentum, qvod integrum inſcriptione nitet; perſpicua ſatis appicta crux, ſi ejusdem cum literis ævi (de qvo tamen valde dubito) Chriſtianismum redolet. De voce ᛘᛅᚠᚼ alibi meam aperiam mentem; invenio enim ſocios ſic dictos. Difficulter admodum ex Arhuſienſi nos extricaverimus, cum fragmentum ſaltem ſit ſuperiori & inferiori parte mutilum. Interim ex vetuſtioribus fuiſſe ſcriptionis ſeries & ordo docere videtur, qvi ad *βȣϛροφηδὸν* veteribus dictum referri poſſe videtur, de

qvo

qvo conſule *Literaturæ noſtræ* Cap. 25. De origine, conſtitutione ac tempore fundati cœnobii Arhuſienſis ſi qvid cognoveris, communices, rogo. Erunt procul dubio in ejusdem Archivis Diplomata & alia, qvæ hæc docere valeant, modo luſtrandi detur facultas. Si valetudo Epiſcopi permitteret, tibi forſan ejus rei documenta ſuppeditare poſſet indubia. Vale, & porro conatibus tuis publico prodesſe ſtude. Hafn. 11. Jan. 1643.

## *DCCCXI.*

## OLAUS WORMIUS

### *Laurentio Bordingio.*

*Arhuſium.*

Mitto tibi Magnifici Cancellarii literas ad Regium Diſtrictus veſtri Præfectum, tibi de curru & neceſſariis ut proſpiciat in Monumentis priſcis eruendis, qvin facturus ſis, ut tuam non deſideremus induſtriam, nullus dubito. E re foret, ut præſens ei literas exhiberes, qvo de toto negotio & inſtituto tuo eum plenius erudire posſes. Spero, eum conatibus noſtris fauturum. Audio, monumentum elegans Regis *Hiarni* extare in Hiarnö; eo ſi tendere lubet, ad Conſulem Hotterſnenſem *Erneſtum* divertere poteris, qvi tibi omnem operam & auxilium hic pollicitus eſt. Audio *Erasmum Teſtrupium* civem veſtratem raras qvasdam piſcium & aliarum rerum obtinere ſpecies, qvæ meo inſervire poterunt Muſeo; qvia earum per internuntium mihi ſpem fecit, convenias qvæſo, & promiſſum urge. Si difficilior ſit, vide, qvænam & qvalia ſint, qvæ tenet, & proximis indica, an operæ pretium facturi ſimus in iis eruendis. Vale, &, ut tuam hic experiamur induſtriam, cura. m. Septembr. *1643.*

DCCCXII.

## *DCCCXII.*

# LAURENTIUS BORDINGIUS

## *D. Olao Wormio*

*Hafniam.*

VIr Celeberrime, Fautor & Patrone meritiſſime, Sesqviannus eſt, & qvod excurrit, ex qvo, relictis patriæ oris, ad exteros abii, Ephori & ὁδηγῦ munere apud Nobiliſſ. Magni Cancellarii filium functurus. Ex eo cur nullas ad te dederim, cauſæ fuerunt multæ & prægnantes. Nam ut taceam, me nondum inveniſſe, qvo curioſitati tuæ, in conſervandis avium plumis, qvas in Muſeo tuo inſtructiſſimo ſervas, ſatis facerem; alia ſuperfuit non minùs difficilis, propter qvam haſce differendas cenſuerim. Magni certè laboris eſt ea ſibi comparare qvæ muneri alicui rectè adminiſtrando inſerviant. Sed hic opus, hic labor, judicium de ſemet ferre, & ad hoc vel illud munus aptum vel ineptum ſe profiteri. Duo enim hic occurrunt, è diametro ſibi contraria, *Conſcientia* nimirum, è Jovis, ut dicitur, tabulis, teſtis haud fallax; & *proprius noſtri amor*, ſibimet ipſi non rarò palpum obtrudens. Illa nos monet, ut ad rem gerendam accedentes, caueamus, ne id modò conſideremus, qvàm illa res honeſta ſit, ſed etiam ut habeamus efficiendi facultatem: Hic animum de gradu ſuo dejicit, ut qvod æqvum rectumve aut ſincerum ſit, nec videat, nec intelligat. Tenet eum qvippe amabilis qvædam inſania, & favet ipſe ſibi atqve plaudit, blando errore ſeductus. Hinc naſcitur Φιλαυτία Palæmonis iſtius ac Suffeni longè inſolentior, qva nimium nobis tribuimus, aliis ſua detrahimus, adeoqve ad dignitatem non niſi per indigna ducimur. Hanc eqvidem ceu ſcopulos, naufragium ſano mentis judicio minitantes, ſedulò evitare adlaboravi, & ingenium meum probè noſcens, acrem me vitiorum ac virtutum mearum judicem præbui. Unde nec laudem cujusqvam, niſi approbante Conſcientiâ, admiſi, nec malignas invidentium opiniones qvicqvam moratus ſum, certus me ſatis fiduciæ in bona conſcientia habuiſſe. Hac via ad gloriam graſſari in animum induxi. Neqve aliud huic rei obtinendæ deeſſe videbatur, qvàm ut certum vitæ genus deligere-

retur. In qvo qvam anxius, qvam dubius fuerim, paucis
t dici poteſt. Aliud enim natura, aliud fortuna ſuadebat,
c aqva hærebat: ad Medicinam ingenio & natura, ad The-
ogiam fortuna me trahente. Sed vicit tandem fortuna, cu-
i partibus favebant parentum ac meliorum amicorum preces,
ibus refragari ſumma mihi ſemper religio fuit. Acceſſit di-
ia vocatio, qva præcipuè motus, ſacræ Theologiæ ſtudio me
um conſecravi, in qvo qvos fecerim progreſſus, aliis poti-
judicandum relinqvo, qvàm ut de me temere qvicqvam
prædicandum ſuſcipiam. At non omnes, qvi in hoc ſtadio
ſtudio verſantur, eandem ſortiuntur functionem. Qvidam
Academiis Doctores audiunt, nonnulli in Eccleſiis verbi Di-
ii præcones; alii alias, licèt inferiores, occupant cathedras,
ctorum Theologiæ titulo clari. Inter hos, ſi DEO & Ma-
tratui viſum fuerit, nomen meum profiteri non detrectarem,
n id munus & naturæ meæ & ætati qvoqve convenientiſſimum
prehendam. Non ignoro gloriam rectè factorum comitem
e, eandemqve à bonis viris non eſſe repudiandam; ego ni-
ominus eâ mente eaqve naturâ ſemper fui, qvi ſummos in
publ. honores nunqvam exoptaverim, mediocrem à DEO
tunam precatus, lautiorem aliis nunqvam invidens. Scio
nqve qvam mihi domi curta ſit ſupellex, & experientia dis
i humillima qvæqve eſſe tutiſſima, optimeqve cum vivere,
i bene latet. Qvid? qvod ejus jam ætatis ſim, qvæ poſt
ltos eosqve graviſſimos labores exantlatos, honeſtum otium
modicis honoribus &, qvi eos conſeqvuntur, laboribus præfe-
. Non qvod labores effugere ant compreſſis manibus otio-
ſedere cupiam, ſed ut in eo vitæ genere ætatem tranſigam,
qvo intervalla negotiorum dulciſſimo literarum otio diſpun-
e liceat. His diligenter mecum expenſis, orationem meam
te, Fautor optime, convertere ſuſtineo, ſummis à te preci-
s contendens, ut pro ea, qva me ſemper proſecutus es, be-
volentia Magnif. Dn. Cancellario me de meliore nota commen-
, ſingulariqve tua facundia ac dexteritate apud eum obti-
is, ut, ſi forte Lector Theologiæ aliqvis, vel Otthonienſis,
Roſchildenſis, vel alius loci, ſive ad meliorem
viem, ſive vocatione ad honoratius munus transfe-
ur, in ejusdem locum ego ſubſtituar. Et, ſi nondum exſpi-
erit tempus, qvo mea, in filio conducendo, opera uti Can-
cellar

cellarius decreverit, vicem meam ſuppleat alius, qvi eo munere dignus æſtimetur. Non improbabis, ſpero, Vir Clariſſime, qvod tam audacter te compellem. Neminem enim habeo, cui id negotii tutius meliúsve poſſim committere. Qvippe novi, qvanta ſit tua apud omnes bonos, magno tuo merito, auctoritas, qvantumqve tua valeat apud Mag. Dn. Cancellarium interceſſio. Et quæ à te antea benivolentiæ teſtimonia accepi, mihi non levem faciunt ſpem, te vota mea benignè ſuſcepturum, facturumqve ut ex tuis literis reſciſcam, qvem eventum honeſtum illud ac pium juſtumque inſtitutum meum ſortiatur. Qvod ſi à te, Præceptor ætatem honorande, impetravero, meam non modo hac in parte felicitatem tibi acceptam feram, ſed etiam omnia, qvæ te velle & ad te tuosqve pertinere arbitrabor, ſtudioſè ac prò virili curabo. Vale, Virorum optime, atque publico multorum tuorumqve privato bono in multos annos ſuperſis, Ita vovet qui

Te tuasque virtutes
ſuſpicit, colit, admiratur
L. BORDINGIUS.

*Aureliæ ad Ligerim* 16. *Maji*
1649.

*P. S.* Excellentiſſime Vir. Ut totam mentis meæ ſententiam in ſinum tuum refundam, liberrimé quod res eſt, edicam. Ego ſanè nullum certum locum ſeligo, in quo vivere præoptem. Verum, ſi optio mihi data eſſet, Aarhuſium præ cæteris deligerem, in qvo, qvod reliquum eſt vitæ, tranſigerem. Nec mirum. Is enim locus eſt, in qvo primum auram vitalem hauſi, & qvem etiamnum incolunt multi præſtantiſſimi viri, ſangvinis & amicitiæ neceſſitudine mihi conjuncti. Et qvonam me gaudio perfuſum iri exiſtimabis, ſi cathedram illam conſcendere mihi liceat, qvam avus meus paternus, cujus nomen refero, doctrina, pietate atque induſtriâ ſua olim cohoneſtavit? Ut nihil dicam de avunculo meo, Dn. *M. Jo. Crogio*, & de eo, qui eandem jam plusquam ſexagenarius occupat, utrisque Præceptoribus meis gratâ memoria celebrandis. Qvorum merita ac virtutes magnum mihi ſtimulum adderent, ad ſpartam illam, ſi aliqvando legitimè vacaverit, pro modulo ingenii dignè exornandam. Ego verò omnia providentiæ Divinæ reſigno, neqve aliter de me rebusque

meis

meis ſtatuendum judico, quam uti Divina voluerit εὐδοκία, cui me omniaqve mea commendo. De plumis avium conſervandis nihil habeo notatu dignum. Eſt Aureliæ Canonicus qvidam, nomine *Tardificus*, cujus Muſeum res nonnullæ affabre factæ potiſſimum commendant. Habet etiam aviculas qvasdam ex India deportatas, qvarum plumas eo, qvo hic præſcripſit, modo, (* mirum in modum conſervat. Qvæ conſervandi rationum in patria noſtra valitura ſit, eventus docebit. Iterum vale, Cl. Vir à Nob. *Sebeſtedio* officioſè ſalutatus. In amicis noſtris omnibus ac ſingulis ſalutandis ſis mihi vicarius, quæſo, mihique favere perge.

(*) *Adjecta ſchedula hæc exhibebat:*

Il faut mettre parmy les plumes du ſublimè avec poivre broyé & du pyreſtre, toutes choſes fortes, afin de faire mourir les vers, qui pourroyent engendrer vermine & corruption.

## *DCCCXIII.*

## LAUR. BORDINGIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

CElcberrime Vir, Fautor ac Mæcenas meritiſſime: Ut tua in me beneficia quotidie augeſcunt, ita animus meus nullo non momento in eo occupatur, ut ea non modò ſedulo expendat, ſed ut aliquod poſt ſe relinqvat pietatis & gratæ memoriæ veſtigium. Semeſtre eſt plus minus, ex quo literas Magnif. Dn. Cancellarii accepi, ex quibus cognovi te non minori ſtudio, meo nomine, apud ipſum egiſſe, quam ſi ad te ipſum res illa pertinuiſſet. Magnum certè benevolentiæ tuæ indicium, quo me adeò obſtrictum tenes, ut res nulla ſit, quam non tua cauſa me ſuſcepturum promittam. Bimeſtre hic etiamnum conſumere ſtatuimus, non ſine prægnantibus luculentisqve rationibus. Habeant ſuas laudes cæteræ Italiæ urbes, ſed Roma ſemper, ut caput Imperii ac ſcientiarum ſedes, inter illas jure eminet meritiſſimo. Accedit Summi Pontificis erga exteros utriusqve religionis humanitas, nec non indefeſſa Illuſtris Equitis *Caſſiani de Puteo*, ac Reverendi Dn. *Lu-*

*ca*

ta *Holſtenii* rebus noſtris inſerviendi voluntas ac ſtudium. Qvæ cauſa eſt, cur illam præ cæteris elegi, in qva hyemem tranſigere conſtituerim. Adventante vere, per Etruriæ tractus, Venetias revertemur, ut commode tandem iter in Germaniam inſtituamus. E Germania in Galliam redire animus eſt, ac, perluſtratis optimis inferioris Germaniæ urbibus, penates patrios cum bono Deo reviſere. Vidimus hic, quibus ceremoniis Portam, ut vocant, Sanctam Pontifex aperuit. Res majoris eſt famæ, quam fidei, nec digna, cui tantum temporis atque itineris impendatur, niſi ab opinione, ne dicam ſuperſtitione, hominum cumulum laudis mutuaretur. In rei memoriam moneta excuſa eſt, cujus unum mihi reſervatum exemplum habeo, tuum aliquando futurum. Vivit adhuc & valet *Athanaſius Kircherus*, qui opus Muſicum nuperis diebus in lucem edidit duobus voluminibus, quod non modo ob auctoris ingenium ſed etiam ob ſummam artis perfectionem, inter doctos omnes punctum tulit. Oedipum Urbis meditatur, quem rogatu nonnullorum, ut ait, ac conſenſu Pontificis Imperatorisque, Reginæ Suecorum dicare ac conſecrare in animum induxit. Vir ingenii ſupra ævum atque in rebus occultis inveniendis diſponendisque ſagaciſſimi, cui omnes harum rerum æſtimatores ſeculum, imò æternitatem precantur. Eſt qui Vitas Pontificum ac Cardinalium promittit, *Ciacconium* cæterosqve in nonnullis falſi convicturus. Frontiſpicium libri luci expoſuit Typographus, celato nomine auctoris. De cætero te, Vir Clariſſ. enixè rogatum volo, me porro amore tuoqve favore proſeqvi pergas. Vale ac vive feliciter, publico multorum tuorumqve privato bono. Properabam Romæ, pridie qvam Neapolin proficiſcerer, qui erat menſis Febr. IV. an. MDCL.

## *DCCCXIV.*

## LAUR. BORDINGIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

EXcellentiſſime Vir, Fautor meritiſſime. Cum gratiſſimas tuas acciperem, Romæ commorabar, variis multarum rerum curis, maximè verò itineris Florentiam ſuſcipiendi cogita-

e diſtentus. Tuæ verò voluntati pro ſolita mea in te obtia ut ſatisfacerem, contuli me ad ædes Illuſtr. Equitis *Caſ'e Puteo*, quem quidem in vota tua facilem promtiſſimumveni, affirmantem etiam, ſe omnem moviſſe lapidem, ut *am* illam *Mexicanam* tibi procuraret; verum conatu hairrito, ob eorum maximè, qui libro excudendo præfuerant, iam. Utqve omnem à ſe ſuſpicionem removeret Illuſtr., famulum ſuum una mecum miſit ad *FranciſcumStillutum*, huic operi urgendo ac perficiendo præfecit Illuſtriſſ. ac Rev. *bbas de Torres*, Regis Hiſpaniarum adSummum Pontificem egatus, â quo reſponſum tulimus, nonnulla adhuc deſideic operi inſerenda, quæ ubi advenerint, nihil impedire, quo liber ad umbilicum perducatur. De monumento Ateſtino o, qvàm vellem ità mecum comparatum eſſet, ut vota tua ierer. Sed obſtat trimeſtris noſtra Florentiæ commoratio. n ſi res moram non patiatur, petii â Doctiſſ. Dn. *Petro Sca*cras Venetias diſceſſuro, ut ea in parte vices meas obeat, factururum ſe recepit. Salutat te officioſiſſimè Nobiliſſ. Dn. *dius* meus, lætus qvod adhuc ſui memoriam ſerves. Reiſſimis Dnn. *Brochmanno*, *Scavenio*, *Reſenio*, *Svaningio ac o*, nec non Clariſſimis Dnn. *Bartholinis* ac *Frommio* meis ſalutem ſi haud gravatè impertias, rem gratiſſimam te mihi putabo. Vale, Virorum optime. Florentiæ ipſis Nonis 650.

## *DCCCXV.*

## Ex litteris HENRICI MOTZFELDII ad *Olaum Wormium.*

* * *

beneficiis tuis illud non eſt minimum, qvod non ſolum ites atò mihi ſcripſeris, & tum effigiem venerandæ iſtius tuæ fatum rariſſimarum ſupellectilium tuarum *Catalogum* transis, ſed & unà *Monumenta* tua patria, quæ à toto orbe cele-

plurimas ago & habeo. Utinam hic quicqvam eſſet, qvod legi dignum ſcirem, nihil tum profectò obſtaret, qvin id pe *nerum* noſtrum, qui vos iterum eſt inviſurus, ocyus tran rem. Vidi qvidem in Bibliothecæ Erphordianæ Catalog lum libri cujusdam Germanici, qvi circa tractatum tuum d *reo Cornu* elegantiſſimum occupatur, laudatum verò an ratum ignoro. Nondum enim ex Typographia prodiiſſe Philologi noſtri inſignis *Dn. Buchneri* judicium de ſcrip prope ad invidiam bonum eſt; ſed apologiam, qvam pro contra *Ernſtium* Profeſſorem Soranum concinnaſti, avet quum ut & ex aliis, ità ex me, qui eam Hafniæ vidi, de diverit. Ut verò novi qvidpiam ad te transportari curetu dem quendam ab amico & commenſali meo, *D. Lutheri* pote comparatum mitto, quem non tam ob ejus pretium, ob antiqvitatem & animum offerentis in cultum tui proje æſtimes, humillimè rogo Is autem Iaſpis dicitur, geſ jam nominati Megalandri *Lutheri* Fratre *Dn Paulo Luthero* Doctore, pro pugionis capulo, quod ex relatione comm mei, Juvenis ſanè ingenui, habeo; cujus autem gene Feröenſisne, an Orientalis, aut factitius (quemadmodum tui Catalogus diſtingvit,) uterqve ſcire diſcupit. Unum eſt, quod, niſi moleſtus eſſem, abs Tuà Magnificentia pe ut Theſes tuas de *Ave Paradiſiaca* & *Unicornu*, cum celeb noſtri *Bartholini* p. m. *Oratione de ortu, progreſſu & incre Academiæ Hafnienſis*, cujus in primis tuis mentionem feciſt noſtrum internuncium mecum communicares, quæ ſingula exſpecto, obſeqvioſum viciſſim animum tuorumque meri memorem ſpondens. Vitæ ſtatum quod attinet, ſanus & ex Dei gratia hic dego cum intimo meo *Bacmeiſtero* & aliis, ro me auxilio Divino ſtadium literarum, quod felicibus ſ greſſus auſpiciis, maſculè porrò decurſurum; ſi modò á tur ta ſtudioſorum male feriatorum colluvie immunes eſſe poſ qvi in cauſa ſunt, qvod hactenus publicum quantulicunqu fectus mei ſpecimen exhibere non potuerim; qvod incon populares quoqve meos non parum affligit; ſed ſperamus fo liora. Dn. *D. Nicolao Wichmanno*, quem in Hiſpaniam c aſſe ſcribis, gaudeo fortunam benignam eſſe, precorqve ut

ſoſpitet iter, ſalvumque ac ſanum reducat. Eidem vero Magnifice & Ampliſſ. Dne Rector, Affinis obſervande, cum ſorore, Conjuge tua dulciſſima, & prole lectiſſima como, precatus juxta, ut felici auſpicio novum annum ingredi i &c. Dabam Witteb. 13. Januar. 1643.

## DCCCXVI.

# OLAUS WORMIUS
## *Henrico Motsfeldio.*

* * *

Ermanicum *Egardi* ſcriptum de *aureo Cornu*, cujus tu mentionem facis, nondum videre contigit, interim hiſce died aulam Sereniſſimi Principis ( cui dedicatum ) delatum ac. Mei in eo honorificam ſatis fieri mentionem ſcribit amicus, logicè rem tractari ex titulo percepi, ſed qvo ſucceſſu, neſcio. leo, *Buchnero* noſtra arridere. Qvid de iis ſtatuant Clariſ. qviqve Italorum, videbis in epiſtolis *Rhodii* & *Thomæ Bar*-*u*, ſecundæ editioni Diſſertationis meæ *libr.* 5. *Monum.* ad-; ubi *Ernſtii* fundamenta, ſuppreſſo nomine, ſubruta inve Qvia tamen velitationes noſtras flagitare ſcribis Virum iſſimum, ſiqvidem eum non ſubterfugio judicem, mitto, ita n, ut non cupiam, pluribus ut communicetur, antagoniſtam cum jam pœnitere intelligam. Pro transmiſſis muneribus as ago ingentes; mihi enim gratiſſima, vel maxime illorum ine, qvi ea olim poſſederunt, qvocirca & inter κειμήλια rariora repono. Jaſpis ille an ex India Orientali allatus ſit, e neqveo, ſiqvidem ejus generis in Bohemia reperiri con-Eſt interim genuinus & melioris notæ, ad Heliotropium ac as, ob guttas & venas ei inſperſas ſangvineas; qvo nomine & vinis profluvio mederi facile credo. Figuram capuli pugio-o artifice ſortitus eſt, ſed ferrum ei unqvam aptatum fuiſſe nihi perſvadeo, cum foramine nullo ſit pervius, cui inſeri rid poſſit; agglutinari verò extremitati potuiſſe non video. uli ex corolla D. Lutheri mihi non minus chari. Sed nigra x magmate odoratorum qvorundam confecta videtur. Qvæ, nunc mitto, nempe duo *Monumentorum* meorum exempla,

duo *Catalogi Muſei*, *Inſtitutionum Medicarum* unum; *Controverſiarum* quæ ſuperſunt quædam, ut & *Programmata* in faſciculum collegeram, tibi ut deſtinarem, ſed tantum onus ferre recuſabat *Lummarus*; qvocirca hæc, qvæ tibi maxime neceſſaria duxi, hac vice ſelegi; reliqva in commodiorem differre cogor occaſionem, Placet mihi inſtitutum tuum, in celebri iſta Academia permanendi, ac ſtudia continuandi; nec unqvam auctor ero Parenti, te in hoc propoſito ut impediat. Qvod enim continue volvitur ſaxum, vix muſco obducitur: Non peregrinando, ſed ſtudendo eruditio acquiritur. Tu, ut promittis, in inſtituto ſtrenue perge, ut Parentibus & amicis honori, Patriæ commodo, tandem ad nos egregie doctus redeas. Hafn. 6. Martii, 1643.

## *DCCCXVII.*

## HENRICUS MOTZFELDIUS.

### *D. Olao Wormio.*

PLaceo ego mihi abunde, Vir Ampliſſime, Fautor & affinis venerande, dum Tibi placere me intelligo: gaudeoque qvod tantum apud Te valuerim, ut tum b. m. *Bartholini* elegantisſimam orationem, non niſi difficulter acqviſitam, tum tua ipſius vere aurea ſcripta mittere mihi volueris. Ea verò qvo magis deſiderata fuerunt, hoc & noſtris Profeſſoribus, â quibus non minus, quam ab Italis, æſtimaris, gratiora fore confido: inprimis *Buchnero*, qvi tanta cum aviditate ut alia tua, ità præſertim pulchram illam contra *Ernſtium* Diſſertationem (de qua jam pridem mecum valdè honorificè eſt locutus, adjiciens, velle ſe T. Magnif. proxima data occaſione per ſcribere,) usque hac exſpectavit, ut plane certus ſim, inſtar aurei κειμηλίου eam ipſi fore. Et certe qvantum is tuo me nomine amet, publicè conteſtatus eſt, dum elegantem commentariolum in *Prudentii hymnum*, abs ſe elaboratum mihi cum conterraneorum nonnullis dedicavit: quem etiam per modeſtum & doctum Juvenem *Andream Beyerholmium*, amicum meum fidelem, cum alio quodam ſcripto germanico transmitto. Huic verò Juveni, qvia me hîc familiariter uſus eſt, optarem boni aliquod meam ob cauſam faceres, inprimis cum nunquam niſi fidem & amorem in ipſo deprehenderim. Venit quoque, ut arbitror

bitror, Hafniam, tui inprimis & *Bangii* videndi ſtudio *M. Joh. Breverus*, Rigæ deſignatus Eloquentiæ Profeſſor, meus ex uſu Amicus, Vir, ut ipſi videbitis, non minori doctrinæ, qvam humanitatis laude conſpicuus, qvi Bataviam & celebriores Germaniæ Academias pervidit. Studia mea qvod attinet, ea in celeberrima hac Academia, qvemadmodum Tibi & Parenti meo placet, ſtrenuè Dei adjutus gratiâ urgebo, ut veſtræ exſpectationi fiat ſatis. Duo ex conterraneis noſtris in Bataviam abierunt, quos neſcio an ſuſcepti itineris pœniteat. Novi aliud nihil eſt, qvam qvod qvidam magiſterii titulo hîc ſint donati, alii vero pro gradu Licentiatûs diſputaturi. Vale longum & feliciter, ab Hoſpite meo Viro plur. Rev. *D. Wilhelmo Lyſero* Theologo celeberrimo, qvi hodie Magiſtratum deponet, quàm officioſiſſimè ſalutatus. Vale iterum, divinæ protectioni, cum conjuge optata & prole lectiſſima, commendatus, & literis hiſce meis ignoſce, nec, qvam in ſcribendo ſim infans, ſed qvam tui amans, conſidera. Wittebergæ ipſis Calendis Maji 1643.

Jam, cum literas obſignare vellem, per tabellionem Lipſienſem volumina tua ad me deferebantur, quæ cum *Buchnero*, Philologo illi inſigni, multum deſiderata eſſe novi, exemplar unum bene compactum ipſi in tui memoriam offeram. V.

## *DCCCXVIII.*

## HENRICUS MOTZFELDIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

Licet, Vir Ampliſſime, ante hebdomadas non ita multas, per *Andream Beyerholmium*, Amicum haut fucatè dilectum, ſcripſerim; non tamen continere me poſſum, quin eunti jam tabellario noſtro etiam aliqvid literarum ad te dem perferendum; inprimis quum ſubinde nova benivolentiæ in me tuæ oriantur argumenta, qvæ me nolentem volentem ad ſcribendi officium compellunt: Qvid enim eſt, quô luculentius animum maximè benivolum in me tuum declarare poſſis, qvam qvod aureas tuas & cedro dignas lucubrationes mihi mittere dignatus fueris, ex qvibus cum Monumenta Danica *Dn. Buchnero*, Philologo celebratisſimo

tiſſimo, offerrem, & ipſe pauca in iis attentius legeret, honorificè valde de te locutus eſt. Inter alia verò dixit: tale opus conficere potuiſſe, in qvo tot pulcherrimæ Antiqvitates, tot rara & mira velut ex orco revocata, tam accurata & ſolida vetuſtiſſimorum characterum expreſſio & interpretatio, tam infinita rerum omnium pleriſqve incognita monumenta exſtant, neqvaqvam eſſe cujusvis ingenii, ſed cultiſſimi, ſed capaciſſimi & diviniſſimi ſimul: ac certum ſe eſſe, cumulum laudis tuæ, qvi jamdudum ampliſſimus eſt, inde longe ampliorem fore. Ingrati namqve ſint Reges & Principes, qvibus antiqviſſimas Regni noſtri laudatiſſimi leges, ſtatum & fata velut in tabella depingis, ſi non hujus tui beneficii memores ſint. Ingratus totus literarum ordo, qvem vel hoc uno opere infinitè ornas & auges, ſi non & gratâ mente & promto ore virtutem tuam & rerum omnium cognitionem prædicent. Epiſtolam *Dn. Thomæ Bartholini* legi, in qva multa Celeberrimorum Virorum de *Aureo Cornu* tuo judicia recenſet, eaqve typis vulgatum iri ſpondet, qvod ſi factum fuerit, precor mecum communicetur. Tuam contra *Ernſtium* Diſſertationem qvin apud ſe retineat *Buchnerus* noſter, non eſt qvod dubites: is & literas, quas cernis, meis includi petiit. Vitæ ſtatum qvod attinet, vivo ego ex Dei gratia & valeo bene, ſtudiaqve mea ſic conformo, ut Hoſpitis mei venerandi, *Dn.* D. *Hulſemanni*, ac aliorum collegiis tam diſputatoriis, qvam lectoriis freqventius interſim. Juventus quoqve jam ſedatior eſt, qvàm antehac fuit, adeo ut ſpem tranqvilliorem, & à bellicoſa qvorundam petulantium turba liberam nobis poſthac vitam futuram. Novi nihil eſt, niſi qvod Monachus qvidam ordinis Franciſcanorum, nomine *Hugo Maria*, natione Italus ac promotus Theologiæ Doctor, Dreſda huc venerit, qvem ad noſtram religionem converti velle ajunt, ac ideò conciones audire, collegia frequentare, opponere ac reſpondere conceſſum ipſi eſt, usquedum idioma Germanicum didicerit, ut & facilius coram plebe ſuos errores revocare, & ex concionibus ſolidius in fide noſtra confirmari queat. Audivi ego ipſum in Collegio Dni mei Hoſpitis de bonis operibus diſputantem, & dicta qvædam ſacra non qvidem infeliciter moventem. Si qvid vel ipſe de ſe, vel alii de eo typis vulgârint, curabo ad vos transferri. Hiſce, Vir Magne, cum conjuge & liberis longum ac feliciter vale, meqve clientem tuum amare perge. Dabantur raptim Witebergæ 10. Junii 1643.

DCCCXIX.

# DCCCXIX.

## OLAUS WORMIUS

### *Henrico Motzfeldio.*

*ergam.*

* * *

Vod promiſit *Bartholinus* in epiſtola ſua, vix effectui dare valet; heri enim literas Patavio ab ipſo accepi, quibus de dine infirmiori conqveritur, oculorum inprimis hebetudivæ ſtudia ipſius valde morantur. Occupatur præterea in ;ando ſcripto ſuo de *Luce animantium admiranda*, cujus cum ransmiſerit titulum, eum tecum communicare lubuit. Grarò inprimis tibi habeo, qvod in amicitiam Virorum Claorum, Hoſpitis nempe tui excellentiſſimi, ut & Celeberri. *Buchneri* me inſinuaveris; literas illorum accepi humaniſ leniſſimas, qvibus jam reſpondi. Rogo, cures diligenter, inceps cœptam continuare commodius liceat. Recte facis, ion negligas, qvæ jam præ manibus eſt, proficiendi comitem, qva meliorem vix habiturus es alibi.

Monachus ille, cujus tu meminiſti, mihi in memoriam Itaum revocat, qvi anno ſuperiori hic fuit, atqve ſe è *Columnæ* illuſtri familia ortum mentiebatur; itidem Theologiæ Do- jactitabat, huc verò veniſſe Religionis ardore. Aſt cum nes magna pecuniæ vi emunxiſſet, Sodomita & nebulo us deprehenſus eſt. Hujusmodi erronibus minus fidendum. idem ipſus eſt, qui hic fuit, dignus ferro & ultricibus s. *Bejerholmius* in vicinia tui Parentis liberos *Johannis* inſtituet, honeſto conductus ſtipendio. De Sorore tua b *Hermanno Schrödero* expetita, plura narrabunt Pater & s. Deus cœptis adſit, ac cuncta in ſui Nominis gloriam iter dirigat! Hoſpitem & *Buchnerum* officioſe ſalutabis, iem item *Viburgenſem*, de cujus me hic eſſe ſollicitum forlim agnoſcet. Vale. Hafn. 7. Jul. 1643.

DCCCXX.

# DCCCXX.

## HENRICUS MOTZFELDIUS.

### D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

QVod, Vir Ampliſſime, Fautor & Affinis plusqvam paterno amore proſequende, cum Conjuge & liberis, meoque Parente venerando, jam proh! ſenio & mœrore confecto, vivas, ac etiam fruaris ſanitate, tam mihi gratum eſt, ut gratius eſſe nihil queat, inprimis cum nemo ſit, cujus in fortuna vel lætari vel contriſtari magis debeam, quam in tua meiqve optimi & amantiſſimi Parentis. Gratias autem, qvas debeo immortales, ago habeoqve, qvod tam amicam & honorificam mei mentionem feceris in iis, qvas mihi ad hoſpitem meum & Cl. *Buchnerum* dediſti. Effari ſane neqveo, qvam ex illis ipſis literis ceperint lætitiam, qvamqve mirifice ſibi in amore ac favore tuo gratulenter viri illi, ad qvos ſcripſiſti, maximi. Multum etiam de novo abs te mihi præſtitum eſſe puto, tum qvod mei in gratiam *Beyerholmium* noſtrum tam comiter exceperis, ac tam honorificè tractaris, (ut ipſe non ità pridem mihi retulit, cum huc veniſſet, deducturus *Suabium*, morbo melancholico tum correptum:) tum quod librum *Bartholini* tui de *Luce Animalium admiranda* communicare mecum volueris. Sed ex animo doleo, qvod ob afflictam valetudinem ea, quæ ad laudem tuam illuſtrandam conducunt, efficere nequeat. Verum ut ego qvoqve tibi, Affini meo maximè omnium charo, aliqvod obſervantiæ & honoris exhibeam documentum, & qvidem publicum, facere aliter non potui, qvin *Collegii* noſtri *Theologici Diſputationem primam*, qvam ſub præſidio Excellentiſſ. noſtri *Scharfii* diſputavi, tuo inſcriptum irem nomini, certâ ſpe fretus, hoſce meos auſus te pro ſingulari tua humanitate neqvaqvam ſiniſtrè interpretaturum, ſed potius animum meum in tui venerationem & cultum ſemper projectum, inde etiam judicaturum. *Inſtitutiones Medicas* tuas *Dn. Jeremiæ Bertramo* Medicinæ Doctori, qvi hic Profeſſor & nobiſcum commenſalis degit, obtuli, ut divinum illud tuum ingenium etiam ex iis cognoſceret. Qvas cum legiſſet ille, adeò tui accenſus eſt amore, ut neſciam an qvis ſit Medicorum, qvem tibi præferat. *Muſei* tui *Catalogum* apud me

me vidit idem Doctor, fautor meus ſingularis, in quo, qvod de muliere ovum enixa ſcripſiſti, mirum ipſi videtur. Precor itaqve, ut ſi tanto nos honore dignos judicas, paucis ea de re nos edoceas. Audivi olim ex te, *Inſtitutiones* tuas *Medicas* jamjam recenſitas Lugduni in forma octava exprimendas eſſe, qvod an factum eſſet, lubens qvoqve ſcirem. Contubernalis meus *Bartholinus* circa feſtum Paſchatos Bataviam adire conſtituit: ſane nihil mihi magis in votis eſt, qvam illi me aſſociare, cum jucundum ſit varias luſtrare Academias, & variarum nationum mores ac inſtituta obſervare. Verum cum ſtudiorum ratio id nondum permittat, & Academia Wittebergenſis facile longiorem moram mereatur, ex re mea fore confido, ſi peregrinationem differam. Fortaſſis & deinceps commoda ſe mihi offeret occaſio in Bataviam trajiciendi, cum amiciſſimo meo *Johanne Jani*, domeſtico olim Dn. *D. Reſenii*; is enim certo illic etiam abibit. Monachus ille *Columna*, de qvo ad me ſcripſiſti, paucos ante dies huc quoqve appulit. Qvid autem ipſi fiet, tempus dabit. Noſter Monachus, cujus ego mentionem feci, jam ad Eccleſiam noſtram ſe convertit, ac habita oratione errores ſuos publicè revocavit & exſecratus eſt. Jam mitto programma illud, quô cœtus Academicus ad illum audiendum invitabatur, ut & Venerandi Senioris noſtri *D. Jacobi Martini* Orationem Panegyricam in laudem incomparabilis Herois *Dn. Roſecrantzii* publicè ac ſolenniter valde celebratam. Dn. *D. Winſtrupius*, ut famâ accepi, eidem *Roſecrantzio* parentavit, cujus utinam orationem oculis uſurpare liceret. Qvod reliqvum eſt, te, Vir magne, cum conjuge dulciſſima liberisqve lectisſimis divinæ commendo potectioni, rogans, ut me apud ſororem chariſſ. *Magdalenam* de omiſſo ſcribendi officio excuſes. Wittebergæ 20. Nov. 1643. Literas has, poſtqvam ſcriptæ ſunt, qvod tamdiu retinuerim, factum eſt invaletudine tabellarii. Beati *Gerhardi* filii *Diſputationem de ritu cœnandi veterum*, ut & *de metallis* librum recens editum nunc etiam mitto. Prodiit Tubingæ ſcriptum qvoddam Germanicum, pro *Brochmanno* noſtro contra *Speculum veritatis Brandenburgicum*, Nundinis autumnalibus huc advectum, qvod etiam miſiſſem, ſi illud â vobis non poſſideri cognoviſſem. Qvod *Inſtitutiones Medicas* tuas, ut nuper ad me perſcripſit Parens, iterum excudi velis, rem facis & tuo nomine dignam, & publico gratam; an verò id hic fieri qveat, valde dubito, cum typographis hujus loci anguſta res domi

ſit. Ego tamen, qvantum in me eſt, omnem movebo lapidem, ut id operis perficiatur. Rogo tamen, ut vel *Buchnero* vel Hoſpiti meo ea de re aliqvid ſignifices: Horum enim auctoritate operarios multum moveri ſcio. Vale, & me amare perge.

## *DCCCXXI.*

## OLAUS WORMIUS

### *Henrico Motzfeldio.*

*Wittebergam.*

PRo oblatis atqve huc miſſis, inprimis verò pro eleganti *Diſputatione*, mihi quoqve inſcripta, gratias ago, utqve exiguum munus qvod mitto Roſæ aureæ, gratitudinis indicium, boni conſulas, rogo. *Medicas* meas *Inſtitutiones* qvod ſpectat, de iis non magnopere ſum ſollicitus, ſiqvidem opus ſit, ex qvo non magna ſperanda ſit gloria, utpote tyronibus noſtris ſaltem deputatum. *Jacobus Marci* Leidenſis Typogrophus, dum hic apud nos eſſet, petiit à me, ut ſibi liceret eas prælo ſuo recudere, qvod, qvia ipſi ſic videbatur, lubens conceſſi; ſed qvia ſe mox typographico abdicabat officio, intermiſſum eſt, nec magnopere curo. Non eſt igitur, qvod te hoc nomine fatiges. Hiſtoriam qvod attinet ovi iſtius, qvod mulier peperit, ita ſe habet: Anno 1638. Fœmina qvædam honeſta *Anna Omundi Filia*, *Gudmundi Erlandſonii* in Sundby, Diœceſis Stavangrienſis in Norvegia, Præpoſituræ Neſſ, uxor, 4. Martii in morbum incidit, cujus naturam & cauſas inveſtigare haud poterant præſentes, duravitqve in menſem Aprilem anni ſeqventis 1639. Hujus die 17. doloribus maximis, parturientium in morem, divexari cœpit, adeo ut vicinas convocare coacta fuerit, qvæ eniteuti præſto eſſent; circa veſperam ejus diei, cum ſe infantem credidiſſet parituram, ovum peperit, ovo Gallinæ prorſus ſimile, qvod cum fregiſſent adſtantes, albumine & vitello plane communi reſpondebat. Hinc ceſſarunt paulisper dolores in diem ſeqventem, qvi 18. erat, tum rurſus recrudeſcere cœperunt, atqve fœminam diſtorqvere, usqve dum, præſentibus iisdem fœminis, circa meridiem enixa eſſet alterum ovum, qvod ego teneo; precibus enim multis obteſtata eſt adſtantes, id ne

fran-

frangerent, certo enim ſe ſcire dixit, hoc ſi fieret, & ſe & reliqvas præſentiſſimo obnoxias futuras periculo. Ovum hoc à vulgari ovo gallinaceo nec magnitudine, nec figura, nec ullis differt accidentibus, niſi qvod jam candor ſolitus remiſerit, ac obſcurius ſit, eorum inſtar, qvæ putredinem contraxerunt. Mirum certe, qvòd faſſa ſit, ſe antea duodecim peperiſſe liberos, ſed in nullo puerperio tam crudeliter dilaniatam doloribus fuiſſe, atqve in hoc. Veriſſimam eſſe hanc hiſtoriam, docet Inſtrumentum publicum, trium virorum fide dignorum manibus munitum, qvod una cum poſtremo ovo penes me eſt. Naturaliter hoc contigiſſe, non arbitror, ſed præſtigiis diabolicis adeo divexatam fuiſſe fœminam, (à partu enim per aliqvot ſeptimanas ſe loco dimovere haud valuit) reor, atqve ova hæc ea arte ſuppoſita, qva in abſceſſibus qvandoqve transportati acus, cultri, novaculæ, inſecta aliaqve ejus generis, de qvibus conſule *Cornel. Gemmum Cosmocrit.* libr. 1. cap. 6. ut & lib. 2. circa finem. Mihi jam otium non eſt, ſingula perſeqvi, qvæ hac de re dici poſſunt; intento digito hæc in tui gratiam monſtraſſe ſuffecerit. In Hiſtoria Muſei mei pluribus hac de re egi. *Apologiam* Tubingenſis iſtius Theologi apud *Brochmannum* vidi, ab Auctore ipſo transmiſſam, ſed minus ipſi arridet. Ubi prodierit, qvæ ſub prælo apud nos fervet, accuratius cuncta diſcuſſa videbis. Venio jam ad ea, qvorum ſit mentio in iis, qvas ad Parentem dediſti: *Oratio* mea *de Baccalaureatu* non proſtat amplius, nec mihi niſi unicum eſt exemplum, qvo carere neqveo. Hortus *Johannis Nicolai*, Conſulis jam noſtri, tanti non erat, qvanti vos facitis; bulbis qvidem florum qvorundam abundabat, ſed nihil rarum aut exoticum, alicujus qvod eſſet momenti, poſſidebat; jam verò, ex qvo Conſulatum obtinuit, omnem horum curam ſepoſuit, ut nihil ferme habeat ſpectatu dignum. Sed Hortus Regius cura *Sperlingii* maxime ſuperbit exoticis, ut ex *Catalogo*, qvem mitto, videre licet. Si cum Præfecto per literas egerit *Bertramus*, ac prior qvidpiam ipſi transmiſerit, forſan aliqvid obtinebit, qvod qvantivis ſit pretii; alioqvin difficilior eſſe ſolet. Addo *Muſei* mei ut & Diſputationis menſe Novemb. à me habitæ exempla, cum *Winſtrupiana*, qvam deſideras, *Oratione*. Siqvæ ſint præterea, qvorum teneris deſiderio, ut eorum tibi copia fiat, allaborabo, modo ab ingruente calamitate immunes nos præſtiterit Altiſſimus, qvod ut fiat, veſtrum eſt, precibus nobiscum à Deo impetrare. Vale

Hafn.

Hafn. 29. Jan. 1644. Officioſe te ſalutat uxor mea, ac liberi.

Reverendo & Clariſſimo *D. Hulſemanno* ſalutem à me dicito officioſam, atqve pro doctiſſimo contra *Grotium* mihi transmiſſo ſcripto gratias age. Tantam benevolentiam mutuis officiis ut excipiam, allaborabo.

## *DCCCXXII.*

## HENRICUS MOTZFELDIUS

### *D. Olao Wormio*

*Hafniam.*

UT ex literis paternis intellexi, videtur meus in patriam reditus probari; qvod ſi etiam nunc in eadem eſtis ſententia, mihi haud gravatim, rogo, indicetur. Ego, ſi ità vobis viſum fuerit, ut ad amplexum patriæ recurram, lubens parebo monitis, licet difficulter Parnaſſum Leucoridos relinqvam, tum ob egregia, qvæ ibidem tractantur ſtudia, tum ob Profeſſorum in me favorem ſingularem. Qvòd illa, qvæ miſerat *Bertramus*, tibi placuerint,multum mihi gratulor; ipſe verò ſibi plurimum,qvod tantum apud te valuerit, ut ipſi ἀντίδωρον mittere non fueris dedignatus. Scripſiſſet idem tibi, niſi ſubitò Dresdam evocatus eſſet, ſpero tamen facturum, qvam primum redierit. Incluſas, qvas cernis, literas ad te mitti petiit optimus *Buchnerus*, cui qvantopere placuerit huc miſſum ſcriptum latinum *de perfidia*, ut titulus habet, *Suecorum*, effari ſatis neqveo. Illud certè dolendum eſt, qvod iſtius ſcripti auctor *Petrus Galthius*, ob rem imprudentius geſtam circa claſſem, cui præfectus erat, navalem tam miſerum finem vitæ habuerit. De Profeſſione *Thomæ Bartholino* ab exteris oblata ex animo lætor, tum qvod ipſum ames ac æſtimes, tum qvod ipſe magnum noſtrum *Bartholinum* parentem ſuum fama & ſcriptis toti Europæo orbi notiſſimum dexterrimè æmuletur, ipſiusqve veſtigia laudabiliter premat, tum etiam qvod ex Dania noſtra tantus tanti Patris filius prodierit, qvi non minus exteris qvam ſuis charus ſit & acceptus. Turbulentiſſimum patriæ noſtræ ſtatum qvod attinet, nihil jam de eo audivimus, niſi qvod concilium de ineunda pace in confiniis utrinqve ſit probatum,

itum, qvod ut proſperum ſortiatur eventum, faxit Deus benigniſſimus! Novi qvod ſcribam mittamve nihil eſt, præter aliqvot numiſmata, qvibus etiam adjunxi vivas Beati *Lutheri* & *Philippi Melanchtonis* effigies, qvas ne contemnas, ſed potius ferentis animum, qvam rei pretium, qvod aut nullum aut certè exiguum eſt, reſpicias, qvam humillimè rogo atqve obteſtor. Vale, Vir celeberrime, & me, qvem ſemel amare cœpiſti, amare perge. Witteberga 15. Febr. 1645.

## DCCCXXIII.

# OLAUS WORMIUS

## *Henrico Motsfeldio.*

*Witteberga m.*

NOvus veſter tabellio, qvæ à te acceperat, probè curavit, niſi qvod negligentius aliqvanto effigies ex cera confectas tractaverit, diſruptæ namqve & divulſæ ad me pervenere. Qvod facile, ipſo inſcio, contingere potuit molliusculæ ceræ. Pro iis verò, ut & numiſmatis, maximas ago gratias, utqve ſit, qvod impenſis in iis factis aliqvantulum reſpondeat, unicum remitto nummulum qvem boni conſulas rogo. Conſultum judicat parens, res tuas ità ut diſponas, qvo ad menſis Maji principium hîc te ſiſtere valeas, lauream Magiſtralem cum aliis ambiturus; eumqve in finem de ſufficientibus & debito ſolvendo & itineri perficiendo tibi ſe proſpexiſſe, per literas cambii, ſumtibus exiſtimat. Vellet tamen te Lipſiam ante abitum, & Dreſdam perluſtraſſe. Tu omnia ità diſpones, ut & Parentis voluntati & tuis commodis haud deſis. Gaudeo Dn. *Buchnero* haud diſplicuiſſe, qvem miſi, librum; ejus tamen in literis ad me nullam facit mentionem. Auctor eſt, non *Galthius*, ſed alius Nobilis, cujus nomen literis committere nolo, cum mihi ſit amicus & familiaris, ac nunc vivat & plura ejus generis meditetur. *Thomam Bartholinum* qvod attinet, profectus is fuit in Siciliam, ac coram Meſſanenſis Academiæ Curatoribus, pro oblata Profeſſione gratias egit: munus verò ipſum honeſtè detrectavit, ob cauſas maximè, qvas tu allegas. Iter Baſileam cum *Henrico Fuirenio* jam meditatur, ſupremis ibidem in Medicina aucti honoribus, circa autumnum

ad

ad nos redeant. *Bartholus*, qvi adhuc Amſterodami hæret, ad Cathedram ab obitu *D. Stovgardii* vacantem, vocatus eſt, ejusqve adventum indies præſtolamur. Nos hic qvamvis valetudine fruamur, Dei gratiâ, adhuc proſpera, ob bellicos tamen tumultus inter ſpem & metum hæremus, dum nihil adhuc de Pace inter Deputatos utrinqve ſit concluſum. Vale. Hafniâ 24. Mart. 1645.

Reverendum tuum hoſpitem officioſè ſaluto.

## *DCCCXXIV.*

## HENRICUS MOTSFELDIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

NE T. Ampl. in ipſo limine juſto diutius detineam, exponam, qvæ me cauſa ad ſcribendum in præſens impulerit. Exigit ſcil. ac reqvirit id ipſum elegans *de ortu Regiæ Academiæ Hafnienſis Oratio* â *Bartholino* noſtro, immortalis memoriæ viro, jam pridem conſcripta, & publici juris facta, qvæ noſtrâ nunc curá hic qvoqve lucem vidit: fecimus autem id permoti partim amore ergâ pios Magni noſtri *Bartholini* manes, partim etiam accenſi inſtinctu Dnn. Profeſſorum Wittebergenſium, qvibus tantopere placuit oratio, ut alteram editionem nobis ſeriò ſuaſerint, præſertim cum ob defectum exemplarium difficulter admodum haberi qveat & non pauci eorum, qvi hîc degunt, eam videre exoptent. Nos verò ad unum omnes, qvorum ſtudio recuſa oratio prodiit, adaucta carminibus Dnn. Profeſſorum Wittebergenſium, qvibus laudes Regiæ Hafnienſis Academiæ egregiè decantarunt, nihil magis in votis habemus, qvam ut pium hoc ſtudium noſtrum benevolo vultu probare dignentur omnes ac ſinguli Academiæ noſtræ Patres conſcripti. Qvorum in numero, Vir Ampliſſime cum jure merito haut infimum obtineas locum, unum alterumve exemplar hujus novæ editionis communicare tecum volui imò debui, qvam poſſum humillimè rogitans, ut, qvod offertur, eâ, qvâ conſueviſti mea, humanitate accipias, mihiqve porrò faveas. Qvod cæteroqvin literas paternas, mihi non ita pridem allatas attinet, videntur illæ haud obſcurè ſignificare

t

ût ad amplexum patriæ recurram, ibidemqve nomen profitear inter eos, qvi Philoſophici Magiſterii, qvod vocant, lauream ambiunt: qvibus honoribus ampliſſimis licèt me ipſe non cenſeam idoneum, cum meo me pede metiri nôrim, & (qvod non parum me torquet,) imberbis adhuc ſim penitus, operam tamen maximè ſedulam dabo, ut vobis ità volentibus brevi σὺν Θεῷ adſim, & profectus qvalescunqve meos probem, qvi nullibi magis, qvam in patria Academia honores iſtos appetere opto. An verò ſolenni Magiſtrorum renunciationi, qvæ ex priſco Academiæ patriæ more circa hoc tempus inſtitui celebrariqve conſuevit, hac vice intereſſe poſſim, valdè dubito: nondum enim à Parente meo venerando pecuniam adeptus ſum ad diſſolvenda nomina, qvæqve Hoſpiti ac cæteris debeo. Accedit, qvod ex conſilio Hoſpitis non ducam conſultum, cum ignotis hoc præſertim belli tempore iter ſolum ingredi. Qvocirca tantiſper exſpectare cogor, dum optimus meus popularis *Boëthius*, (qvi unà mecum Academiæ patriæ civem dedit,) patrios ſit aditurus lares, qvod, adveniente cum literis cambii tabellario, absqve omni fiet mora. Deus modò faxit, ut omnes vos ac ſingulos ſalvos ac incolumes reperiam! Incluſam hiſce *Diſputationem*, menſe Martio à me habitam, facili accipias manu, & conatum qvantulumcunqve meum benignè interpreteris rogo. Plura in præſens non addam, ne tua tempora morari videar, qvare hîc calamum ſiſto, teqve, Vir Ampl. cum conjuge & liberis Divinæ commendo tutelæ, ſubmiſſe precatus, ut in amore mei perdures, meaqve ſtudia promovere pergas. Dabam feſtinante manu Witteberg æ d. 18. April. 1645.

## *DCCCXXV.*

## AUGUSTUS BUCHNERUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

### Magnifice ac Excellentisſime Vir.

ITà pudori meo *Musfeldius* tuus inſtitit, itaqve eum preſſit undiqve, ut daret manus, & ſe vincendum tandem ac expugnandum

dum ipſi præberet. Nam ſcribere ultro ad te, non certè
nus á verecundia mea impetrare potui ; ſemper metuens
mihi objiceretur, Et tu tantillus ad Virum tantum ? ſed
*Musfeldius* tuus, qvem dixi, ornatiſſimus Juvenis, & qv
plures eximias dotes, ac ingens optimarum literarum ſtu
plurimum amo, non qvidem præclaram & copioſam eru
nem tuam, de qva jamdudum ex præſtantiſſimis, qvæ e
hactenus, ſcriptis abunde conſtabat, ſed humanitatem
tatemqve miris modis deprædicaret, pro certo affirmans,
futurum tibi gratius, qvam ſi ad te mitterem literas ; Jecia
& qvod ſubveritus hactenus ſemper fueram, confid ... tiſſi
nimo ſuſcepi. Accedebat, qvod liberaliter ( pro qva co
tua meritò tibi ago & habeo gratias ) nobiſcum commun
ras, qvæ Dn. *Ernſtio* contra eruditiſſ. Diſſertationem tua
*Cornu aureo* in mentem venerant, qvæqve epiſtolâ comp
erat ; & qvod Musfeldius deniqve, tuâ fortaſſis auctorita
te noviſſimè edito monumentorum patriæ opere lucule
nobili, me benignè ſatis donavit. Qvod utrumqve ut de
volentia tua erga me & ſingulari humanitate teſtabatur : pr
ſic mirum in modum me incitabat, darem operam, ut Viri
amorem & ſtudium non diſſimularem, verum augerem
aut conſervarem. Non qvidem is ſum, qvi ſibi aliqvid eſ
deatur, & neſcio qvid eximii tribuat, id tamen ex vero
andum habeo ; non temere alium viros ingenio ac erudi
præcellentes aut magis amare, mirariqve ; aut cupere ir
ſius, non dicam, amari ab illis , ſed amantem colente
haud ſperni. Qvod impetrari abs te, Magnifice Vir, ſi pa
& poteſtatem facias literis noſtris liberè commeandi ad te, m
me beneficio affectum putabo. De qvo id tibi perſvadeas
me & libenter & ſedulo facturum omnia, qvæ par ſit m
facere, quîcum aut dudum amicitiam habeas, aut qvi h
hanc ſecum ſummopere optat. Vale, Excellentiſſime Vi
ità ſtatue, me ſummæ ac ſingularis tuæ eruditionis admira
juxta præconemqve perpetuò fore. Wittenbergæ Nonis
An. CIƆ IƆCXLII.

Magnif. & Excellentiæ T.
deditisſimus
AUG. BUCHNERUS.

DC..CI

## DCCCXXVI.

# OLAUS WORMIUS
## V. C.
### *Auguſto Buchnero.*

'Ere Tibi affirmavit affinis meus *Motsfeldius*; gratius mihi nihil contingere potuiſſe; qvàm ſi tuis & literis & amicitia daretur. Ea enim de tua humanitate mihi dudum prædica- & Collega meus dilectus *Bangius* & Affinis *Motsfeldius* alii- qvi huc à Vobis venerunt, ut non poſſent non qvemvis eru- nis & humanitatis æſtimatorem in Tui amorem pellicere. ita verò in eruditiſſimis à Te editis Monumentis melioris Li- turæ rerumqve elucet ac emicat varietas & ſcientia, ut nemo maxima cum delectatione ea evolvat, atqve Te ut Lite- rum noſtri ſeculi principem facile agnoſcat ac veneretur. Ea- certe, qvæ hactenus obſtaculo fuere, qvò minus mutuis lite- um officiis nos invicem compellaverimus, & me retraxerunt; e tua opera jam remota gaudeo ac gratulor, utqve cœptam por- data opportunitate, amicitiæ hanc telam feliciter pertexere leamus, voveo. Cæterum, qvæ inter me & *Ernſtium* de *Au-* *Cornu* acta ſunt, talia eſſe fateor, qvæ ſolitam meam excedant derationem, qvocirca nec publici juris eſſe cupio, præſertim m rem ipſam brevibus diſcuſſerim in iterata *Cornu* editione, in- ta *Monumentis* meis, qvæ ab Affine meo tibi oblata gaudeo, qve boni conſulas, ac in meliorem interpreteris partem, rogo. qvæ inter legendum occurrant, in qvo me aberraſſe videris, can- de mone; nihil mihi futurum gratius. Ipſe noſti, vix fieri poſſ , qvin homo, glaciem primus frangens, & aliis non tentata in- dens via, in lapſus ſit proclivis. Interim, bonos & candidos rum æſtimatores conatus non improbaturos, mihi promittunt rorundam haud infimi ſubſellii cenſuræ. Qvod in *Ernſtium* pri- itim fuerim acerbior, cauſa fuit, qvod homo is ſemper ſe mihi nulaverit amiciſſimum, usqve dum de *Cornu* Diſſertationem iſſu Principis mei edidiſſem; tum ille, qvem mihi charta iſta ivis conciliabat, favorem & honorem invidens, me inſcio, in ula Principis ſuam diſſeminabat epiſtolam, qva ſperabat, ſe ei nominis ruinâ emerſurum, atqve Principis gratiam aucupa-

 turum.

turum. Sed incaſſum omnia; Amici enim qvidam, id ægre ferentes, exſcriptam chartam mox ad me miſerunt, atqve, ut acriore ſale hominem perfricarem, ſvaſerunt; parui monitis, inprimis cum me malè haberet, hominem me ſub ſpecie amicitiæ decepiſſe, ac ipſum privatim per literas me non monuiſſe, ſiqvid eſſet, qvod offenderet, ut vel corrigerem, vel ipſi occaſionem meliora docendi præberem. Sed cum facti ipſum jam pœniteat, nolo ipſius famam doctis proſtituere, cum mihi ſuffecerit nævos hominis amici oſtendiſſe, ac meliorum calculos niveos, non ſolum ab eruditis in Patria, ſed etiam extra eam, retuliſſe. Interim cenſuram tuam & aliorum Literaturæ principum non ſubterfugio, meliora docenti cedere paratus. Pro eruditiſſimo *Hymni* tui *commentario* ut & cæteris gratias habeo maximas, tum qvoque, qvòd Affinem meum reliqvosque nationis noſtræ Juvenes amore proſeqvaris adeo prolixo. Nos viciſſim nihil in nobis deſiderari patiemur, qvod ad tuum honorem & commoda ſpectare poſſit. His vale, & me celeberrimo Nomini tuo devotum ſtatue. Hafn. 7. Jul. 1643.

## *DCCCXXVII.*

### Clariſſimo ac Excellentiſſimo Viro
### *D. Olao Wormio*
### AUG. BUCHNERUS
### S. D.

CLariſſime Vir, ut excellentem doctrinam tuam ac eruditionem ſemper, pro ut debebam, feci maximè; ità lætatus mirificè ſum, qvod me exiſtimaveris dignum, cui non tantum reſponderes humaniſſimis literis, ſed qvem in amicorum etiam numerum prolixo affectu cooptares. Nam ſi & vulgo amari atqve audire bene delectare conſuevit ac juvare animos; qvem voluptatis ſenſum afferet, ſummorum doctiſſimorumqve Virorum ſtudia ac benevolentiam demereri? Qvare id mihi maximæ curæ erit in poſterum, ne in paranda amicitia tua felicior, qvàm ſtudioſior ac diligentior in conſervanda eadem tuendaqve fuiſſe videar. Dn. *Ernſtium* ad meliorem mentem rediiſſe, vehementer gaudeo. Nam eruditas & ſapientiæ ſtudiis deditas animas nihil minus, qvam livor & obtrectatio decet. Sed æmulantia, i

ſtudiu

dium, & laudis famæqve cupiditas ſæpe & optimas indoles fa. at. Nec eſt cujusvis, & capere magnos impetus, & regere ſſe. Tuam autem & gravitatem & ſapientiam maximi æſtimo, i induxiſti ità animum, ut offendentis pœnitentia abunde ſa. factum tibi exiſtimares. Affinis tuus *Motsfeldius*, ut ſtudio n, ſic omnis in me officii diligentiſſimus eſt. Qvare non poſſ n non amare hominem, & ſingulari affectione proſeqvi; nec icqvam gratius habere acceſſu ejus atqve ſermonibus, qvos ives juxta modeſtosqve, nec minus doctos inſtituere ſolet. rem affectum meum ut ipſi teſtatiorem facerem, ſcripſi non pridem Jambos nonnullos, qvos Diſputationi ſuæ, qvam tum ebat, adjiceret, qvos ibi leges. Tibi verò ità perſuadeas ve i, me diligenter curaturum, ne ulla re unqvam deſim, qva ius ſtudiisqve ejus conſulere poſſim, cum ejus, tum tua etiam uſa. Vale Clariſſime ac Excellentiſſime Vir, meqve virtutis eruditionis tuæ admiratorem candidiſſimum, amore tuo, qvod is, deinceps qvoqve dignere. Wittenbergæ ad V. Id. Decembr. CIↃIↃCXLIII.

## *DCCCXXVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Auguſto Buchnero.*

AMicas tuas accepi literas, qvibus re ipſa potius qvàm verbis reſpondere ut poſſim, exoptandum mihi eſt. Certe ſiqvid me unqvam deſiderari paterer, qvod cœpto amori continuan inſervire poſſet, indignus plane Tanti Viri eſſem benevolen. Non ſufficit animum literis explicaſſe, niſi Affinis mei natibus tam docto tamqve eleganti applaudendum eſſet carmi , qvo ſtimuli genere non poteſt non mens ingenua incitari, ea conſectetur, qvibus ſe Tantorum Virorum elogiis dignam præ at. Sic laudata creſcit virtus, & in majora fertur. Agnoſci us officium, & qva par eſt ratione, gratias agimus. Res verò ſtræ eò jam inclinant, ut referre unqvam haud polliceri qvea s. Exercitus enim Sveticus inopinato, nihil tale cogitantes imparatos plane, contra fidem & pacta, nos, Duce *Torſtenſo* , invaſit, atqve, antequam militem conſcribere, eiqve ullo mo-

do reſiſtere liceret, Holſatiam ac Cimbriam totam occupavit, direptionibus cuncta ſubjecit, jamqve nihil non hoſtilitatis exercet, ut, niſi Deus ſingulariter ſuccurrat, metuendum ſit, ne de nobis plane actum ſit. Heu ſalus! Dum Rex noſter Pientiſſimus magnis impenſis per Legatos ſuos in Germaniæ pace procuranda occupatur, à vicinis ſuis & iis, à qvorum partibus, Religionis nomine, maxime ſemper ſtetit, tam perfide, ſine omni legitima cauſa aut prævia admonitione, provinciis ac ſubditis ſpoliatur. Sic ſperata Germaniæ pax turbatur, tot piorum vota in ventos abeunt, nosqve calamitatibus obruimur, ut non poſſis non nobiſcum vindicem Divinam dextram ad ultionem provocare. Eſt apud nos Theologus, qvi in *Aureum Cornu* meditationes conſcripſit haud ineptas, ex ipſa Sacra Scriptura petitas; hic, qvamvis in qvibusdam à me diſcrepet, conceptus tamen ſuos mihi, anteqvam ederentur, monſtravit, ſeqve me invito nihil in hac re publici juris facturum ſiqvidem nunciaret, non potui non hominis candorem longe ab *Ernſtii* diverſum laudare, qvin auctor eſſem, ut pergeret, tamque pium inſtitutum alacriter urgeret, cum in gloriam Dei & vitæ emendationem directum viderem. Diverſa de rebus eisdem ſentire incolumi ſemper licuit amicitia. Qvantum ex eo prælis hactenus excuſum, tantum mitto, ut guſtum aliqvem ejus habeas, ac qvid de eo ſentias, aperias. A Rege qvodam Chriſtiano (ut putat) elaboratum eſſe nullo plane argumento vel probabili demonſtratum iri ſat ſcio. Reliqvum, data opportunitate, ſi Deus vitam & pacem conceſſerit, aliàs, ubi abſolutum fuerit, additurus. Utinam eſſet, qvi nobis ea, qvæ nos olim vobis, procurare vellet Halcyonia! Qvicqvid de nobis ſtatuerit Divina bonitas, dum vivimus, dum valemus, certam amicitiæ telam pertexere haud deſinamus. In me nunquam qvicqvam deſiderabis, qvod amori noſtro continuando inſerviat. Vale. Haſn. 29. Januar. 1644.

## DCCCXXIX.

## AUGUSTUS BUCHNERUS

### D. Olao Wormio.

### Clariſſime ac Excellentiſſime Vir.

MUltum & lætor & gratulor mihi, qvod ſervas conſtanter, quem

qvem mihi præſtare amorem cepiſti ſemel, & qvo me animo proſequaris, teſtatum etiam literis facis. Qvantum enim eſt placere atque probari iis, qvorum nomen & fama, non per unam aliqvam gentem aut populum, ſed ubiqve terrarum, ubi literæ & ſapientiæ ſtudia vigent, ac in honore ſunt, celebrantur? Certè WORMIUM meum, non mater DANIA tantum, & qvicquid terrarum ad Balthicum jacet, verum & erudita Germania, & ingenioſa Italia, & facunda Gallia, miratur, colit, atqve in iis æſtimat, qvi poſt alias maximas artes, antiqvitatum & literarum elegantiorum ſtudio ſe dudum immortales reddiderunt. Qvod ſcribis, gratum fuiſſe, me tui Affinis, Præſtantiſſimi Juvenis, conatus proſecutum carmine; ſcias, WORMI Clariſſime, me id virtuti hominis debuiſſe. Eum enim *Muzfeldius* tuus ſe nobis præſtat, ut ab omnibus, quibuscum ſolet verſari, (verſatur autem cum optimo qvoqve, atqve ex cujus congreſſu melior doctiorque fieri poſſit,) humanitatis, modeſtiæ, ſtudii ac eruditionis laudem facile auferat. Qvibus laudibus dotibusqve præclaris ut ſe commendat qvotidie magisqve ac magis, ità non poſſum non eum amare plurimum, & qvibus licet modis proſeqvi atque ornare. Ad Diſſertationem Theologicam de *Aureo Cornu* quod eſt, planè tecum ſtatuo. Deberi illi pietatis, deberi ingenii induſtriæqve ac eruditionis etiam laudem: ſed quæ hîc afferuntur, reſpexiſſe auctores perſuadere mihi non poſſum. Novi qvæ veſtutiſſimæ Eccleſiæ Chriſtianæ hieroglyphica ſymbola, *Clemens Alexandrinus* aliiqve auctores recenſeant, & vetuſtiſſima monumenta & marmora exhibeant. Et licet qvædam ex illis in Cornu iſto inveniantur; eorum uſus tamen jam exoleverat diu ante, quam Dania veſtra fide doctrinaqve Chriſtiana imbueretur. Qvô tempore ſi hoc conflatum eſſet cornu, & eo qvidem fine ut de religionis & pietatis rebus nos admoneret, procul dubio ſanctiſſimum crucis ſignum, qvo nullum aliud frequentius erat, ibi conſpiceretur, qvod hactenus qvidem nullus potui notare. Stat itaque tua ſententia, WORMI Clariſſime, & magis veriſimilia ſunt, qvæ tu de Cornu hujus natalibus ſagaciter & eruditè conjeciſti ſemel. Interim Reverendi Viri conata non improbo. Pium enim eſt ubiqve occaſiones inveniendæ & exercendæ pietatis captare. Qvare pro miſſis paginis gratias ago: gratè accepturus propediem, de illis qvæ reſtant. Vale, & patriam tuam turbatam peſſimo ſcelere qvam primum cum Germania noſtra

ſtra pacatam vide, meqve amare haud deſine: qvi eroqve ſemper

Celeberrimi tui Nominis
obſervantiſſ. ſtudioſisſimusq

*Wittenb. ad d. IX. Maji* A. B.
A. CIↃ IↃↃXLIV.

DCCCXXX.

OLAUS WORMIUS
Clariſſimo Viro
*Auguſto Buchnero.*

QVi tam candidi, tam eruditi & amici pectoris integrit non exoſculatur, illum inter mortales hominis titi haud mereri exiſtimo. Qvidni igitur tam ſvave per amicas ras cœptum colloquium, tanqvam familiaritatis noſtræ v lum, ambabus amplecterer ulnis & debito reſponſo mutua ſtatam redderem benevolentiam, tot in me congeſta elogia ex amici affectus abundantia defluere, non ſine pudore a agnoſcam? Operam vero dabo ſedulam, ut viciſſim in me deſideretur qvicqvam, qvod affectui fovendo & conſervand viat. Affinem meum à te tam honorificum integritatis & gentiæ reportare teſtimonium, gaudet grandævus Parens, qve reliqvi grati agnoſcimus, plurimum tuæ manuductio fidis exhortationibus tribuentes. Qvod reſtat ex Theologi *Cornu* diſſertatione jam mitto, ex qva, qvæ mea de iſta men uberius videbis, ac qvanqvam Author meis literulis qvæda plicare videatur, tanta tamen non video, ut non potius can Lectoribus judicium relinquam, qvam ut contentionis ſe de levibus iſtis cum homine mihi alioqvin amico reciprocar tem; Inprimis cum non ſolum ab eruditisſimis Germanis, & exteris aliis cum applauſu haud levi noſtra excipi indic madvertam. Scripſit (ut hoc tecum communicem) hiſce bus ad me Patavio eruditus juvenis noſtras, Venetiis Virum Reverendum *Angelicum Aproſium Vintimigliam*, qvi idiomat

lico ſcriptum edidit, ſuppoſititio nomine, in defenſionem *Adonidis Marini* contra *Stiglianum*, (Nomina ſunt mihi plane ignota) cujus *Caput XI.* mihi inſcripſerit, utpote de *Cornu Aureo* tractans, in qvo inter reliqva hoc, qvod mitto, habet à Dn. *Pighetti* elaboratum monumentum. Qvod non eò refero, qvod mihi in Eruditorum numero hominis calculis applaudam, ſed ut Amico, quæ non omnibus obvia, communicem. Spero, me integrum illud, qvicqvid eſt, brevi habiturum, modo promiſſis ſteterint curatores. De turbato rerum noſtrarum ſtatu, Divino tamen præſidio ſingulariter & miraculoſe ſæpius refocillato, affinis meus Teberius docebit. Vale. Hafn. 20. Jun. 1644.

## *DCCCXXXI.*

### Excellentiſſimo Viro

### *D. Ol. Wormio*

### AUG. BUCHNERUS

### S. D.

*Hafniam.*

EXcellentiſſime Vir, feramus libenter ſortem noſtram, & pareamus Deo, & qvoniam ei ità viſum fuit, ut ſtudio o... raque veſtra dum recuperaturos nos pacem ſperabamus, vos ...vè in bellum difficillimum implicaremini, acquieſcamus vo... ntati ejus ſine murmure, & qvicqvid durum ac triſte videbi...r, id recte ferendo vertamus in bonum. Interim numen ejus...m orabimus ac venerabimur, ut qui utrinqve pacis ineundæ ...atiâ indicti aut inſtituti conventus ſunt, ità utrinqve exeant, ... qvas deinceps qverelas alter alteri allegare habeamus neceſſe; ...l de ejusmodi rebus per literas conferamus ſermones, qvas ne...e ſcribere injucundum ſit, nec intelligere atque accipere mole...m. Suecorum arma jam in Bohemia ſunt; quæ ut depellant, ...ſareani ſuas contrahunt copias. Qvod ſi ſuccedat, omnis ea ...npeſtas nobis denuò incumbet. Apponendum itaqve lucro ..., hoc qvicqvid qvietis interim dabitur. Affinis tuus, Ornaa...imus Juvenis, id ſerio agit, ut ſpem à vobis conceptam de ſe

non æquet tantum, ſed ſuperet etiam, & talis revertatur in triam, qualem redire maximè oportuit, qvi ſeſe patriæ na puter. Quare merito ſuo & amo ipſum qvam plurimum conſuetudine ejus utor libenter. Omnia & ejus & veſtra et facturus cauſa, qvæ commodo ipſi ac utilitati eſſe poſſunt. C in præſenti publicè privatimque agam, programma iſtud, q junxi literis, docebit. Qvod boni conſules, & me amabis. tuo te merito, Vir Excellentiſſime, nunquam non venerabo colam. Vale. Wittenbergæ ad d. XII. Februarii A CIↃ IↃC XLV.

## DCCCXXXII.

## OLAUS WORMIUS
*Auguſto Buchnero*
S. P. D.

*Wittebergam.*

ITà eſt, Vir Celeberrime, ad nutum Divinum ut nos con namus, decet. Peccatis noſtris pium Patrem offendim ad iram provocavimus, juſtè igitur pœnas luimus, & in co cum tota Europa hæremus luto. Qvò non graſſatur comm hæc calamitas? Venetos & Helvetios, hactenus immunes, c pere jam videtur incendium. Nullus reſtat, qvi opem ferr leat. In ſolo Deo ſpes noſtra, ut qvæ inflixit vulnera ſolus ret. De Pace ad limites regnorum tractant utrinqve Ora noſtri, ſed ſpe adhuc ambiguà, cum iniqva adeò petantur aſſentiri iis noſtri neqveant. Norvegi noſtri ſtrenuè rem runt, atqve aliquot Suecorum occuparunt provincias; num pacis conditiones tolerabiliores ſit redditurum, vi mus. Deux ex alto nos reſpiciat! Affinem meum ità ſe probari gaudeo, ut tuo aliorumque Clariſſimorum Profeſſ indignus haud ſit favore & patrocinio. Reditum ejus ad præſtolatur jam parens, decrepitus ferme. Pro benevol ipſum affectu merito & tibi & cæteris Viris Clariſſimis gr agimus. Ego vero pro eruditiſſimo Programmate, quo q topère juventutis commodo invigiles, abunde teſtatum re

Deus te Reipubl. bono diu ſervet, ut in tam laudabili propoſito porro magno cum applauſu progredi pergas. Mitto novam de *Aureo Cornu* meditationem Epiſcopi Lundenſis *Winſtrupii*, qvi quamvis ſtridula quandoqve canat avena, huic tamen tempeſtati haud incongrua quædam protuliſſe videtur. Vides, fracta glacie qvam facile funes trahant Helciarii. Vale, Vir Celeberrime, & Wormium plane tuum ſtatue. Hafn. 24. Martii 1645.

## DCCCXXXIII.

# OLAUS WORMIUS

## *Dn. M. Envaldo Nicolai.*

*Roëſchildiam.*

ERuditum tuum de aureo cornu commentarium avide perlegi. Non potuit non placere tam pium, tamque egregium tuum inſtitutum, qvo gentis noſtræ ſecuritatem, pertinaciam, ac pro tot á Deo opt. max. nobis collatis beneficiis ingratitudinem, vel hoc medio excutere ingenioſe allaboras. Neſcio enim qvi fiat qvod externis ejusmodi in oculos incurrentibus magis quandoque moveri ſoleat vulgus; qvam ipſis verbi divini exhortationibus, admonitionibus, & qvæ indies proclamantur, comminationibus, Niſi forſan

*Segnius irritent animos demiſſa per aures,*
*Qvam qvæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.*

*D. Paulum* imitari mihi videris qvi *Act. XVII.* viſâ Ethnicorum qvæ Athenis erat ara *Ignoto Deo* conſecrata, illam aptè propoſito ſuo applicuit ac inde anſam arripuit, de rebus vere Divinis diſſerendi, ac ſemina Religionis Chriſtianæ feliciter ſpargendi. Aptè & concinne è vivis Iſraëlis fontibus ſingula derivas, ut vix credam qvenqvam fore, qvi jure qvidqvam deſiderare poſſit, qvod ad vitam piè tranſigendam reqviratur. Ex te jam diſcat divinorum beneficiorum audaculus contemptor, nobile hoc ſubjectum dignum eſſe in qvo bonas horas collocet is, qvi literas, qvi honeſtatem, qvi pietatem amat. At à Rege aliqvo Chriſtiano elaboratum ut credam hoc cornu nondum mihi perſvadere valeo.

Vi-

Videmus primitivæ Eccleſiæ patres, nullam plane miſiſſe occaſionem, qva Chriſti meritum ac paſſionem, nequirent, rudium animis inſinuarent, vel crucis ſigno, v SU nomine, vel aliis ejusmodi. *De Labaro Conſtantini* ali ejus generis nihil dicam. Cornua animalium, quibus p adminiſtrabant majores noſtri, ejusmodi notis inſignita in n meo nuper apud me vidiſti, & qvidni horum veſtigium al in aureo hoc reliqviſſent? characteribus in eo extantibu tam fidei articulos, quam mores hominum informare ac ſtupenda monſtroſaque eo ſæculo graſſantia redarguere v Autorem facilis largior. In eo enim adeo operoſos fuiſſe E corum multos, ut Chriſtianis vix ceſſerint, quis ignorat? ſule Stoïcos, *Epictetum*, *Senecam*, aliosque ejus ſectæ, in q vix qvicqvam præter veram in Chriſtum fidem deſiderabis. tamen qvisqvam exinde, qvod præcepta tradiderint. honeſt civili conſervationi congrua, Chriſtianos fuiſſe collegerit. dices, exactè ſacris literis congruere dogmata, qvæ ex hiſce blematis eruuntur, ut ex iis planè deſumta fuiſſe fateri nec habeamus. In aliis profanis picturis idem experiri ſi qvi lit, rarum erit ſi non ingenioſæ ſe accommodaverint appli ni. Tentarunt id in *Ovidij metamorphoſi* qvidam, non ſin ceſſu; adeo ut integras hiſtorias ſacras ex ejus elicuerint fal Inde tamen *Naſonem* Chriſtianis ſacris initiatum fuiſſe facile dixerit. Qvin nec per Ænigmata & Hieroglyphic cendi modum, priſcis patribus Chriſtianis, in uſu fuiſſe ani vertimus. Planam, perſpicuam & cujusvis captui apta qvirebant methodum, quâ ab omni fermè humanitate al Chriſtum inſinuarent crucifixum ac ſecundum ejus norma vendi leges traderent. A qua qvantum hæc diſtet, novit i in hoc pulvere deſudavit. Oedipo certe opus foret perp qvi quotiescunque hoc cornu in uſum venit, ex ejus ſigill gumenta depromeret valida, ad animos percellendos, ac à rum cœno in virtutis ſemitam pertrahendos. Conjecturis qv hic agimus; ſed quo probabiliores eo firmiores ac ponderis joris.

Interim largimur faciles, ut ex ſtercore *Ennii* marg collegit *Maro*; ita ex profanis, divinis conſona duci poſſ gmata non ſine maximo vulgi emolumento. In hoc cum fel adeo deſudaſſe te videam, ut vix alter palmam tibi ſit præ

t, gratulor, utque pias haſce meditationes in Chriſti gloriam pietatis apud nos incrementum pluribus communes facias, rtor. Mihi meisque conatibus tantum abeſt adverſari ut putem, potius de ſuavi conſenſu gaudeam; inprimis qvod ſcopum eum aſſecutum me jam videam, qvo præclaris ingeniis de no- li hoc ſubjecto ulterius cogitandi occaſionem præbere allabo- ıvi. Vale & vive Eccleſiæ bono. Hafniæ Idib. Nov. Anni I.DC.XLIII.

## *DCCCXXXIV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Chriſtophoro Joannis.*

*vum.*

QVæ miſiſti Muſei mei ornamenta, gratiſſima mihi fuere. Miror, ubinam locorum tantam copiam Lapidis, quem *mbriam* vocant Phyſici, inveneris. Sparſim hinc inde unum t alterum conqviſitum obtineo, ſed in tanta copia uspiam in ntum non memini. Percuperem igitur locum à te deſignari, in proximis ad me perſcribi, ubi collegeris, ut ejus in Hiſtoria ea mentio fieri poſſit grata. Poroſum illud ac molle os, qvod artæ ſeparatim incluſum erat, Sepiæ piſcis eſt, aurifabris no- ſſimum; eo enim ad opera ſua polienda, & formas ſeu matri- s conficiendas, utuntur. Ad dentifricia in uſus venit Medicos. on igitur ſperma eſt Ceti, ut tu putas. Qvas tu vocas ceti ſqua- as, teſtæ ſunt obſtrearum; cetacea namqve corio teguntur ni, ſqvamis deſtituto, ut Delphini ejusque generis alii piſces. tui memoriam hæc tenebo, nec unquam ſine induſtriæ tuæ & me propenſi animi teſtimonio demonſtrabuntur. Siqvid ejus neris alibi occurrat, colligere perge, & me beneficio beabis ata mente recompenſando. De meo in Te affectu ſecurum lane te eſſe jubeo. Vale. 10. Novembr. 1643.

*Diſputationis* meæ mitto exemplum.

*DCCCXXXV.*

## DCCCXXXV.

# OLAUS WORMIUS
## *Chriſtophoro Joannis.*

*Soram.*

PErplacet topographia tranſmiſſa tractus iſtius, ubi copioſe adeo reperiuntur Ombrii dicti lapides, nec te in nominis etymo falli arbitror; ita enim Helſingora, Corſora aliæque apud nos civitates nomina à ſitu obtinuerunt, ſed dolendum, quod lapidem, panem triticeum & anatem referentem non una cum reliqvis aſſervaveris, ac ſilicis nigræ & omni ex parte rotundæ, ut ais, tibi cura fuerit nulla. Prima enim ſpecies Ætitis eſt à me in Hiſtoria Muſei mei eodem in capite delineata; plerumque calimum ſeu alium lapillum in ſe continere ſolet, qvi concuſſus qvandoque reſonare ſolet, qvandoque non; foramine præterea dotatur exiguo, per quod ſtylum ſi immiſeris, cretacei materia erumpere ſolet. Si igitur facultas detur, fac eorum copiam habeamus, ut & materiæ, quæ ochram colore refert. Non mirum, oſtrearum conchas ibidem reperiri, cum non dubitem, qvin ſaxis adhærentes etiam vivæ caperentur, ſi diligentius inveſtigarentur. Sinubus enim marinis gaudent, & jam altero à Roſchildia lapide in pari ſinu captant copioſe ruſtici, ac ad nos venum exportant. Lucium, percam aliosque ejus generis fluviatiles piſces ibidem capi, facile crediderim; ejus enim ſunt naturæ, ut mare ſubintrent verno tempore, ut fœtus ſuos melius excludant; aqua enim moderate ſalſa æque delectantur ac dulci. Sic prope Neſtvedam qvotannis ad oſtium maris copioſe capiuntur; & ex Germania huc ad nos ſingulis annis in navibus pertuſis, qvibus marina copioſe intrat aqva, deferuntur iidem piſces. Si *Geſnerum*, *Aldrovandum* aliosqve, qvi de hiſce ſcripſerunt, perluſtraveris, hæc ab eorum natura non abludere videbis. Felicem adeo in pangendis carminibus venam tibi gratulor, forſan tibi olim uſui futuram. Vale, & ut ſoles, ama. Haſn. 26. Nov. 1643.

DCCCXXXVI.

## *DCCCXXXVI.*

### Mto. Illre. ed Eccmo. Sigre.

Il Corno d'oro illuſtrato da V. S. Eccellentiſſ. con eruditioni così pellegrine mi diede occaſione d'abbellire la mia *Sferza Poëtica* col ſuo riveritiſſimo nome. Hò penſato perciò inviargle-ne copia con l' occaſione d'alcuni di queſti Signori, che partendoſi di Padoua tornano a ripatriare. E un' opera ſcritta da me nell' età di ventitre anni, che non hà altro di buono, che l' ornamento che ſi lege in fronte a ciaſcum capitolo, cioè li nomi di tanti letteratiſſimi ingegni, e particolarmente quello di V. S. Eccellentiſſ. e de' Signori ſuoi compatrioti. La ſupplico ad ogni modo à riceuere col libro la mia ſervitù vivendo ambitioſiſſimo d' inſinuarmi nella ſua gratia. Che non eſſendo queſta mia per altro, le bacio affettuoſamente la mano. Di Venetia li 3. febraro 1644.

D. V. S. Mto. Illre. ed Eccma

Servitore divmo.

Frà ANGELICO APROSIO VINTIMIGLIA Agoſtiniano.

*Al Mto. Illre & Eccmo Sigre e Padne. ottmo Il Sigre. Dottore Olao Wormio.*

*Copenhagen.*

## *DCCCXXXVII.*

### Molt'Illre. ed Eccmo Signore.

Con l' occaſione d' alcuni gentilhuomini di coteſte parti, che di Padova vengono a ripatriare, inviai a V. S. Eccelentiſſma una mia operetta intitolata *La Sferza Poëtica*, nella qvale haverà trouato regiſtrato il ſuo nome, & un' elogio d' un mio amico ſopra il ſuo libro de *CORNU AUREO*. Jo però non hò ancora riceuuto riſpoſta alcuna, ne me ne maraviglio, perche

perche *magnum chaos eſt inter nos*, & *vos*. Hora che mi ſi preſenta un' altra occaſione, vengo di nuovo a riverirla per maggiormente inſinuarle la mia ſervitù, e confermarglela. Capitorno li menſi paſſati li MONUMENTI DANICI, ed un' altro libro de LINGVA GETICA, opere di V. S. Eccelentiſſ. li quali ſono di grandiſſimo ornamento alla mia Biblioteca, li quali furono ſubitamente da me divorati, e comendati a gli Amici: e prego il Signore d' haver fortuna di vedere i FASTI DANICI, e le Note in Εργα καὶ Ημέρας d' Heſiodo, e tutte le altre opere, che ſono uſcite dal ſuo ingegno ſublime, dalle quali ſon ſicuro d' eſſer per cavare molte coſe per ornamento delle mie opere. Sto compilando un' opera *de gli Scrittori illuſtri d' Italia*, della quale mando l' incluſo frontiſpicio. Sono ſtate inviate al *Molthenio* alcune mie operette, che ſono il *Vaglio Critico* ſotto nome di *Maſoto Galiſtoni*: il *Buratto*, ſotto nome di *Carolo Galiſtoni*; *L' Occhiale Stritolato*, ſotto nome di *Scipio Glareano*: e la *Sferza Poetica* ſotto nome di *Sapricio Saprici*. Tra pochi giorni ſi ſtamparà il *VERATRO*, e con qualche occaſione opportuna glie lo farò capitare. Intanto V. S. Eccellentiſſ. ſappia che hà in Italia multi, che vivono divotiſſimi alla ſua virtù, e che io non ſono de gli ultimi, come potra conoſcere della *Sferza Poëtica*, che perciò, ſe me conoſce atto à poterla ſervire, la ſupplico a comandarmi, mentre per fine reſto

Di V. S. M. Illre. ed Eccma.

prontmo. e certiſſimo Servitore

Venetia li 12. Maggio 1644.

Frà ANGELICO APROSIO VINTIMIGLIA.

*Al Mto. Illre. & Eccmo. Sigre. Sigre e Padne otto.*
*Il Signore Dottore Olao Wormio.*

*Copenhagen.*

## DCCCXXXVIII.

## *DCCCXXXVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Fr. Angelico Aproſio Vintimigliæ.*

BInas tuas, anno præterito ad me datas, ſimul ferme accepi, VII. ſc. & Calendarum Julii hujus anni, qvarum qvas *Bartholinus* attulit, adjunctam habuere elegantiſſimam tuam *Scutitam* Poëticam, qva à *Stigliano* operi *Marini* adſperſos docte excutis ſcrupos. Ut pro eleganti transmiſſo Opere gratias ago maximas, ita plures debeo, quod me in eo non ſolum peculiari Epiſtola arbitrum dubiorum qvorundam conſtituas, ſed & de *Aureo Cornu* meditationes meas elogio tam erudito, tam polito ornare haud ſis dedignatus. Agnoſco affectum benevolum, qvem reciproca amoris & benevolentiæ conteſtatione ni exciperem, nomen inter eos, qui literas amant, haud mererer. Cæterum Muſis gratulor politioribus, qvibus indies tam acres, tam ſinceri ſuccreſcunt vindices, inter qvos Tibi non immerito locum cedunt noſtri ævi Literatores haud pauci. Qvis enim inſtitutum tuum non approbet ſummè, qvo Viros de Republica literaria bene meritos mortalitati eximis, & Zoilos aliaqve eorum famæ inſidiantia monſtra potenter reprimis, virtutique ſuus ut conſtet honos, ſtrenue allaboras? Perge, Vir Clariſſime, æternis ingenii monumentis & tibi & aliis de literis bene meritis trophæa erigere; hac enim itur ad aſtra. Tibi in templo virtutis parata vides gloriæ & honoris præmia. Me verò, inferioris licet ſubſellii tyronem, tuis conatibus ſincere favere, certo ſtatues. Nihil certe mihi gratius foret, quàm tecum à me elaborata communicare, aſt locorum diſtantia & eorum, qui noſtra curare deberent, partim difficultas, partim penuria me retrahit. Si tamen per Studioſos, ad Vos euntes, qvid temporis progreſſu curari poſſit, faxo voluntatem ut haud deſideres. Interim vale, & favere perge. Hafn. VII. Iduum Jul. CIↃ IↃCXLV.

DCCCXXXIX.

## DCCCXXXIX.

## Clariſſime atque Excellentiſſime Vir, maximé colende.

LIteræ tuæ, Vir præſtantiſſime, dum â me minus exſpectabantur, curante Excellentiſſimo *Joanne Rhodio*, heri ad me delatæ fuerunt. Qvam gratæ extiterint, ipſe poteris conjectare. Eccuinam non forent gratiſſimæ, cum ſint tanti Viri, & tam humanisſimi? Eas pluribus abhinc menſibus exſpectabam, conficiebarque mœrore fruſtra exſpectando. Meos luſus in *Stilianum* tibi non diſplicuiſſe lætor: gratulorqve mihi, in his ſcribendis non laceraviſſe dies. Dum placent tibi, aliis non placere non poterunt. Menſibus elapſis prodiit in lucem pars ſecunda VERATRI adverſus eundemmet *Stilianum*. Aliqua exemplaria conſobrino Excell. *Thomæ Bartholini* conſignavi, ut ea & tibi, & aliis amicis meis exhiberet. Nunc præla ſudant in excudendo *Rinaldi Clypeo*, opuſculo Italico ſermone conſcripto adverſus Luxum & Luxus ſectatores, quod amicorum quamplurimi non ingratum futurum confidunt. Caput ejusdem, in quo quæritur, *an Capillorum longitudo fœminas deceat*, *Fuirenio* noſtro inſcripſi, *Jacobus Hertzius* Bibliopola amicorum exemplaria curabit ad *Moltkenium* mittenda. Vos ex ipſo accipietis. Cætera tua non eſt cur labores ad me transmittere. Jam â Bibliopolis *Monumenta Danica*, *Faſtos*, & *Literaturam Runicam* comparavi: *Heſiodum* invenire non potui, non tamen abs te petoque vale, & quem cœpiſti, amare perge. Venetiis IIX. Idus Novemb. CIƆ IƆC XLV.

Tibi dicatisſimus

Fr. ANGELICUS APROSIUS VINTIMIGLIA
Ordinis Eremitarum S. Auguſtini

*Clarisſimo ac Præſtantisſimo Viro Domino Olao Wormio, Patrono plurimum honorando.*

*Hafniam.*

DCCCXL.

## DCCCXL.

# OLAUS WORMIUS

## *Fr. Angelico Aproſio Vintimiglia*

X amiciſſimis tuis, tibi non ingratum fuiſſe, intellexi, quod ſeria tua incultis meis interturbare non dubitaverim. Si- um certe rupit tam amicus in me affectus, publico ſcripto ordini literario indicatus, in qvo jucunditas cum eruditione ertare mihi videtur, ut, quoties mellitas tuas ad Amicos epiſtolas, neſcio, dictionis elegantiam & acumen, an re- pondera magis mirer, adeo ut deſiderium reliqva, qvæ nu- e tua prodiere officina, videndi excitent non mediocre. *Clype-* tuum, ſpero, nos brevi habituros; nondum enim ad nos re- : *Thomas Bartholinus* ejusqve conſobrinus. Ni loci tanta ob- :t intercapedo, tabellionumque difficultas impediret, cre- ra inter nos literarum commercia ſperarem; per *Hertzium* s veſtrum tarde admodum curantur utrinque exſpectata. *dum*, quem qværis. non invenies; Francofurtum enim mi- te annos aliqvot, ſed, mortuo typographo, qui operam ex- :ndi condixit, periit & liber. Feſſus jam quotidianis labo- s, Tibi aliisque præclaris ingeniis ſcribendi lampada trado, ue qvieti, quantum poſſum, compono, bonorum interim rem privatis literis aucupandi ſtudium non niſi cum ſpiritu ſiturus. *Bartholus* noſter, qvi cathedram Eloquentiæ apud jam occupavit, officioſe viciſſim te ſalutat, & credo, eum id jam præſtitiſſe. Vale, Vir Reverende, &, ut cœpiſti, fa- perge. Hafn. 4. Id. Mart. 1646.

## DCCCXLI.

## *M^to Ill^re & Ecc^mo Sig^re e Pro^ne oſſ^mo*

Ualcunque volta mi giongono lettere di V. S. Eccellentiſſ. ſento allegrezza ſi grande, che non sò ſe fuſſe tale, ſe ceveſſe di mio Padre, che gia ſono vent' anni fece paſſagio ueſta all' altra vita. Mà come può eſſere altrimenti, men- :orgo tant' affetto verſo la mia perſona, conoſciuta per la lice relatione d' amici, e per quelle poche coſuccie, che per

fuggir l'otio mi ſono uſcite di mente, e publicate per mezzo delle ſtampe, più toſto per compiacer gli amici, che per ſecondare il mio Genio? L' affetto che mi porta, è parto della ſua gentilezza, che ſi muove ad amare etiandio quelle coſe, che non ſon degne d' amore. Vuole imitare in ciò la divina bontà, che ci ama non per la noſtra, mà per la propria bontà. Sarei ingrato, ſe non glie ne rendeſſi la pariglia; e già che Amore è premio d' Amore, ſono obligato ad amarla. Conſegnai due copie del mio *Specchio del Diſinganno* all Eccell. *Rhodio*, accioche n' inviaſſe una a' V. S. Eccellentiſſima e l' altro al noſtro gentiliſſimo Signore *Tommaſo Bartholini*: e credo che di già ſaranno incaminate. E opera ſcritta contro la MODA, o per dir meglio contro i coſtumi effeminati, che deturpano il Mondo. Seguira appreſſo la *Grillaja diſchiuſa* (*Cavea Grillorum reſerata*) contro le male operationi de' Chriſtiani, che non hanno di Chriſtiano altro, che l nome: ſe ben ſò, che *canimus ſurdis*. Mi pare ridotto il Mundo a ſtato piggiore, che a tempo di Noè, perche ciaſcuno fà d' ogn' herba faſcio: e chi dovrebbe eſſer migliore, è più peſſimo. Mà non più di ciò. Il Signore *Gio. Jacomo Hertz* m' hà datta l' anneſſa per il *Moltkenio*, la raccomando perciò alla ſua diligenza. Se doverà mandar libri, e gli piacerà d' honorarmi delli ſuoi Schediaſmi ſopra la Medicina, li vederò volentieri, e gli darò quel luogo, che meritano nella mia Libraria, nella quale ſi conſervano libri d' ogni profeſſione. Rendo poi duplicato il ſalute all' Eccellentiſſimo Signore *Bartholo* noſtro, e ſaluto per infinite volte gl' Eccellentiſſimi Signori *Thommaſo* ſuo fratello, e Signore *Fiuren*, che alla ricevuta di queſta penſo ſaranno giunti alla Patria; e reſto

Cord^mo^. amico e part^mo^. Servitore

Venetia li 24. Settembre 1646.

Frà ANGELICO APROSIO
VINTIMIGLIA
Agoſtiniano.

*Clariſſimo atque Integerrimo Viro Dn. Olao Worm, Medico ac Philoſopho doctiſſimo. Hafniam.*

DCGCXLII.

DCCCXLII.

Mto. Illre. & Eccmo. Sigre. e Prne. oſſmo.

SOno paſſati molti meſi, che V. S. Eccellentiſſ. non haverà vedute mie lettere, e forſe ſi ſarà data a credere, che io habbia andata in oblivione la noſtra amicitia: Mà non è così. L' eſſere, da non sò che tempo in quà, ſtato occupatiſſimo hà cagionato un sì lungo ſilentio. Penſava ſcrivere fino il Carnovale paſſato; mà convenendomi all' improviſo partire per Lubiana Metropoli della Carniola, a predicare la Quareſima, non mi permeſſe il farlo. Ritornato dopo Paſqua in Venetia mi ci trattenni tanto poco, che apena hebbi tempo di ſcriuere all' Eccellentiſſimo *Rhodio*, che io mi partiva. Partì dunque con penſiero di paſſare à Roma, indi a Napoli; mà creſciuti i caldi mentre mi ritrovava in Bologna, mutai penſiero, e venni a trattenermi in Piacenza fino che cominci a rinfreſcare. Tra un meſe penſo di proſeguire il viaggio tralaſſato verſo le dette Città, finito il quale piacendo, a Dio andarò alla volta di Genova per rimpattriare. E un gran peſſo, che io conſegnai all' Eccellentiſſ. *Rhodio* una copia del mio *Scudo di Rinaldi* per V. S. Eccellentiſſima, e penſo l' haverà ricevuta; per queſt' iſteſſo ordinario ſcrivo a Venetia, che gli ſia conſegnata la prima parte del mio *Veratro*, ultimamente ſtampata. So che dalla mia penna non eſſe coſa degna di comparirle inanzi; mà non ignoro, che la ſua gentilezza compatiſca le mie. imperfettioni. Riveriſce per fine gli Eccellentiſſimi *Bartholini*, e *Fuirenio*, e bacio à V. S. Eccellentiſſima affett. la mano, Di Piacenza li 15. Luglio 1647.

D. V. S. Mto. Illre. & Eccma.

Partmo. amico e ſviſceratiſſimo Servitore

Frat. ANGELICO APROSIO VINTIMIGLIA

Agoſtiniano.

*Al Mto. Illre. & Eccmo. Sigre. Il Signore Dottore Olao Wormio.*

*Copenhagen.*

 DCCCXLIII.

## DCCCXLIII.

# OLAUS WORMIUS

## *V. C. Gabrieli Naudæo, Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini Bibliothecario.*

*Pariſios.*

### Vir Clariſſime, decus literatorum noſtri ſeculi eximium.

MIrabere procul dubio, quî ignotus ego, Te Virum celeberrimum & gravioribus occupatum curis, incomptis hiſce avocare & ſalutare auſim. Verum inſignis tua humanitas, rara eruditione exculta, a *Rhodio* meo aliquoties, nunc verò ab Illuſtriſſimo Chriſtianiſſimi Regis Legato Dn. *Thuillerio*, fautore meo inſigni, non ſolum deprædicata, ſed & documentis evidentibus demonſtrata, efficit, ut omnibus pudoris excusſis repagulis, audacius compellare te non verear. Ut primum enim manum tuam oſtendiſſet Illuſtrium ille Virorum humaniſſimus ac prudentiſſimus, qua non ſolum meam aliquantulum requiris operam, ſed etiam laboribus a me exantlatis pretium haud leve ſtatuere videris, contínere me non potui, quin pro tam amico affectu gratias agerem, meamque porro opellam, ſi qua in re amico gratificari poſſem, offerrem promtiſſimam. Cæterum libros quod ſpectat, hic comparandos, ſiquidem in eo opera mea uti placuit Illuſtriſſimo Dn. Legato, eos procuravi, quos habere licuit, etiam ê rarioribus quosdam. Literaturâ vero Runicâ exarati rariſſimè occurrunt, eo quod exteri qui prima Religionis Chriſtianæ apud nos ſparſerunt ſemina, cum noſtrorum characterum eſſent planè rudes, ne duplici fatigarentur labore, & hos diſcendi & populum docendi, eos abrogare totis viribus ſint conati, ſuſpectos Magiæ reddidere, & credulis ſine impietatis nota libros iis conſcriptos tractari non poſſe perſuaſerunt. Hinc ad rogum damnarunt, ac in eorum locum ſuos, id eſt, hodiernos, ſubſtituerunt. Hac de cauſa rari adeo apud nos ſunt Codices, qui hanc literaturam exhibent, ut duos ſaltem ejus generis vidiſſe me meminerim, ex quibus plurima, quæ in noſtris occurrunt operibus, ſunt

ſunt deprompta. Alii antiquiſſimi MSS. paragraphos quosdam his literis quandoque exhibent, ſed & hoc rarum valde. Doleo igitur exſpectationi veſtræ in hoc genere ſatisfacere me non poſſe. Ut verò voluntatem agnoſcatis promptam, ex meis Archivis *Codicem Legum Iſlandicarum* in membrana exaratum mitto, ac Bibliothecæ Eminentiſſimi Domini Cardinalis, una cum *Calendario*, dico ac conſecro. Munus externâ facie incomptum ac horridum, rarum tamen, & mihi labore non levi comparatum. In cujus fabrica mutare nihil volui, ut quam polita majorum noſtrorum fuerint volumina, ex quibus antiquitatum noſtrarum monumenta haurienda ſint, videatis. Boni, quæſo, conſulite, & Wormio, ad quævis Vobis paratiſſimo, favere pergite. Vale. Hafn. 18. Decembr. 1644.

## *DCCCXLIV.*

### Eruditiſſimo *D. Olao Wormio*, Medico Conſultiſſimo & Philologorum Principi meritiſſimo

### GABRIEL NAUDÆUS

### S. P. D.

*Hafniam.*

EGregia tua & in Patriam, & in Remp. Literariam merita, doctiſſime *Wormi*, ſi quis eſt hoc tempore qui perſpecta & explorata non habeat, ipſum profectò in rerum omnium præſtantiſſimarum ignoratione verſari fatendum eſt. Qvarum in numerum ſi quis raram doctrinam, & in Lingvis ac rebus deperditis fortunatiſſimo conatu reſtituendis induſtriam tuam non referat, is omninò nec labores Academicos æſtimare pro ſingulorum valore, nec difficultatem, qvæ in nonnullis major quam in quibusdam aliis occurrit, intelligere, meo judicio videri debet. Et vero licet mihi, inter Literatos iſtius ſeculi capite tantum cenſo, tribuere quicquam quod vulgare & plebejum non ſit, nec poſſim nec debeam, adeò tamen rudi & infelici Genio mancipatus non ſum, qvin aliquoties in publicis ſtudiorum theatris verſatus diſtingvere inter illos poſſim, quos

orcheſta populo ſpectandos exhibet, & tot alios, qui in angulis & gradibus infimis conſpiciuntur. Te verò, celeberrime Wormi, velut unum ex paucis illis, qui in orcheſtra ſedent, & amavi ſemper, & tacita veneratione ſuſpexi: nec ad *Rhodium* modo, Virum illum, in cujus pectore probitas & doctrina ſacrarium ſibi poſuere, ſed ad omnes alios, quibuscum mihi de te loquendi occaſio ſeſe obtulit, qua præſens verbis aut abſens literis eô ſemper modo de ſtudiis & lucubrationibus tuis mentionem feci, ut â quoquam alio nec verior nec honorificentior fieri potuerit. Elucet enim in tuis libris novitas gratiſſima, obſervationes raræ & æquali cum fide ac diligentia expenſæ. Felicitas in vetuſtis monumentis inveſtigandis eruderandisque mira, ſtudium in explicandis illis indefeſſum, & doctrina in ornandis ac illuſtrandis tanta, ut quantum ab ignava plebe literis homines exculti diſtare videntur, tantum ab ipſis literatis qui jaculum nunquam ultra terminum expediunt, qvi premunt tantum aliorum orbitas & veſtigia, verbo dicam qvi langvide aut perperam aut inſulsè ſcribunt, diſtare mihi & meritò qvidem videaris. Quamobrem Fortunæ meæ acceptum fero, quòd occaſionem mihi tribuerit operam tuam, in amplificanda, Illuſtriſſimi *Thuillerii* munere, Domini mei *Cardinalis Mazarini* Bibliotheca, implorandi, Benevolentiæ verò incredibili tuæ, quod Literas ad me dare volueris, prolixæ benevolentiæ tuæ teſtes ampliſſimas; Magnificentiæ denique aut potius Megalopſychiæ, quæ in te eſt quanta olim fuit in priſcis Heroibus maxima, quod præter ſtudium & laborem in optimis codicibus conquirendis, munus etiam ex tua Bibliotheca in Juliæ noſtræ ſplendorem conferre volueris; & literis illis Runicis, quæ in tenebris, absque te fuiſſet, perpetuo jacuiſſent, exaratum *Calendarium*, ad Eminentiſſimum Dominum meum mittere. Certe acceptiſſimam illi fuiſſe egregiam hanc voluntatem tuam, non ex literis modò iſtis, quas ad te ſuo juſſu ſcribo, deprehendes, ſed dabit inſuper operam, ut effigiem ſuam in Numiſmate, quod nunc cuditur, penes te habeas, mentem etiam & eximiam in te propenſionem toties habiturus, quoties per te, ut in aliqua re gratificari tibi poſſit, dabitur occaſio. Quod vero de Librorum notis Runicis exaratorum penes vos infrequentia tuis in Literis addebas, ea ſic veritati & rationi conſentanea ſunt, ut de illis amplius inveſtigan-

gandis minimè tibi laborandum ſit. Neque profectò non eram neſcius, quando illos in indicem retuli, quàm difficile foret, me ulla diligentia tua voti mei compotem fieri, ſed juvabat tamen in re maximopere concupita temerariis conatibus aliquid indulgere, & Fortunam experiri, quæ maximo tuo beneficio plus mihi ex *Calendarii* tui dono indulſit, quam ſperare unquam ab illa auſus fuiſſem. Spectabitur ergo Runicæ Lingvæ monumentum iſtud ultimum in Bibliotheca Julia & infra repoſitos Sinenſes, Arabicos, Græcos, aliisque variis linqvis exaratos Codices, quos in illam ſubinde congero, fulgore ſuo prægravabit. Neque per te ſtabit, qvin omnium, qvi Bibliothecis ſelectiſſimorum librorum delectu inſtruendis â Principibus Viris præfecti ſunt, hoc munere tuo videri poſſim fortunatiſſimus. Qvamobrem exiſtimes velim, Humaniſſime Wormi, me tibi ex animo devinctum fore in poſterum, neque commiſſurum unquam, ut inter alios, qui tibi obſeqvia ſua devoverunt, me ſive paratiorem habeas aliquem, aut qui melius doctrinæ humanitatisque magnitudinem intelligat. Quas in te virtutes ut antea propter ſe tantum & amavi & colui maximè, nunc demum officiis quoque tuis provocatus, ſuſpicere majorem adhuc in modum & mirari non deſinam. Vale. Dabam Pariſiis X. Kalend. April. MDCXLV.

## *DCCCXLV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Abbati Gabrieli Naudæo.*

*Pariſios.*

DUdum ad amiciſſimas tuas reſpondiſſem, niſi ex Illuſtriſſ. Legato *de Thuillerie* intellexiſſem Te Italiam petiiſſe, nec ante ejus in Gallias reditum reverſurum. Occaſionem igitur ſcribendi meliorem captare haud licuit, quam cum Illuſtriſſimo hoc Viro, cui fortunas & pacem, poſt Deum, debemus, Tui nominis ſtudioſiſſimo, meo vero fautore ſingulari. Credo certe tantum Virum cœleſti beneficio nobis miſſum, isque non ſine inſigni labore ac valetudinis diſpendio exacerbatos utriusque animos tanta felicitate lenivit, ut pars utraque nunc habeant

beant, quo ſibi de ejus dexteritate gratuletur. Cæterum pro tam prolixo tuo in me affectu non poſſum non ſummopere gratias agere, & quamvis tam humanum de meis conatibus à paucis exſpectem judicium, mihi tamen ſuffecerit vel unico *Naudæo*, tantæ celebritatis tamque exacti judicii Viro, probari operam, tentatam certe â paucis, â nemine hucusque deductam. In primis verò mihi gratulor, quod Eminentiſſimo Domino Cardinali quidpiam per me gratum obtigerit. Tanti Principis mihi ut porro ſervem gratiam, mitto per Dn. Legatum, præter *Leges Iſlandicas* in membrana exaratas, & *Calendarium* medii ævi apud nos, (de quibus alias ad te ſcripſi,) etiam in ligno literis Runicis exaratos eosdem *Fuſtos*, quos *libro ſecundo Faſtorum Danic. cap.* 3. deſcripſi, operamque porrò meam in conquirendis ejus generis pluribus addico, ſi grata hæc Eminentiſſimo Dn. Cardinali fore intellexero. Jam Iſlandum conduximus juvenem, qui juxta meum exemplar *Eddam* deſcribat & in lingvam vertat Latinam, cum liber ſit rariſſimus intellectuque difficillimus, nec facile ejus haberi queat antiquum MS. Promiſſam Dn. Cardinalis effigiem oſculari ſi detur, eam tanquam favoris & benevolentiæ inſignem arrham, inter rara mea condam, & quibus poſſim modis, tantam munificentiam venerari ſubmiſſe allaborabo. De ſuo interim ſecurus amore, officia defero quam paratiſſima. Vale. Menſ. Nov. 1645.

## *DCCCXLVI.*

Clariſſimo Viro Domino

*D. Olao Wormio,*

Medico & Hiſtorico Celeberrimo

GABR. NAUDÆUS

S. P. D.

*Hafniam.*

PRomiſſum tibi, ni fallor, ante triennium Numiſma quoddam aureum Regis Chriſtianiſſimi, ſimulque machinulam hora-

horariam ex earum genere, quæ penes nos majorem ab Artificis induſtria, quam à materiæ præſtantia commendationem obtinent, cum nuper Regis tui Prolegato tibi mittenda tradidiſſem, Wormi doctiſſime, nihil etiam propius fuit, quam ut ab hac ſcriptione, qua te forſitan moleſtius interpello, calamum temperarem. Tum hercle, ne pondus addere velle, mea epiſtola, nugis ejusmodi viderer, aut potius quoniam pigebat me, raptim illud facere propter moleſtiſſimas occupationes meas, quod ſaltem dicitur in ſilentii purgandi & liquidioris voluptatis, ex colloquio tecum non ita feſtinanter inſtituto percipiendæ cauſa, majori profecto verborum copia & apparatu facere debuiſſem. Verum poſtquam mihi tantum eſt in continuo Librorum delectu negotii, ut compellare te longiori epiſtola non poſſim; obſequii verò in te mei magnitudo explicari ſatis pro dignitate, quantumvis eloquenti ſilentio non poſſit: Illud tantum efficiam, quod in mandatis ab optimo Principe meo nuper accepi, ejusque nomine de officiorum, quæ tu cumulatiſſime in Bibliothecam Juliam contuliſti, gratias tibi habebo ampliſſimas, & muneris tenuitatem vel hoc nomine potiſſimum excuſare conabor. quod optime novit, te nullum fructum aut mercedem ex Laboribus tuis præſtantiorem exſpectare, quàm quæ ex bonorum opinione & ſumma in te Principum Virorum benevolentia proficiſcitur; quos tibi honeſte devincire lucrum eſt, & obſtrictos in ære tuo numerare, ſingulare laudis & gloriæ monumentum. Sanè quod ad Domini mei voluntatem attinet, eam, quoties ſeſe occaſio obtulerit, ita promptam facilemque tibi polliceor, ut me tantum ejus ſponſore, non autem parario vel monitore indigeas. Certè præclaris tuis officiis viam ad illum tibi paraſti adeo expeditam & apertam, ut eam munire velle externâ aliqua commendatione temerarii ſit, nec probe intelligentis, quo in loco tua ſit apud Principem meum exiſtimatio. Vale, Celeberrime Wormi, meque, quomodocumque voles, tanquam viro tibi addictiſſimo utere, paratum enim ad omnia ſemper invenies. Dabam Lutetiæ V. Non Mart. MDCXLVIII.

## DCCCXLVII.

# JO. CASP. BAUHINUS

## D. Olao Wormio.

## Vir Clariſſime & Excellentiſſime,

ADſum ad te ſcripto, qui amicitiam paternam affectu integerrimo ſemper conſervavi. Indicem ejus dare hactenus non licuit. Jam verò *Caſparus Bartholinus*, Celeberrimi Patris haud degener filius, mihi de ſalute veſtra percontanti anſam porrigit, hiſce, quod pridem animo geſſi, expromere: nempe eundem mihi in vos affectum, qui patri, reciprocam benevolentiam veſtram rogatum venire. Certus ſis, V. CL. ſi modò ei ex voto declarando occaſio ſit, nullum in me unquam ſtudium ac officium paſſurum deſiderari. Vale. Baſileæ a. d. V. Idus Junii CIↃ IↃCXLIV.

## DCCCXLVIII.

# JANUS DOLMERUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

EXcellentiſſime Dn. Doctor, Fautor & Amice integerrime. Extabuere nunc morbilli *Gyldenlöwii* noſtri, nullas cicatrices, exigua tantum macularum veſtigia relinquentes. Non deſino, ad præſcriptum Dn. Doctoris, oleum, quod ex amygdalis recens expreſſimus, maculatæ faciei illinere. Firma autem noſter ſatis eſt valetudine, & impatienter tantum fert, ſe ſalvum ac validum intra cubiculi clauſtra contineri. Unicum ejus votum eſt, in apricum prodire, quod inſtanti feſto abſque omni periculo concedi poſſe exiſtimo. Præter privatum gaudium meum ob recuperatam ei priſtinam ſanitatem, publicum quoque apud nos excitavit, magnum illud ac inſigne prælii navalis a Sereniſſ. Rege noſtro commisſi exemplum. Opus quidem eſt paucarum horum, ſed ævi omnis ac ingeniorum omnium

ium argumentum; &, ſi majorum acta aut omnem annam noſtrorum fidem replicemus, vix quicquam reperiemus jori virtute & felicitate ab ullo Daniæ Rege mari geſtum.

Conſervet Deus, exercituum Dominus, hunc generoſum ertatis noſtræ vindicem, ac vires Majeſtati ejus ſufficiat, de rfidis hoſtibus jugiter ac fortiter triumphandi. Vale, Vir mme, & mihi benigne favere perge. Scribebam feſtinanter ræ 6. Junii 1644.

CL. Dn. Doctor ſalvebit plurimum à *Gyldenlöwio* noſtro.

## *DCCCXLIX.*

# OLAUS WORMIUS

### *M. Johanni Dolmero.*

TAm feliciter nobis ceſſiſſe curam *Güldenlovii* noſtri, vehementer gaudeo. Mater dudum reſtituta fuiſſet, niſi aſi lue perrexiſſet, ejulatibus & planctibus ruentem ad artus huorem irritare; ſed brevi eam convalituram (ſi ſanis obtemeraverit conſiliis) ſpero. Non eſt, quod ulterius pergas faem illinere; naturæ totum committe; ipſa, quod reliquum t, præſtabit. Jam quoque paulatim aëri liberiori ſe committre valet, modo lente & pedetentim fiat. Legatus Imperatos nuper, cum Muſeum meum luſtraret, arcu illud ditavit ythico eleganti. Pharetram & ſagittas memini me hic in Ar Hafnienſi apud Nobiliſſimum *Uldaricum* tuum vidiſſe; eas modo ipſe non egeat) ſi huic junxerit, magno me beabit beeficio, quo Ejus memoriam inter tot rara gratus colam. Va, & Amicos omnes officioſe ſaluta. Hafn. 10. Jun. 1644.

## *DCCCL.*

# D. WILHELMUS LYSERUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

ETſi pleraque omnia, quæ hinc ad vos perferri poſſint, in Dn. *Motsveldii* literis procul dubio contineantur; mei tamen

men officii eſſe duxi, & haſce jungere. Verum tamen, proh dolor! non niſi querulas poſſum mittere literas: alia enim vix ſeſe offerunt ad ſcribendum, quam calamitates publicæ & communes: harum vero tanta & tam copioſa exſurgit materia, ut ubi initium vel finis ſcribendi faciendus ſit, omnino ignorem. Nempe hoc unicum reſtabat, ad faſtigium miſeriis noſtris imponendum, ut rebus ſic periculosè ſtantibus, EccleſiarumScholarumque miniſtris extorribus, omnia halcyonia per hoc novum bellum denegentur. Tantorum malorum auctores Deus aut convertat, ſi corrigi poſſunt, aut evertat! Interea DEUS & vobis & nobis tantum qvietis concedat, ut ſtudia illa atque artes, quæ qvietem ament, porrò pertractare poſſimus. Quo nomine perqvam gratum fuit videre *Catalogum Horti Regii*; cumque ſciam T. Excell. apud Dn. *D. Sperlingium* Botanicum Regium multum poſſe; Egoque jam in eo laborem, ut Hortum Medicum, quem cum D. *D. Eringio*, olim Botanices Profeſſore, inchoavi, jam cum D. D. *Jeremia Bertramo* (uterque ad numerum meorum convictorum ſpectavit atque ſpectat,) porrò adornem, gratúm omnino foret, ſi aliquid de bulboſis rarioribus, per latorem harum habere poſſem, ad omnia gratitudinis officia viciſſim me offero. T. Excell. verò devotis votis divinæ protectioni commendo. Witebergæ Jun. 1644.

## DCCCLI.

# OLAUS WORMIUS

## *D. Wilhelmo Lyſtero.*

*Wittebergam.*

REbus noſtris afflictis Chriſtiana conſolatione aſſiſtere quod ſatagatis, eſt qvod pietatem veſtram & benevolentiam grati agnoſcamus. Nec dubitamus, quin Deus Optimus Maximus tot bonorum votis & ſuſpiriis fatigatus, opem ſit laturus exſpectatam; eoque magis ſpe erigimur optima, quod Divinum auxilium præſentiſſimum experti ſimus non ſemel tam in triplici navali prælio, quo penitus, auſpiciis Sereniſſimi Regis noſtri, claſſis Svetica, quam a Belgis conduxerant, penitus deleta & profligata, quam velitationibus plurimis, irruptione

ex

ex Fionia factis, in quibus, noſtrorum nemine ferme deſiderato, deletis hoſtium turmis quamplurimis, prædâ opimâ onuſti redierunt. Nupere vero occupata Itzehoa eſt, præſidiariis omnibus aut deditis aut trucidatis, de quibus ordinariæ relationes fuſius diſſerunt. Cum *Sperlingio* de mittendis bulbis egi, ſed rerum ſuarum tenacior eſt, quam ut gratis amicis inſerviat. Si a *D. Bertramo* ipſe hoc nomine compelletur, reſponſum fortaſſis reportabit gratius. Ex meo hortulo ſemina quædam mitto, quæ ut boni conſulantur, rogo, me certe ad vota veſtra, ſiquid in mea ſit poteſtate, habituri eſtis paratum. Vale, Hafn. 20. Jun. 1644.

## DCCCLII.

# D. WILHELMUS LYSERUS

## *D. Ol. Wormio.*

*Hafniam.*

Literæ tuæ etſi multis nominibus mihi perquam gratæ eſſent, gratiſſimæ tamen fuerunt ideo, quod tam calentes ad Deum preces & vota pro pace Germaniæ continerent. Exaudiit ea Altiſſimus ita, ut jam per inducias aliqua Halcyonia obtineamus: attamen præſidiario adhuc premimur milite, moleſtiisque quæ iſtum ſequuntur. Utinam ergo plenam Deus concedat pacem, & odia Chriſtianorum in communem Turcicum convertat hoſtem, qui non Italiæ, ſed ipſi Germaniæ imminere dicitur, atque, niſi cito animi coaluerint, de omnibus æque actum erit. Viribus viriſque exhauſta Germania, facile ipſi in prædam cedet; quid vicinis inde expectandum ſit, quivis facile perſpicere poteſt.

Colloquii Thorunienſis, Jeſuitis primas tenentibus, alius, quam præcedentium, exitus eſſe non potuit. Eſt tamen, quod Deo gratias agamus, qui conatus hoſtium veritatis peſſum dedit; triumphum ante victoriam cecinerunt. Judicabit totus orbis Chriſtianus & deprehendet Jeſuiticum candorem, qui Confeſſionem noſtram, quam tamen poſtulaverant, ne audire quidem voluerunt. Vicit ergo omnino veritas: Concordia vero lucis & tenebrarum fruſtra tentatur, ſperatur fruſtra.

Vivit

Vivit apud vos fratris mei *D. Polycarpi* p. m. filius *M. Fridericus Wilhelmus Lyſerus*, quem ut Excell. V. commendatum ſibi eſſe patiatur, ſummopere peto, ſicut & *Fridericum Klingerum* atque *Chriſtianum Frölichium*: uterque ex meis ædibus ad vos conceſſit, pluresque ſequi vellent, inprimis *M. Lucas Lyſerus*, ſi commoda commorandi apud vos ei offerretur occaſio, de qua ut Excellentia V. cogitet, precibus itidem enixe contendo. A Deo vero, ut feliciſſima quævis largiatur, ità voveo! Witemb. 11. May 1646.

## *DCCCLIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *D. Wilhelmo Lyſero.*

*Wittebergam.*

GRatisſimum intellectu mihi fuit, inducias vobis obtigiſſe, quibus aliquo modo ab inſultu hoſtis vaferrimi tutiores ſitis. Utinam vobis totique Germaniæ brevi fida & germana pax reſtituatur, quo Deo tuto ſervire, pietati & optimis diſciplinis quiete vacare liceat! Nos qvidem Divino favore ea fruimur, ſed adeo lubrica, & ob vicini tricas & perfidiam infida, ut ſtabile qvid nobis polliceri vix queamus. Deus clementer omnia dirigat in ſui Nominis gloriam, Eccleſiæ & Politiæ tranquillitatem! Miror, neminem *Acta Colloquii Thorunienſis* literis conſignaſſe. Speraveram, *D. Hulſemannum* hic ſuis defuncturum eſſe partibus, inprimis cum a Jeſuitis haud parum læſum eſſe referant qvidam. Filius fratris tui, M. *Fridericus Wilhelmus Lyſerus*, honeſta apud civem primarium hujus Civitatis fungitur conditione; ſiquid a me in ejus proficiſci poſſit commodum, officiis non deero. *Fridericus Klingerus* procul dubio ipſe literis referet, quid tui cauſa præſtiterim. Huc ſi venerit *M. Lucas*, qvocumque poſſum modo, operam dabo, ei de honeſta ut proſpiciatur hic apud nos commorandi commoditate. Interea Te tuosque Divinæ protectioni commendo, atque feliciter valere jubeo. Hafn. 9. Jul. 1646.

DCCCLIV.

## DCCCLIV.

# D. WILHELMUS LYSERUS

## D. Olao Wormio.

AD gratisſimas T. Excell literas ſi non reſponderem, ingratus forem: exigunt id magna beneficia inſuper, quæ in ıeos contulit, quæque illi ſatis deprædicare nequeunt. Ego ım recompenſare ea haud valeam, Deum remuneratorem & pto & ſpondeo. Ut porro & *M. Friderico Wilhelmo Lyſero* & *riderico Clingero*, quos Hafnia veſtra jam alit, favere pergas, nixè rogo.

De Thorunienſi Colloquio altum propterea apud noſtros actenus ſilentium fuit, quod inter partes convenerat, niſi Reiá auctoritate Acta antè prodierint, per ſesquiannum ſilentium rvandum. Sed neque hoc fecerunt Calviniani, & ſub Regis omine Acta prodiiſſe dicuntur. Prodromi loco ergo iquid à Dn. D. *Hulſemanno* editum: ſed & Acta omnia & iæ ad Colloquium porro ſpectant, antequam Lipſiam iret, rfecta erant; brevi ergo lucem videbunt.

Pacis ſpe adhuc lactamur: ſub induciis, inter gravisſimas men preſſuras, Electoratus aliquantulum reſpirare incipit, lam niſi Deus benignisſime largiatur, (ab hominibus enim x ſperanda,) malorum noſtrorum finem nondum conſpicor. aleat T. Excell. quam optime, & mihi meisque favere pergat, 'ittenberg. 12. Octob. 1646.

## DCCCLV.

# OLAUS WORMIUS

## D. Wilhelmo Lyſero.

*iteberg am.*

CLarisſime Vir! Promptam tuam voluntatem, literario officio initam amicitiam continuandi, non poſſum non exiculari; in me ut nihil deſideres, quo tibi tuisque gratificari ıleam, operam vicisſim dabo. De Thorunenſi colloquio quæım ad nos delata audio, quamvis eorum nihil adhuc viderim; ındem, quem alii ejus generis Conventus hucusque habuerunt,

ruut, & habebunt ſemper, & hunc habiturum dudum omi finem. Vera hæc non videtur ratio, qua exacerbati utri conciliari posſint animi. Deus Germaniæ clementer p reſtituat, ( ut omnes conſtanter jam ominantur ) mitio poſthac animis Chriſtiani ut coëant, &, ni ſponte velint, or, ne cogat communis hoſtis, qvi illorum cervicibus imi re videtur. Nos Divino favore pace licet fruamur exo bonis tamen exhauſti pejora metuimus. Omen clemente nigniſſimus avertat Deus! Nuper hic tres ſumma in Th gia exornati ſunt laurea a Clariſſ. *D. Brochmanno. Prim pologia partis Principis Chriſtiani Wilhelmi Confutationem* l pro gradu hic diſputarunt Candidati, quam, non dubito, ad Vos alii una cum *Programmate* transmiſerint. Quod pud Vos haberi posſit catalogus rariorum, quæ Dreſd ταμείῳ Illuſtrisſimi Electoris continentur, libentisſime rem. In ea adipiſcenda operam Tua Excellentia mihi l ſi posſit, res mihi futura erit gratisſima. Vale, &, ut ſ fave. Hafn. 24. Nov. 1646.

## *DCCCLVI.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Wilhelmo Lyſero,*

*Witebergam.*

FEſtinanti Mercurio veſtro non potui non haſce ad te mittere, licet nihil nuncient, niſi quod notum, qu gubre, quodque ſcitu acerbum ac triſte utrinque eſſe p Illuſtrisſimum Principem noſtrum prope Dreſdam diem ſuum iſſe percepimus hiſce diebus: quô nuncio quantopere conſte ſit tota Dania effari nequeo, in primis Rex noſter clementiſſ qui ad reliquas ex bello nupero perceptas calamitates, etiam i decrepita ſenecta tantum vulnus excipere quod debuerit, ſu dolendum. Clementia, humanitas & reliquæ dotes magni Pri multum certe nobis de eo pollicebantur: Sed cecidit jam ſpe ſtra, & me certe privatim non leviter tangit clades, quippe c jus valetudini non ſemel præfuerim, eamque ſemper e

tus ſim benevolentiam, ut non potuerim non tam mihi quam liberis de ampliſſimo favore gratulari. Inter reliqua, antequam hinc abiret, dixit mihi ſe cum Illuſtriſſimo Electore, Socero ſuo, acturum, ut ſtudioſi noſtrates tutius apud vos ſtudiis ſuis vacare poſſent. Sed jam & illi, hoc bono privati, catervatim in Belgium & per Gallias Argentoratum tendunt, ubi quietius Muſis & ſacris Evangelicis operantur; quo quantum veſtræ decedat Academiæ, facile intelligis. Ad ſummam; tanti Principis jacturam ſentiet non Dania modo, ſed exteri, quorum paci & publicæ quieti ſumme ſtudebat. Præceſſerunt obitum ejus hic apud nos non rara omina, quibus recenſendis ſuperſedere dolor cogit. Vobis proſperiora quævis precatus, te tuamque familiam valere jubeo. Hafn. a. d. 20. Jun. 1647.

## *DCCCLVII.*

## MARCUS AURELIUS SEVERINUS THURIUS CRATHIGENA THARSIENSIS

### Clariſſimo *D. Olao Wormio*

### Regio in ampliſſima Hafniæ Academia rei Medicæ diſſertiſſimo Profeſſori S.

CUm ſingularis & unica dos illuſtris ingenuum quempiam & ſtudioſum virum ſæpenumero exornare, conſpicuumque facere viſa ſit inter obſervatores homines mortales: tua te, Olae abſolutiſſime, & numero multa, & facultate præſtantia ornamenta extollunt, ſuſpiciendumque cunctis terrarum gentibus reddunt, Ingenium, Judicium, Induſtria, Stylus, Scripta. Quorum prima vis mentis ardua quæcunque atque aliis omnibus negata conſequitur, Aquilæ videlicet ſimilis, quæ volucribus omnibus ſuperuolat, adeoque ſublimiter conſcendit, ut etiam in ſinum ſe recipere credita ſit Jovis. Cujus acuminis amore, ſtudioque permotus Sereniſs. Rex veſter ampliſſimis ac lectiſſimis quotis quibusque honoribus te decorare, in magnis habere, ac precioſiſſimis Gazæ ſuæ theſauris anteponere conſuevit: quo regnatore Sapientiſſimo, Ptolemæum Philadelphum aut ſuperante aut proxime ſaltem æquante, Dania (quod nemo

Nimirum βορμιος ρια και ορμη της Βοαρμιας π
γράψεται mihi. Sed conſilium propoſitumque ſtudioru
limium tuorum quis cenſor non fateatur incomparabile
naturam univerſam comprehendere, arcana hujus quant
abſtruſa pernoſcere, atque in numerato ſingula habere
roſa quadam animi præſtantia concepiſti, firma ſemper co
tia ſuſtinuiſti. Unde illud inſtructisſimum Muſeum tuu
jus etiamnum ad nos Italos extremos de longinqua nobi
proxime ſpectante vos Arcto, fama frequens eſt peru
Judicium præterea tuum ſubactum, atque exactum, quo
rite recteque dirimis, componis, digeris, decernis, qui
agnoſcat rerum peritus? Qvis non faciat maximi vir eru
Stylum verò, quis non commendet, a ſemetipſo perbene
mendatum? qvi gravis æque ac elegans eſt, copioſus
mus, amœnus, ut ſalibus plenus, tam autem ſecundus,
rax, ut variis commentariis tuis Principum virorum Bibl
cas compleťit; quorum, ut nouiſſimum, ita graviſſimum
re non poſſum aureum τὸ ἐξήγημα aurei cornu ex
theſauris non poſtremi, τῦ δὲ κέρατος τῆς ἀμαλ
εὐπορωτέρου, cujus quot ſunt emblemata, quot ſunt C
riæ cryptæ, tot identidem tuæ ſunt coronæ, tot lucidiſſim
læ, quibus caput tuum ornaſti, memoriam tui cœlo coll
Quam rem equidem dixi propterea, quod ſi ſtaret divus
factis honos, ſique Heroica tempora forent, juſtiſſime eſſ

ı facta quaſi ſponſione perſuaſit mihi Cl. Thomas Bartholi-
hoſpes & amicus meus officioſiſſimus. Cujus equidem in
ıra veſtiganda ſolertiam, ſtudium, induſtriam quotidiano
; experimento compertam, non ſatis tamen commemorare,
animum intendam vel confidam. Sed & promptam huma-
tem atque in eruditos viros proclivitatem tuam confirma-
: Bartholini germani fratres, magno Gaſpare generoſo digni
; comprobarunt & Fuireni tres fratres viri ſinguli ſtudioſiſ-
. qvorum virorum commune judicium & Petrus Jonas
ıriſius ἐυχαριέϛατος ἀνὴρ incliti illius Petri Severini
ɔos ex Filia ſequutus eſt. Qvos tamen omnes præivit litte-
ıræ tum ſolidioris, tum politioris Antiſtes Joannes Rhodi-
Civis honorificentiſſimus veſter. Per quorum pleroſque
iſcum jam coalitos, ac tantum non Italicos viros, inter-
es, aut proxenetas benignos, tuas ad me quæſo litteras
ɔris; dederiſque dono nobile quodpiam tuum monumen-
ı, ſed inter omnia maxime ſpectatiſſimæ tuæ ſpeciei ſimu
um felicibus chartis expreſſum, quod in dies revereri, ve-
ari, exoſculari pro dignitate qveam. Interim mitto meum
omnima de fungifero, & fungi mappa ludo naturæ utroſ
non contemnendo, mox autem ingenti ſedulitati circa na-
ım tuæ paro mittenda complura, quæ de toto hoc genere
d me collegerit *D.* Bartholinus iſtarum rerum Venator ſe-
us, qvi reculas haſce commemoratas delaturus eſt. Vale
ı feliciter, & Severino tibi deditiſſimo favere deinceps aſſue-
Neapoli Campaniæ Kal. Jul. M. D. C. XLIV.

## *DCCCLVIII.*

# OLAUS WORMIUS

*ırco Aurelio Severino, in Acad. Neapolitana Anatom. & Chirurgiæ Prof.*

P. S. D.

Ximium tuum favorem tam erudita tamque prolixa epiſto-
la abunde erga me declaratam non poſſum non grato ani-
excipere. Et quamvis, quas mihi tribuis animi & inge-

 nii

nii dotes, in te potius elucere, tenuitatis meæ mihi co
agnoſcam, tuæque virtuti eo nomine gratulari merito de
tamen non poſſum non, cum aliud haud ſuppetat, tam
volo affectui & humano alloquio mutuo alloquio reſpo
veniam petens interim, ſi hac importuna forſan interpe
ne á ſeverioribus avocavero. Ex quo divinum tuum *de*
*ſibus* opus dono *Chariſii* mei accepi, avide illud luſtravi
gi, vidique in eo nihil proletarium nihilque vulgare, ſi
ficillimos caſus tantâ dexteritate enucleatos, tanta felicita
ratos, totque obſervationibus raris & præclaris opus ex
tum, ut de novo Æſculapio ſibi merito gratulari poſſit n
la Italia, ſed totus Europæus orbis, qua literæ, qua Med
ſacra pertingunt. Quod & gratè agnoviſſe videntur Ger
qui Francofurti typis nitidis ſatis & figuris æneis illud an
num rurſus excuderunt, teque hoc ipſo ad reliqua com
canda animarunt: cum ex Italia non ſuppeterent exempla
avidam doctorum explerent famem. Perge igitur, Vir m
non tibi ſolum & Muſis, ſed toti orbi canere, & quæ in
teis tenes hujus generis argumenta, luci non invidere,
minus promtos habes veſtrates typothetas, paratos & gra
tibi exhibebunt Francofurtenſes, auguror, cum ex ungue
nem jam cognoverint. Magnum, crede mihi, increme
hinc ars noſtra capiet, quamplurimi errores detegentur,
que nominis fama non ad Arcton ſolam, ſed & extremos
ramantas & Indos glorioſè hoc modo propagabitur. Cæt
de tanto favore amicitiaque tua ſerio mihi gratulor, offici
ciſſim offerens prompta paratàque, nihilque prius in votis
bens, qvam ut ἀντιδώρȣ loco ad te deferri noſtra poſ
tantique Viri cenſuram amicam ſubire. Verum locorum
ſtantia & tabellionum difficultas, quo minus commode fie
poſſit, impediunt. Attamen ſi qui hinc ad vos excurrant
ſtrates, aut facultatem ſuppeditaverint *Fuirenii* reduces,
ram dabo, ut ſenſim qvid afferatur. Effigiem interim m
ante annos pluſculos expreſſam, quæ tanti qvidem non eſt,
in tuum recipiatur politiſſimum Muſeum; verum quia ita
cet, lubens concedo, mutuas in hoc ut præſtes vices, a
flagitans. Sed quas tibi reddam grates pro tuo, quod in
exſpecto, *de Fungi mappa* celebri hypomnemate, & rari
theſauro tuo Naturæ partubus, quos meus feret *Bartholi*
j

venis quem genuini filii loco habeo: cui jam ſcripſiſſem, ni fasciculi moles tabellioni futura fuiſſet gravior. Non eſt earum virium, ut referam, in ære tamen tuo futurus; ut, quid noſter ferat ſeptentrio, quo delecteris, uſuram reddam, m ſortem haud liceat. Interim vale proſperrime, Vir in- te, & Reipubl. Medicæ bono flore, vige ac vive, Wormii, næ ac nominis tui ſtudioſiſſimi memor. Hafniæ 17. Kal. pt. 1644.

## DCCCLIX.

# FRIDERICUS ARNISÆUS

## D. Olao Wormio.

*fniam.*

QVum exiſtimem eruditionem ſummam, quæ in Te eſt, non carere humanitate, lubenter feci, OLAE WORMI, Vir ariſſime, ut ſcriberem ad Te. Quid enim facerem lubenti- quam ut ea ratione, quæ maxime honeſta eſt, viam mihi mirem ad amicitiam tuam, fruererque fructu ſvaviſſimo e ſapientiæ? Itaque hoc primum a te peto, ut credas, te iti a me fieri, quantum eruditio tua meretur, meque in id ni opera incumbere, & ſumma ſollicitudine affici, ut occa- nem nanciſcar oſtentandæ voluntatis erga te meæ, ejusque cauſâ & facturum eſſe omnia & paſſurum. Qvare de Te ſum locutus cum *Conringio* noſtro, ut judicium illius hone- ſimum de te poſſis, ſi viſum tibi ſit, ex Literis ejus cognoſcer , qvarum commercium inſtituere tecum animum induxit, ni- ibi aliter placuerit. Habet ille ſanè, qvæ narrare tibi velit, *cornu* iſto *aureo*, qvod apud vos repertum eſt, de qvo qvum urate a te ſcriptum ſit, lubenter audies, ut opinor, docto- a Virorum ſuper ea re ſententias: Qvis autem *Conringio* do- r? ὡς ἔπος εἰπεῖν. Ego dabo operam, ut in literis tuis ferendis mora nulla fiat, ſi quid ſcripſeris, quod ut facias & ames, etiam atque etiam a te contendo. Vale. Scribeb. nburgi V. Kal. Januar. An. CIↃIↃCXLV.

 DCCCLX.

## DCCCLX.

# Clariſſimo & doctiſſimo Viro,

## Dn. OLAO WORMIO

## Doctori, & Medico Experientiſſimo.

*Hafniam.*

CLariſſime & chariſſime Wormi. Tandem aliquando Chriſ nopolin pervenimus, contrariâ & invitâ arthritide, q inſolenter & miſerabilem in modum Illuſtriſſimum Domin Legatum toto itinere vexavit. Malignus ſcilicet morbus tentat ægrotorum pedes, ut illos impediat & remoretur. I potuit luctator doloſus ille differre adventum Excellentiæ ad hanc urbem, in ultimum fere condicti temporis termini Sed, qvæ fuit fortitudo Excellentiæ ſuæ, ſe ipſum vicit Domi Legatus, ut podagram vinceret, & dolores omnes acerbiſ morbi ſuperavit, ferendo. Stetit ergo conſtituta die Excel tia ſua, qvibus ei licuit pedibus, ad pontem *Brensbro*; ubi, multa tulit invictus Heros, multa etiam fecit. Teſtudineis e ſuis, eundo & redeundo, paſſibus, plus itineris confecit in gotio Pacis, intra trium horarum ſpatium, quam intra pl dies confeciſſet alius, qui grallatoriis gradibus grandiv greſſus ſuos. Nimirum, intra hoc breve tempus data & cepta fuerunt hinc & inde diplomata Regia, quibus utrin conceſſa eſt poteſtas plena Illuſtriſſimis Dominis Legatis C miſſariis deliberandi, & ſtatuendi de Pace inter duo Re Congreſſus deinde factus eſt Illuſtriſſimorum Octovirorun ponte *Brensbro*, ad lapidem, qui limes agris veſtris poſitus tendentibus dextras Suecis, & ſua jungentibus Danis; t utrinqve ſignificatione deſiderii Pacis & concordiæ, ut r ſupra cogitari, nedum ſcribi poſſit. Purior certè & cla dies affulgebat celeberrimo huic conventui. Et quod t vertat, idem Sol, qvi eodem tempore ſolvebat glaciem po mollire videbatur duritiem, & diluere amaritiem omnem, erat in pectoribus utrarumque partium. Convenit ultimo ter illas, ut ſcriptis mandetur, quicquid petant Sueci & q qvid Dani reſpondeant, ne inter loquendum oboriatur rixæ m ries, & recrudeſcat vulnus exulceratarum mentium. Sveci co

f

ſecerunt ſuæ Petitionis, cui jam ſunt Dani reſponſuri. Hæc tibi ego, charisſime Domine, breviter perſtringo, more meo, & Vaſconum, qui breviter loquuntur, quia male, ne tædio ſint. Scribam ad te fuſius, cum mihi erit ſeges & occaſio amplior, parum enim mihi otii eſt. Vale, humanisſime Wormi, & vive diu, ſed memor mei, qui ſum

Tibi addictisſimus
ISAACUS PEYRERIUS.

Chriſtianopoli, 3. Kalendas Martias ſecundum
Gregor. Annno 1645.

Illuſtriſſimus Dominus Legatus plurimum ſalvere jubet Wormium, nec non ſperare intra paucos dies ſeriem Numiſmatum, quam illi promittit. Redde, ſi placet, *D. Bangio* qvæ ſunt *D. Bangii*; libellum ſcilicet hunc ſuum, & Epiſtolam in eo concluſam, qvam ego illi ſcribo.

## *DCCCLXI.*

## OLAUS WORMIUS

*Iſaaco Peyrerio.*

*Chriſtianopolim.*

UT gaudeo, ſalvos vos Chriſtianopolim perveniſſe, ita valde doleo, Illuſtriſſ. Dn. Legatum tam afflicta in itinere fuiſſe valetudine. Si adfuiſſem, leniendis ad minimum ſi non prorſus tollendis doloribus iſtis arthriticis, pharmacum in multis hactenus expertum, me ejus Excellentiæ fuiſſe exhibiturum, credas. Interim tanta animi magnitudine violentiam morbi ſuperatam, ut nulla remora tractationi Pacis inde ſit injecta, Divinæ Providentiæ adſcribendum. Habent hoc proprium excelſæ mentes, ut, quanto altioribus occupatur curis animus, eo minus iis, quæ circa corpus gerantur, tangatur. Separata eſt enim a corporea mole, in ſuis ſibi gaudet contemplationibus mens generoſa, ut nullæ eam a tramite recto, quantumvis magnæ, abripere valeant terrenæ moleſtiæ. Sed Deo Opt.

Max. totum hoc acceptum ferendum, qui ſine tanto Medi re tantum negotium tranſigi noluit. Qvod ut optatum tiatur eventum, Deum omnes invocamus. Invite cunctat cet fuerit Ejus Excellentia, ea tamen cunctatione effectu illud ſperamus, qvod Fabius apud *Ennium*, cui his accla tum: *Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.* Cæte magnas tibi debeo gratias, qvod rerum apud vos geſtarum piam mihi facere haud ſis gravatus. Principia tam læta ſ faciunt de feliciori ſucceſſu. Perge, quæſo, ac quo res ca ſit, ſi ullo modo fieri posſit, mature amicum doce. Nos cisſim, cum nihil aliud nequeamus, calidis Deum ſolici mus ſuſpiriis, vos omnes Spiritu Pacis regat, atque totun gotium in ſui nominis gloriam benigne moderetur & ho Regnorum proſperitatem. Inprimis pro ſanitate & ſalut Iluſtriſſ. Dn. Legati, magni mei Patroni preces fundam as as, ut æterna nominis ſui gloria lætam nobis olivam Pacis ducat. Cui, quod inter graves iſtas curas mei qvoque mor eſſe voluerit, gratias ago quas poſſum maximas, mea officia ac ſtudia cum omnis proſperitatis voto vicisſim de paratisſima. Vale, Amice honoratisſime, ac porro tuo fa perge Wormio. Hafn. a. d. 28. Febr. 1645.

## *DCCCLXII.*

## ISAACUS PEYRERIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

SI qvid novi & boni habuiſſem, ſcripſiſſem ad te ſæ *Wormi* charisſime. Quæ nuper geſta ſunt in Epiſco Bremenſi, & quæ referuntur de delectis copiis Cæſaris a *ſtenſonio*, animos addiderunt Suecis, & remoram negotio vestræ. Spero tamen Illuſtriſſ. D. Legatum brevi impoſitu ultimam manum huic Tractatui. Illud certo ſcias Excell. S hinc non diſceſſuram eſſe re infecta. Scripſeram per te a *Bangium*, qvem velim ſalutes meo nomine, quemadmo ego te nomine Illuſtriſſ. Dni. Legati. Nullas accepimus domade hac epiſtolas Lutetia, quod me male habet; quis

turbaverit, neſcio. Vale, dulciſſime *Wormi*, & me amare perge. Chriſtianopoli 4. Nonas Apriles ſecundum Gregorium 1645.

## *DCCCLXIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*Chriſtianopolim.*

ITà cum humano comparatum eſſe ſolet ingenio, ut modum neſciat, rebusque ſecundis nimium efferatur, haud conſiderans rerum omnium eſſe vicisſitudinem. ut qui hodie Crœſus, cras Irus, qui hodie victor, cras victus ac catenis vinctus in triumphum ducatur. Quid igitur eſt, quod ob velitationes iſtas ac multo ſuorum ſangvine chare emptam victoriolam, ob deprædationes ac rapinas qvasdam Bremenſes, difficiliores ſe præbeant adverſarii noſtri? Neſciunt certe, qvid ſerus veſper vehat. Interim Deo & cauſæ bonitate fiſi, ſperamus operâ Illuſtriſſ. Dn. Legati id vos effecturos, quod toti Reip. Chriſtianæ futurum ſit ſalutare, nobis gratum & pacatum. Spiritus Pacis vos omnes regat, ut aliquis ſaltem ſtatuatur modus ſangvinis Chriſtianorum effundendi. Vides, ut cervicibus noſtris immineat Turca. Jam Venetis & Melitenſibus mari cruentum minitatur bellum. Terrâ qvid Ungariæ & Auſtriæ, tum per ſe tum per Vaſſallum ſuum deſtinaverit, eſt in propatulo; & adhuc nullus latrociniorum inter Chriſtianos finis! Heu, quo ruimus? Qvæ *Bangio* ſcripſiſti nuper, probe curavi: ſi non reſponderit, impeditum facile gravibus exiſtimabo. Ipſum conveniam, & tam de neglecto officio expoſtulabo, quam tuo nomine ſalutabo. Qvod Lutetia literas præterita hebdomada non habueritis, credo accidiſſe, quod ordinarius tabellio huc non appulerit, impeditus in itinere tum graſſantium in Holſatia militum truculentiâ, tum tempeſtatum ſævitia, quæ mare Balthicum tranſire haud permiſit. Vale mi *Peyreri*, & Illuſtriſſ. Dn. Legatum officioſiſſimè â ſuo cliente Wormio viciſſim ſalutare haud neglige. Hafniæ 4. Kal. Apjil. Julian. 1645.

(*Inſcriptionem addimus, ſub antigrapho hujus epiſtolæ, Wormii manu adſcriptam:*)

A Monſieur, Monſieur Peyrere, Conſeiller de M. l' Ambaſſadeur de France, à Chriſtianopel.

## DCCCLXIV.

## ISAACUS PEYRERIUS

## D. Ol. Wormio.

*Hafniam.*

Victoria illa, mi Wormi, debuit dici Maxima, quam tu Victoriolam vocaviſti. Imo quater Victoria, qva Cæſariani exercitus quatuor conciſi ſunt. Crede mihi, chariſſime, Exercitus ille Cæſarianus, ex quatuor exercitibus conflatus, Herilus fuit Virgilianus natu major, cui mater Feronia quatuor animas dederat, qui letho quater ſternendus erat, & quem Torſtenſonius unâ illa ſua Victoria abſtulit. Quod nobis ne male vertat, precor Deum, qvi potens eſt referre hæc omnia in melius. Hoc enim ſibi jam unice contendendum exiſtimat Illuſtriſſ. Dn. Legatus, ut perſuadeat Suecis, Daniâ cedant, & totis viribus Germaniæ incumbant, quo nunc res ipſa vocat illos. Atque illud acrius urget Excellentia ſua, quo vobis promptam & commodam Pacem vehementius cupit. Alcedonia fuerunt in his partibus huic negotio totâ hac hebdomade, qvâ Salvator noſter laboravit. Sed in his Alcedoniis miris modis agitatus fuit irreqvietus Domini Legati animus, qvi putat in re Laborare ſemper, eſſe Orare ſemper. Deus Pacis egerit interim ſecretis cogitationibus, apud utrasque partes, quas dehinc facilius & felicius Excellentia ſua impellat ad Pacem.

*Relatio* mea *Iſlandica* benigne accepta eſt Lutetiæ ab amicis meis, qvi gratulantur meo Wormio, cujus ille pars magna, & maxima fuit. Petierunt illi à me omnes, ut quærerem à te, utrum certa & comperta ſint, quæ de Inſula illâ refert *Blefkenius*: 1. Corvos ibi fieri albos. 2. Unicum tota Inſula Pontem exſtructum, atque illum non materia, vel lapide, ſed ſolis & ſolidis Balænarum oſſibus confectum. 3. Incolas ipſos qui ab unâ

una parte Inſulæ transmigrare volunt in aliam, & quibus nullum datur iter in maximis, ſalebroſis & inviis ſolitudinibus, uti Pixide nauticâ, ad dirigendos, Terra in media, greſſus ſuos. De quibus oro te magnopere, ut ſigillatim interroges aliquem peritum ex Scholaſticis Iſlandicis, qvi ſunt Hafniæ, qvi illa refutet aut confirmet. Reſcribas etiam velim, ſi qvid habes de celebri illo ſcopulo, qvi vocatur *Hutiſoch*, & dorſum eſt immane mari ſummo inter Iſlandiam & Grœnlandiam. Sed illud etiam rogo te, mi Wormi, ut certiorem me facias, utrum *Monoceros* ſit Caro, vel Piſcis: Utrum ſit Animal terreſtre, an Monſtrum æquoreum? qvid de illo ſenſerint veteres, & qvid tu ſentias? Relatum mihi eſt te de illis multa comperta habere; imo penes te eſſe effigiem veri Monocerotis, cujus Cornu ab ima parte frontis, ubi concurrunt ſupercilia, vergebat deorſum, ad morem criſtæ pendulæ ſuper roſtrum Galli Indici; cui itidem ab inferiori gingiva excitabatur in altum cornu aliud primo ſimile. Qvæ ſi ita eſſent, jam non eſſet *Monoceros*, ſed *Diceros*.

Reſcriptum eſt Illuſtriſſ. Dno. Legato, nullas naves ſolviſſe portibus Belgicis in Oreſuntem, duobus abhinc menſibus; quod ei dolet maxime, qvia hinc brevi ſperabat Numiſmata illa, quæ tibi ſæpius pollicitus eſt, & quæ Amſterodami ſunt tribus abhinc menſibus. Excellentia ſua ſalutaria tibi & fauſta precatur omnia. Doce me, ſi placet, utrum *Commentarii* ſuper *Saxonem*, qui Soræ excudebantur, excuſi ſint, nec ne. Excuſatum me habeas, ſi tot & tantis te qvæſtionibns & precibus onerem. Ego te Atlantem puto, qui totum orbem Arcticum humeris ſuſtineas. Vale, mi *Wormi*, & me ama. Chriſtianopoli 15. Kal. Majas, ſecundum Gregorium, anni 1645.

## DCCCLXV.

## OLAUS WORMIUS

### *Iſaaco Peyrerio.*

*Chriſtianopolim.*

LEnte apud vos omnia procedere miramur omnes: quid laudabiles illuſtriſſ. Dn. Legati moretur conatus, nemo eſt qui augu-

augurari valet. Omnes vero, qvi inde ad nos veniunt, ejus induſtriam, labores indefeſſos ac animum candidum ſatis deprædicare nequeunt. Belgas multi ſuſpicantur aliud clauſum pectore geſtare, aliud verbis præ ſe ferre. Rumor de valida ab eis in noſtram perniciem coacta claſſe neſcio quid ſiniſtri diſſeminat. Vobis procul dubio certiora conſtant. Deus ſervet nobis veſtrum Heroa, ejusqve conatus in ſui nominis gloriam & noſtram clementer dirigat tranquillitatem!

Venio ad quæſita tua. Ubi primum ante omnia moneo, mendaciſſimum & falſiſſimum ſcriptorem de rebus Iſlandicis eſſe *Bleſkenium* iſtum, cui fides nullo modo haberi debet; ſiquidem ſolidè & acute refutatus eſt à meo *Arngrimo* peculiari opuſculo, titulo *Anatomes Bleſkenianæ*, edito primum typis Holenſibus in Boreali Iſlandia anno 1612. poſtea vero Hamburgi recuſo. Ejus quidem mihi non eſt copia, ſed operam dabo, ut ab amicis habeam, ac tibi, ubi ad nos redieris, oſtendam.

Corvos albos in Iſlandia unquam ſe vidiſſe negant omnes, quotquot apud nos ſunt ejus nationis Studioſi. Rumore tamen aliquo ſe percepiſſe quidam ait, in qvodam inſulæ tractu viſum fuiſſe unum, qvi pro miraculo habitus.

Unicum in inſula exſtare ajunt pontem, in tractu orientali, *Jockulſav* dicto, ſed ligneum; an unqvam oſſeus exſtiterit, ignorare ſe ajunt. Per totam inſulam viæ ſunt regiæ, ductæ ab uno tractu in alium, ut alio opus non habeant medio, qvo hinc inde itinera capeſſant. Interim ubi omnia nivibus obſita, & juga altisſimorum montium caligine & pruinis infeſta ſunt perreptanda, pyxidibus nauticis aut ſciatericis Magneticis uti aliquos non negant. Verum ordinarie id non fieri, ſed ingruente periculo, & viarum ſemitis obliteratis. De celebri iſto ſcopulo *Hvidſerk* nil aliud compertum habeo, quam quod navigantibus ex *Rökenes* Iſlandiæ in Grönlandiam, ac curſum occidentem verſus tenentibus, primum omnium occurrat promontorium ſeu rupes *Hvitſerk* cum ſocia *Anarck* dicta, inter qvas portus extat *Sandhafn*, tutam navibus ſtationem præbens. Hæc etiam habet deſcriptio Norvagiæ vernacula lingva ante aliqvot annos hic a me edita.

Monocerotem qvod ſpectat, certum eſt, oſſa iſta, quæ ubivis apud Magnates, etiam in Galliis, pro cornibus monocerotis, oſtenduntur, dentes eſſe Balænæ, in mari Grönlandico verſus

ſus fretum Davis haud infrequentis: idque pro comperto habeo. Hæc cum glacie Grönlandica aliqvando in Iſlandiam defertur, & ab incolis vulgo *Nàhval* vocatur. *Naer* enim illis cadaver notat, *Hval* cetum ſeu balænam. Ita vero vocatur, qvod cadaveribus aliorum animalium veſcatur. Caro ejus edulis non eſt, ſed venenata, mortem edentibus accelerans. In hujus rei cognitionem ante aliquot annos caſu deveni; cum enim Dn. Cancellario *Friſio* p. m. adeſſem eo tempore, quo hoſpes veſter Hafnienſis cum ſociis iter in Grönlandiam meditabatur, in familiari colloquio ſupinam hominum noſtrorum negligentiam accuſare cœpi, quod cum toties jam eo navigaſſent, ac ſecum cornua illa, qvæ monocerotis ab omnibus habentur, aſportaſſent, nullam aliam iſtius animals partem aut membrum una attuliſſent, ex qvo controverſia illa tam nobilis decidi poſſet, qualenam eſſet animal, qvod iſta geſtaret cornua. Tunc ille: Euge bone, reſpondit, noli adeo noſtros incuriæ aut negligentiæ incuſare: Monſtrabo tibi caput cum cornu ab ipſis allatum, ex qvo quale ſit animal tu mihi effare. Lætus ego, ſummis precibus contendi promiſſum ne differret, gratius vix qvicquam præſtari mihi poſſe aſſerens. Afferri igitur curavit cranium, cui adhuc adhæſit putatitii cornu fruſtum, quatuor pedes Romanos ſuperans. Ego præ gaudio me continere non potui, quin ſtatim luſtrandum arriperem. Inveni cranium hoc in omnibus cum balænarum craniis convenire, in vertice foramina ejaculatoria in palatum deſinentia, per quæ ut aliæ balænæ hauſtam aquam ejaculari ſolebat animal. Cornu vero ipſum, nihil minus eſſe deprehendi, ſed dentem: quem quidem unicum ac ſolum habet, ex ſiniſtra parte mandibulæ ſuperioris enatum. Petii tantiſper ejus mihi fieri copiam, ut a pictore domi delineari poſſet, utque accuratius ſingula rimarer, cum res eſſet momenti non exigui. Conceſſit benigniſſimus Heros: ego mox pictorem conduxi, qui eadem plane qua erat figura & magnitudine accurate ſatis expreſſit, qvam imaginem in Muſeo ſervo, &, ſi non animadvertiſti, cum redieris, oſtendam una cum corii particula, qvam tum e cranio evulſi, ut inter rara mea aſſervarem. Dum meis in ædibus adhuc aſſervabatur cranium, amicos convocavi literatos & curioſos, ſtudioſos præterea Medicinæ meos diſcipulos, ut teſtes mihi eſſent iſtius, qvam meditabar, hujus dentis delineationis,

&

& mecum rei tam raræ ſpectaculo animos recrearent. Hinc in publicam diſputationem quædam de hujus animalis natura & dentis viribus. conſignavi, ac ſic primus evidentibus documentis & αὐτοψίᾳ publice docui, qualenam eſſet hoc animal. Fuſius vero ſingula perſecutus ſum in *Hiſtoria Muſei* mei, nondum edita. Nec hiſce aeqvievi; anno enim ſequenti in Iſlandiam ſcripſi ad *Dn. Thorlacum Sculonium*, Aqvilonaris Iſlandiæ Epiſcopum, olim hic in Academia meum diſcipulum, in cujus Diœceſi animal hoc ante aliquot annos fuit inventum, mihi ejus delineationem ut transmitteret, ac, ſi quid ex eo haberet, boni publici cauſa communicaret: quod & ultro fecit. Hinc vides, quæ me documenta de hujus natura, proprietatibus, figura & viribus erudierint. Jam vero dentem eſſe ut ſtatuam id, quod vulgus cornu, multa me movent argumenta. Subſtantiam habet eandem, qvam dentes Elephantis, Roſmari aliorumque animalium. Eo in loco capitis ſitur, in qvo dentes eſſe ſolent, in extremitate nempe mandibulæ ſuperioris, non in fronte aut cranii parte ſuprema: pari modo etiam cranio inſeritur, ac alii dentes, per gomphoſin; non per ſymphyſin, ut cornua: foramine cranii dimidia ulnæ profunditate, dentis radicem excipiente. Nullum, ſcio, unqvam vidiſti cornu animalis, ita cranio aptatum, ut illud perforet ac penetret, aut cavitati alicui inſeratur; nam ſuperficiei exteriori ſaltem adhærere ſolet. At contrarium hic apparet. Cornua præterea vel ſunt concava, lineas quasdam qvaſi torno ductas circa radices obtinentia, vel ſolida, & ramis divaricata, ut in cervis & aliis ejus generis videre licet. At nihil tale in noſtro conſpicies dente. Sed quo labor? Omnia perſequi ſi vellem, quæ hìc animadverterim, non epiſtolam, ſed volumen conſcriberem. Reſervabo itaqve multa in adventum tuum, coram narranda. Hinc nugas cognoſces agere, qvi tibi retulerunt, cornu illud ab ima parte frontis in morem criſtæ Galli Indici pendulum, cui aliud ab inferiore gingiva ſimile reſpondeat. Unicum ſaltem, ut dixi, dentem cetus iſte habet, eumque rectà linea à promuſcide extenſum eo modo, qvo Xiphias piſcis gladium ſuum, priſtes ſerram. Sed coram ſingula accùratius perſequar. Qvia vero ſcire deſideras, quæ alii tam veteres qvam neoterici hac de re ſcripſerint, varios tibi nominare poſſem Auctores, qvi ex profeſſo hoc egerint; ſed ne-

nemo accuratius *Caſp. Bartholino*, peculiari opuſculo, hic editô. Cui notas ſuas & novas obſervationes (inter qvas meæ ſunt,) nuper addidit filius ejus *Thomas Bartholinus*, qvas Patavii excudi fecit. Hos ſi conſulueris tibi abunde ſatisfacient.

*Saxo* cum Commentariis Soranis jam plane ad umbilicum eſt perductus, ut ejus copiam habere valeat Illuſtriſſ. Dn. Legatus, ubi voluerit. Rogo meo nomine officioſe ſalutes, & de tanta ſolicitudine in Numiſmatis iſtis procurandis gratias agas. Utinam quid eſſet in mea poteſtate, quo me gratum viciſſim præſtare poſſem. Miror Dn. *Naudæum* meis nihil reſpondere: Viri ejus eruditisſimi familiaritatem & per literas colloquium vehementer expeto. Ego vero pardoxo tuo, quamvis amicisſimus, neutiquam aſſentiar; niſi tu Hercules audire velis, qvi in Augiæ ſtabulo repurgando tam ſtrenue jam occuparis: utinam clava ſapientiæ tuæ adverſarios ita contundere poſſes, ut brevi nobis aurea pax effulgeret. Innocue amicis jocari licet. Vale amicisſime Peyreri. a. d. 12. April. 1645.

## *DCCCLXVI.*

# ISAACUS PEYRERIUS
## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QVæ præmia tibi perſolvam, Wormi chariſſime, meritis erga me pro talibus, & reſponſis illis quæ mihi dediſti; Deus bone! quam elegantibus & curioſis. Pulcherrima primum tibi illa dabunt mores tui ingenui ad amicorum tuorum obſequia adeo promti ac faciles, tum, ſi quid unquam poſſum, efficiam ut nulla ætas me arguat beneficii tanti immemorem. Optavisſem, ut tu mihi expreſſius ſignificavisſes, qvæ de Ceto illo capto in Iſlandia ad te reſcripſiſſet amicus tuus *Dn. Thorlacus Sculonius* Aqvilonaris Iſlandiæ Epiſcopus, quam delineationem Monſtri ejus ad te transmiſiſſet, qvale corpus, quale caput ejus, & an ſimile eſſet capiti illi, quod erat penes Dn. Cancellarium *Friis*, & cujus tu imaginem tibi exprimi curaviſti. Dixit mihi porro Illuſtrisſ. Dn. Prorex *Wlfeld*, ſe ideo conjicere Cornu eſſe, quem tu Dentem eſſe vis, quod animalia

hæc

hæc deponunt ſua illa cornua ad inſtar cervorum , qui ſua itidem quotannis deponunt. Deponere autem Cetos illa ſua Cornua aſſerit Dominus Prorex, qvia ait ſe olim juſſu Sereniſſ. Regis Veſtri reſecaviſſe fruſtum prægrande cornu Monocerotis ex integro cornu, qvod erat penes S. R. M. et juxta radicem illius inveniſſe parvulum & novum Cornu inſertum foramini majoris & veteris. Veriſimiliter autem credendum, novum illud cornu veteri inſertum idcirco inoleſcere , ut vetus cornu trudat. Imo hinc fieri, qvod plura reperiantur cornua, quam corpora illorum animalium. Qvæ intricata gratisſimum feceris, ſi tu illa mihi extrices.

Deſine mirari Dni *Naudæi* ſilentium. En ejus Epiſtolam, qvam ad te mittit Illuſtriſſ. Dn. Legatus. Scripſit mihi itidem ille elegantiſſimam Gallico idiomate , qvâ benevolum erga te Eminentisſimi Cardinalis noſtri animum fuſê explicat: Et quâ me identidem ſolicitat, ut ego tibi illud ſcriptis & verbis, quando videndi te mihi occaſio erit, fuſiſſime ſignificem. Qvod facio hac epiſtolâ, & faciam verbis & omnibus meis officiis, cum te in reditu noſtro amplexari dabitur. Habeo etiam qvam tibi renunciem ſalutem plurimam nomine Dni *de Bertaut*, egregii illius juvenis & Nobilis literati, qui te ſæpius inviſit , antequam peteremus Stokholmiam , & poſtquam inde rediimus. Cætera copioſius ſcribam, cum redierimus Calmariâ, quo Dn. Legatus iturus eſt intra duos dies, inviſurus Dn. *Oxenſtern* Cancellarium Sueciæ, qvi ibi curat valetudinem ſuam. Vale interim, amiciſſime Wormi, & tu itidem cura ut valeas. Chriſtianopoli pridie Kalend. Majar. anni 1645. Gregor.

Da operam, ſi placet, ut reddatur epiſtola hic incluſa Nobili illi Polono, quem tu ſæpius vidiſti apud Dn. Legatum & excuſa male & raptim exaratum hoc epiſtolium.

Votre tres humble Serviteur
LAPEYRERE.

DCCCLXVII.

# DCCCLXVII.

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*Chriſtianopolin.*

ULtimas meas tibi non diſplicuiſſe, lætor. Fuſius ſingula perſecutus fuiſſem, ſi id temporis tuliſſet ratio, & epiſtolæ modum ſtatuere neſciviſſem; nunc ea, de qvibus dubitare videris, aut qvæ ulteriorem diſqviſitionem reqvirere videbantur, paucis perſeqvar, literarum tuarum veſtigia preſſe legens. Parcius, qvam vellem, reſpondit mihi Epiſcopus Holenſis, utque te nihil celem, qvod huc ſpectat, ipſius addam narrationem, totidem verbis ex literis, anno 1639. ad me exaratis: "Bellua hæc, inqvit, dente nullo præter unicum illum inſignem "& conſpicuum armata fuit. Branchias nullas, ſed branchia"rum loco oſſa, carne & pelle mollicula obducta, habuit, pin"nam unam in dorſo, & in qvovis latere unam. Locus reſpi"rationis ſupra pulmones erat poſt occipitium, ſed hic errare eum, manifeſte deprehendi in cranio, quod ego tractavi; nam in palati medio ferme duo erant foramina ampla, quæ tranſverſe cranium perforabant, & in ſuperficie exteriore in unum coaleſcebant juxta verticem, ad qvæ foramina canales qvaſi e faucibus derivabantur, per qvos & reſpirabat, & aqvam hauſtam ejaculabatur." Niſi me memoria fallat, ad triginta ulnas "Iſlandicas altitudine (puto longitudinem dicere voluiſſe) exſur"gebat. Hæc *Thorlacus*. Delineationem ipſam quod ſpectat, rudis ſatis illa erat, & manu non ſatis perita depicta, minuta quoque, ut ex illa vix certi qvid collegerit quisqvam. Narrationem Domini Pro Regis *Ulfeldii* certam puto; idem enim à Pharmacopæo noſtro, qui dentem illum diſſecuit, percepi; nec repugnat ipſius dentis conſtitutio (aliquot enim enim vidi & integros & fractos) ubi enim ex alveo ſuo emerſit, dilatari incipit, & excavari cavitate tanquam matrice (potuit qvoque in iſta cavitate, a nutrimento & medulla veteris, novus & parvus generari) & ab ampliore ambitu in anguſtiorem paulatim deſinit, qvod & demonſtrare valeo in eo, quod in Muſeo teneo. Sed hinc elici non poſſe credo, cornu potius eſſe, quam dentem.

tem. Nonne & dentes cadunt, ac renaſcuntur? Res liquid ſatis; ſed modus, quo cornua renaſcuntur, diverſus ab eo, qv in dentibus obſervatur. Cervus, qvando cornua deponit, locum relinqvit glabrum, nullum novorum cornuum, è cavitatibus veterum exortorum, aſperitatibus horridum, unde paulatim à radice excreſcunt ſine præviis aliquibus rudimentis nova. At dentes naturaliter in pueris aut aliis animalibus ubi cadunt, obſervantur in alveolis novi, qui veteres extrudunt; Adeo ut hoc argumentum meæ magis favere videatur opinioni, quam contrariæ. Sed ut, qvod res eſt, dicam, quodque hac in re obſervaverim, ingenue proferam, dentis hujus radix (radicem voco totum illud, qvod alveus maxillæ amplectitur) cava non eſt, ſed ſolida; aſt, ut primum è maxilla emerſerit, cavum redditur corpus dentis ipſius, ita ut, quo propior maxillæ extiterit, eo amplior evadat cavitas & dentis ſubſtantia tenuior. Huic cavitati includi teneriorem illum dentem, ceto noſtro peculiare eſſe, arbitror. At hunc novum in locum matricis ſeu majoris ſuccedere poſſe mihi non ſit veriſimile. Qvomodo enim extra cavitatem iſtam undique obturatam egrederetur, & in locum veteris ſe reponeret? quomodo alveo tam capaci adhæreret? qvid reliquum vacui in ipſo foramine impleret? Utinam facultas mihi data fuiſſet, novum iſtum dentem inſpiciendi, an radicem habuiſſet ſimilem veteri, quibus modis genitus fuiſſet, forſan expeditius exploraſſemus, & dubia hinc naſcentia accuratius enodaſſemus. Arbitror in cavitate majoris ex ſucco nutriente generari poſſe novum talem dentem, qvi tamen uſum alium non habeat, qvam ut implendo cavitatem majoris firmiorem ac robuſtiorem eum reddat. Trudere veterem dentem neqvit, ſiquidem maxillæ non adhæret, ſed in viſceribus aut cavitate majoris continetur. Nec qvicqvam huc facit, qvod plura apud nos reperiantur cornua, qvam animalia; nullum enim hujus generis animal unquam ad nos delatum, cornua vel dentes multi. Elephantis dentes quamplurimi hic viſuntur, animal nullum. An hinc concludendum, dentes illorum decidere, ac novis ſucceſſuros, quod a qvoqvam naturalium rerum ſcriptore nunqvam proditum? Si unqvam in Grönlandia inventus ſit dens hic ſine animali, (qvod tamen a nemine unquam percepi) oportet reliquum corpus putrefactum ac corruptum fuiſſe; quin imo atteſtari ego fide multorum aliorum

imo

imo hoſpitis veſtri Hafnienſis poſſum, ultima noſtra navigatione Grönlandica, delatos ad nos fuiſſe dentes, quibus cruenta adhærebant ligamenta & membranarum particulæ, quibus capiti & alveo ſuo nectebantur, quod indicium eſt, ex nuper mactatis cetis detractos fuiſſe, non autem ſponte decidiſſe. Vides totum illud, qnod de novo adfertur Cornu, meam magis ſtabilire ſententiam, quam infringere.

Ex doctisſimis *Naudæi* literis de benevolo Eminentiſſimi Domini Cardinalis in me affectu multa percepi. Tantum favorem & honorem polliceri mihi nunquam poteram. Quicquid ſit, totum Illuſtriſſimo Domino Legato adſcribo, cui pro tantis beneficiis gratias nunquam ſolvere valeo ſat magnas. Ejus enim inſtinctu Celeberrimi Dn. *Naudæi* amicitiam ambivi, atqve ſic Eminentiſſimo Principi innotui. Nobiliſſimum Dn: *Bertaut* viciſſim, quæſo, ubi ſcripſeris, amice meo nomine & officioſe ſaluta, utque memor ſit promiſſi de Monumento Lochenſi inquirendo, mone. Me hic ad paria habebit perpetuo obligatum. Epiſtola tua ad Dn. Polonum probe curata. Sed quid? De pace altumne adeo ſilentium? quo ruunt res noſtræ? Vale, &, ut ſoles, ama. 7. Cal. Maji. 1645. Julian.

## *DCCCLXVIII.*

# ISAACUS PEYRERIUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

UNum eſt, mi W*ormi*, quod te oratum volo. Cum diſcederem Hafnia, rogaueram ex Bibliopolis veſtris illum, qui latine loquitur, ut mihi ſeponeret libros quosdam in albo, quos illi nominaveram, inter quos erat *Chronicon Norvagicum* Danice conſcriptum. Effice quæſo apud illum, ut extrahat ex illo *Chronico Norvag.* quaternionem illum, in qno continetur Chronicon Grönlandicum, quem tibi confidat, & quem tu quamprimum velim hue ad me mittas, cum *Specimine* illo *Iſlandico Dn. Arngrimi*, cujus tu antehac mihi copiam feciſti: in quo legi quædam de Grönlandia, quorum non bene memini, & quorum lectionem neceſſe eſt ut repetam. Reddam tibi tuum *Specimen* cum rediero Hafniam, & ſoluam Bibliopolæ illi pretium libro-

librorum omnium, quos mihi ſervaverit, & quos mecum a|
tare in Galliam conſtitui. Faſciculum duorum illorum li
rum, quos a te peto, deferendum ad me curabit Gene
Dn. *Wibe*, quod illum enixe rogo. Cæterum de Pace,
intentatum relinqvit Illuſtriſſimus Dn. Legatus noſter, ut il
quod ſpero, conficiat. Precor Deum, ut quod benignius p
celerius abſolvat. Vale amiciſſime Wormi, & me ſemper
Chriſtianopoli pridie Nonas Junii anni Gregor. 1645.

## *DCCCLXIX.*

## OLAUS WORMIUS

### *Iſaaco Peyrerio.*

*Chriſtianopolim.*

MItto *Specimen Iſlandiæ Arngrimi* & expetitas pagellas C
*nici Norvagiæ*, qvas a Bibliopola noſtro *Moltkenio* mu
tus ſum. Miror vero, tantum tibi jam otii, hiſce vacare u
leas. Hinc, quam frigide, quam lente pacem attingentia
ctentur, conjicere mihi videor. Nos, omnem ejus ſpem ſ
nentes, ſoli Deo cauſam noſtram committimus, qui, e lon
quo quaſi, oculo miſericordiæ nos reſpicere videtur. Quæ
pere in Germania ob diſſipatas Svecorum vires acta ſunt
Vos plus ſatis expertos credo. Si vera ferat rumor, & d
habebunt Belgæ, quod agant, ut oleum alieno camino ad
tandem deſinant. Illuſtriſſimo Dn. Legato plurimam &
cioſam nuncio ſalutem, cujus fidei, integritati & induſtri
paribus officiis reſponderent reliqui, non dubito, quin ex v
res eſſet confecta. Deus Ipſum & nos omnes benigne pr
gat & tueatur. Vale. Haſn. prid. Calend. Jun. 1645.

## *DCCCLXX.*

## ISAACUS PEYRERIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Haſniam.*

TIbi ſum, mi *Wormi*, unice devinctus pro illis, quæ m

re, tanquam ex tripode reſpondiſti. Optime, ita me De-
net, ingenioſè & doctè me & te expediviſti ex incommo-
is, quæ me admodum premebant, & quibus te non me-
iter preſſum iri exiſtimaveram. Cætera videre & contre-
liceat, ubi Hafniam repetere dabitur. Qvod ut brevi
ixit Deus. Rem Pacis credebam eſſe in vado, & totum
ium eo recta procedebat, cum ex transverſo venere Batavi
nnia turbaverunt. Hoc certe & Illuſtriſſ. Dn. Legatum
am, & nos omnes miris modis male habuit. Deum
on putant, qui datam fidem non ſervant. Sed ſperent
ſi memorem fandi atque nefandi. Vos interim credite in
, qui ut & ipſe confidentiſſime ſpero, ſinceram Illuſtr.
i noſtri mentem & conſilia diriget, ad Pacifici Numinis
oriam, Sereniſſimi Regis veſtri incolumitatem, & veſtrum
am ſalutem. Scriptum puta, mi *Wormi*, ex intimis meis
rdiis, quibus & tibi ſum veriſſime addictus. Vale, amiſ
e, & me ſemper ama. Dn. Legatus te multa ſalute im-
. Chriſtianopoli 10. Kalend. Jul. Gregorian. Anni 1645.

## *DCCCLXXI.*

# ISAACUS PEYRERIUS

## *D. Olao Wormio.*

*am.*

cepi *Specimen Iſlandicum Arngrimi* tui, nec non paginas
*hronici Grönlandici* quas tibi dedit Bibliopola noſter *Molt-*
, pro quibus ſolitas, id eſt, maximas tibi, mi Wormi,
gratias, qui me perpetuis afficis beneficiis. Curabo, ut
ibi *Arngrimus* reddatur incolumis, cum *Laëtio* & illo tuo
us *Grotium*, quem tibi ſeruo, & quem ſtupefactus dudum
inter ſchedas meas: ſicut olim Benjamin invenit pate-
Pharaonis ſacco ſuo involutam. Habes Vaſconem confi-
a Reum furti. Cæterum de Pace nihil certi & comperti
, quod ad te ſcribam, niſi quod ſpero brevi illam futuram.
illud Deus ſinat, ut ſpes hæc mea me in vanum lactave-
At certe, quæſo te *Wormi* chariſſime, qvid facerem, dum
s & oſcitabundus hic Pacem expecto, niſi legerem & quas

 ad

## DCCCLXXII.

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*Chriſtianopolim.*

QUod tranſmiſſa probe curata ſint, gaudeo; utere fe
ut ultima iſta Aquilonaris plaga etiam per te inn
illuſtrata a pluribus. Non eſt, quod te torqveat *Latius*;
minus volo, nomen tuum inter celebres loces Vaſcones;
erit, ſi lubet, qvamvis ab amica manu habeam, cum p
majora tibi debeam. Hoſtium dudum mihi perſpectæ
quæ nunquam me ſecurum eſſe paſſæ ſunt, quicquid t
boni de pace ſperare juberes. Si is apud eos candor,
pectore Excellentiſſ. Dn. Legati, dudum res eſſet ex ſe
confecta. Qvid a Confœderatis veſtris olim exſpectan
perte videtis. Nos ſoli Deo confiſi, eventum nihilomin
ſtolamur opinionibus feliciorem. Optimum & Exce
Dn. Legatum tantopere & tanto tempore importunitate
um pacis delaſſari doleo, &, quod inter tantos labores n
mor eſſe queat, ac numiſmatum promiſſorum curam adl
rat, miror, Ita eſt; quo altius mens generoſa ſurgit,
manior ſe ad inferiora demittit. Omni genere proſperi

## DCCCLXXIII.

# ISAACUS PEYRERIUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

UT ſcias, amiciſſime *Wormi*, me non vana tibi prædixiſſe, Pete Pacem, geſtio tibi illam conceptis verbis & nomine Legati noſtri Illuſtriſſ. promittere. Imo nullus ſim, niſi tibi illam effectam reddiderit Excell. ſua intra dies paucisſimos. Non enim agitur jam de re, ſed de verbis, qvibus res adſtrui debeat: Res tota in vado eſt. Sed & tuorum Numiſmatum, neque Pacis tantum, curam egit Dn. Legatus, quæ illi tandem reddita ſunt, & quæ tibi ſervat E. S. quamprimum, Pace confecta, Hafniam redierit. Hæc ſunt, quæ paucis tibi jam perſtringo, donec Pacem ipſam ante oculos tuos poſitam videris, ſtigmata vulnerum, quæ accepit, attrectaveris, & te modicæ fidei hominem arguero. Vale interim, mi Wormi, & me ama. Chriſtianopoli 2. Kalendar. Auguſtar. anni 1645. Gregor.

## DCCCLXXIV.

# ISAACUS PEYRERIUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

EN accipe, humaniſſime *Wormi*, quas à me petiiſti literas Gothicas, inſcriptas Pyramidi illi, quæ eſt in Abbatia *de Beaulieu* juxta oppidum de Loches, agri Galliarum Turonenſis. Pſeudogothicas comperies, quas puras puras credidiſti Rhunicas. Abbatiam illam ex profeſſo petiit Amicus noſter, mei ſcilicet, tui, & *Bourdelotii* noſtri, Dn. *du Buiſſon*, ut Pyramidem illam inſpiceret, & ſcrutaretur characteres, quos fideli & erudita manu exſcripſit. Hominem puta non publici ſaporis, qui ficus, ficus novit, & quas novit ficus, ficus vocat. Negocium Pacis in proclivi eſt, & intra hanc, ut puto, hebdomadem conſummabitur. Secure de hac re & in utramque au-

rem dormitas velim; quod te etiam rogat, ut facias, I
Dn. Legatus, qui te plurimum ſalvere jubet. Nos a
vivimus, quod Vaſconice eſt Bibimus. Et tu bibe larg
Wormi, ut diu & bene vivas. Vale. Chriſtianopoli
Auguſtas anni 1645. Gregor.

## DCCCLXXV.

## OLAUS WORMIUS
### *Iſaaco Peyrerio.*

*Chriſtianopolim.*

QVamvis conſtitueram tuum ad nos reditum exſpect
coram de communicatis conferre, quia tamen o
noſtra tardiorem futurum illum auguror, placuit duos
una fidelia dealbare, & ad utrasque tuas hac una reſp
Non potuere non gratiſſima eſſe, quæ de pace promittis,
ctus meum adeo tundere non valuere, ut Thomam e
ſed Johannes maneo in eodem; non quod Illuſtriſſimo I
Legato aut vobis cæteris diffidam, ſed quod verear, n
diſſimus ille Heros ex ſuo, hoc eſt, candido, ingenuo
cupido animo Svecos metiatur, quibus nihil integri,
niſi dolos, inſidias, juris & æqui violationem meditan
cunque fiſtula dulce canat. Jam, ut putatis, omnibus
confectis, invenient in ſcriptis apicem, qui offendat, aut
dum præſentia agitis, occupabunt provinciam novam
omnia irrita & fruſtranea; hinc de novo tranſigendum
ſic tempus terent, usque dum omnibus ex voto ſint pot
opinionis haud levia ſunt argumenta. Alteram urbis
partem obſedit valida claſſis Svetica, alteram Belgica;
inſidiis & violentia opportuna. Exercitus eorum Malr
appropinqvavit, &, totam Scaniam peragrando, omnia
Hæccine illa ingeminata pax? Adhuc cum Thoma ex
*niſi videro & tetigero, non credidero.* Cum maxime bl
tur, maxime pungunt. Sed coram liberius mentem n
ſinum tuum effunderem, quam jam ſinant literæ. P
municata epiſtola Dn. *du Buiſſon* maximas ago gratias.
giam juvenis ille & non pœnitendam nobis locavit o

qua ſcrupulos non meo ſolum ſed multorum exemit animis, qui me inprimis magnopere torquebat, quod nullius ope Monumentum illud famoſum acquirere hactenus valuerim Agnoſco, in errorem nos traxiſſe *Quercetanum*, forſan non ſponte ſed aliorum relationibus deceptum. Si ſcripſeris ipſi, officioſe, rogo, ſalutes, & vel meo nomine gratias age maximas. Ego in communi Patriæ naufragio patienter exſpectabo, quid Supremum Numen de nobis fieri decreverit. Vos interea vivite etiam Gaſconice, & valete. Hafn. 6. Id. Aug. 1645.

## *DCCCLXXVI.*

## OLAUS WORMIUS

### *Iſaaco Peyrerio.*

* * *

SUmma petitionis Senatus Academici hæc eſt. Sub pœna æternæ maledictionis Regiæ huic Academiæ noſtræ debentur ex Eccleſiis Hallandiæ annuatim 68. imperiales cum una octava. Qvam ſummam cum aliis reditibus & privilegiis Academiæ nos Profeſſores ſub jurisjurandi religione tenemur ſartam tectam conſervare & ſucceſſoribus illibatam relinquere. Cum vero nec Regi nec Regno hæc debeantur, ſed nobis & Academiæ, ac concluſum ſit ſingulis Statibus ſua manſura illibata, ſperamus Sereniſſimam Reginam Sueciæ haud iniquiorem in nos, quam in Nobilitatem regni hujus futuram, neque iram Divinam & maledictionem æternam in ſe ac ſubditos ſuos, ob tam vilem interceptam ſummam, provocaturam. Qvæ omnia ſperamus Illuſtriſſ. Dn. Legatum, Mæcenatem noſtrum benignum, ita expoſiturum, ut Academiæ huic Regiæ ſua conſtet integritas, noſque occaſionem habeamus, tam illuſtre Nomen faſtis noſtris, non ſine perpetua ejus gloria, inſerendi. Mitto icones promiſſas Monocerotis noſtri. Tu memor Wormii tui, vive & vale quam proſperrime. Deus vos Angelis ſuis conducat, ut optatum feliciter attingatis portum. 9. Nov. 1645.

## *DCCCLXXVII.*

## OLAUS WORMIUS

*Iſaaco Peyrerio.*

*Stockholmiam.*

* * *

TEntavimus animos illorum, qui cum imperio, non
reniſſimæ Reginæ Sueciæ Hallandiæ præſunt; at
que expreſſo mandato Regio ſe minus noſtris poſtulatis
dere poſſe ajebant, ob cauſas, quas Illuſtriſſimo Legat
ſuis literis expoſuit Academia. Cum autem tanti mome
ſint, nec quicquam noſtris votis contrarium habeant Pac
nis Articuli, ſperamus Illuſtriſſ. Dn. Legatum ſua auc
& interceſſione obtenturum, ut adhuc ſalva maneant Ac
noſtræ privilegia, & reditus in tam pios uſus (non ſine i
tionis Divinæ in violatores comminatione) à tot Chriſ
mis Regibus dicati. Quod negotium ut felicius expe
ſperamus te apud Illuſtriſſ. Legatum nobis futurum p
tam fidelem; ſi quidem literatis omnibus ut bene ſit, e
te cupere, abunde ſciam; & conjunctiſſima noſtra fami
certo mihi perſuadeat, preces meas non minus apud E
tiam Ejus atque apud Te ponderis habituras. Magnum n
Mæcenatem valetudine in itinere fuiſſe afflictiori hic perce
quod me certe dolore haud exiguo affecit. Deus ipſum
lumen ſervet, & proſperrime ad nos reducat. Saluta e
nomine officioſiſſime, & tu pancraticè vale. Hafniæ
Decembr. 1645.

Ante abitum à nobis magnopere geſtio tecum co
ſunt enim nupere ex Galliis & Italia ad me delata, qua
velim communia, eaque haud ingrata, ut ſpero.

## *DCCCLXXVIII.*

## OLAUS WORMIUS

*Iſaaco Peyrerio.*

*Stockholmiam.*

HEus, mi Peyreri, ut vales? obriguiſſe tibi video cal

ıe frigoris aſperitate, manum non credo, aut animum. Acce-
d hunc ignem mutui amoris; incaleſces. Ni me omnia fallunt
ıria, gelu hoc aquilonare calamum licet ſtiterit, ſtetque
Marpeſia cautes, animum tamen non tetigit. Age, die, ut
t magnus noſter Mæcenas? Literas noſtras an acceperit?
aletis omnes? quando veſtrum exſpectabimus adventum?
am habes, hac tempeſtate quibus reſpondeas. Pluribus
obruam; nam & mihi jam manus frigore torpet. At ob-
; eram, Patrono meo magno, Legato fortunatiſſimo *Thull-
o*, *Channio*, reliquisque in veſtro comitatu meis, fauſtum
xque meo nomine precari novi hujus anni auſpicium. Stre-
ı redituris meditabar; alieno tamen nomine, ſi Deus volet,
ebitis. Salve iterum amice, ac vide, ut inter Lacones ver-
nos cogat Bruma. Hafn. 12. Calend. Februar. 1646.

## DCCCLXXIX.

## ISAACUS PEYRERIUS

### D. Olao Wormio.

*nam.*

I qvid boni habuiſſem de Hallandia ſuper Academia veſtra,
promptiſſimum a me reſponſum habuiſſes, Amiciſſime
*mi*. Sed perinde, imo ſatius duxi tacere, quam ſcribere,
atam Domino Legato hanc gratiam. Parvi momenti erat,
ıd petebatis; Parvi momenti fuit quod vobis negatum fuit.
ſpicatior vobis alias fortuna cadet. Ipſe qui ad te hæc ſcri
mei ipſius per hanc epiſtolam tibi præcurſor; Accincti e-
ı ſumus, ut vos & Hafniam veſtram reviſum eamus. Cra-
ıa luce, Deo favente, hinc ſumus diſceſſuri. Pluribus te
o, mi *Wormi*, quam primum mihi data fuerit copia affandi
Interim te etiam atque etiam rogo, ut valetudinem tuam
es diligenter. Nos valemus & bibimus, id eſt, egregie. Vale
ne ama. Stockholmiæ 4. Id. Februar. Anni Gregor. 1646.

DCCCLXXX.

## DCCCLXXX.

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*Lutetiam Pariſiorum.*

OBlata tam commoda per Legatum noſtrum ad te ſcribendi occaſione, intermittere non potui, qvin te literis meis ſalutarem, & inchoatam inter nos amicitiam refricarem. Vos ſalvos & incolumes in Galliam, re ubique ex ſententia confecta, perveniſſe, confido. Quod ſi in Belgio, ut ſtabat ſententia, Diſſertationem tuam de *Præ-Adamitis* prælo ſubjeceris, ejus me participem ut reddas, rogo. Nec, quæſo, deſiderare me patiaris exemplum Tractatus, *de receptione Judæorum* olim a te editi, ac, ſi quid apud Vos occurrat, quod raritate & novitate ſe commendet; eo ad patria viciſſim me obligabis. Novi enim, neminem te melius (qui indies in tanta luce familiaritate tot doctisſimorum hominum uteris) talia æſtimare & conquirere poſſe. Si quid apud nos occurrat te dignum, faciam viciſſim, ut habeas. Hic ſub prælo typographico gemit opus eximium & laborioſum *Chronologiæ Danicæ*, ad normam *Chronologiæ Helvicianæ* elaboratum a Præpoſito Inſulæ Sami, *M. Johanne Suaningio*; hoc ubi in lucem prodierit, faxo, ut habeatis. Adhuc in *Edda* vertenda laborat Iſlandus noſter, ſed lentus admodum eſt, & aliis ſtudiis diſtractus, ut vix dimidiam abſolverit partem; ad umbilicum ubi perduxerit, ut mox ad Illuſtriſſimum Dominum *de Thuillerie* deferatur, efficiam. Apud ipſum excuſa me, quæſo, qvod jam non fiat. Hominem urgeo, moneo, & præmiis ad diligentiam allicio, ſed plus, quam dixi, perficere haud potui. Si detur occaſio, Illuſtriſſimum Virum de promiſſis mone; me ſibi ad qvævis paratiſſimum ſemper inveniet. Dn. *Naudæum*, ſi apud Vos ſit, officioſe ſaluta; exſpecto indies ad ultimas meas ab ipſo reſponſum. Quæ apud nos ab abitu veſtro acta ſint, ab horum latore & aliis, qui in comitatu noſtri ſunt Legati, melius hauries, quam ex meis literis; qvocirca deſino, & te ſerio rogo, omnes, quos *Wormio* favere noſti, officioſe ſalutes, inprimis Dn. *de Marignis*, *du Buiſſon* & alios. Illi ſcripſiſſem, niſi, quæ a me ſcire deſideravit, melius a noſtris,

jam

apud Vos præſentibus, ea habere poſſet. Vale, &, ut ſo- ama. m. Jun. 1646.

## DCCCLXXXI.

## ISAACUS PEYRERIUS

### *D. Ol. Wormio.*

*ſniam.*

[P]Utaveramus, quamprimum Batauorum fines attigiſſemus trajicere illico mare in Gallias, ſed hæſimus in vado, & re- ra nobis fuit, quod Belgæ æſtate hac ægre copias ſuas ex ernis eduxerint. Imo hoc vix ab illis extorſerit Dn. Lega- noſter, hominibus puta credulis, quibus Pacem Hiſpani tenderunt, & quibus Hiſpanica fides nondum ſatis comper- tuit, quamvis illam ſubleſtam toties experti ſint. Vicit tan- n & ſuaſit bellum Excellentia ſua Pacifica, ſed eo fine, ut cem honeſtiorem certioremque procuret. Correptus fuit Dn. gatus acri podagra per hos 15. dies: Et quam cito convalue , ibi, quibus illi licebit ire pedibus, ad Principem Auriacum i abhinc 7. diebus Hagâ diſceſſit, ut exercitum ſuum omnem ca Bredam cogat. Neſcio, quem finem peregrinationum laborum Deus nobis daturus ſit. Invitant nos amici noſtri anes, qui ſunt Lutetiæ, ut ad illos eamus: Tendunt illi bis manns ſuas, & nos viciſſim illis noſtram ripæ ulterioris iore: neque deſpero quin mutuis brevi jungamur amplexi s. O quantas res illis dicam, de Dania, de Svecia, de Iſlan- a, de Grönlandia. & de Clariſſimo *Wormio*, Monumento m Borealium indagatore acerrimo. Illud ego omne iterabo i, ut factum & dictum erit. Mittam & tibi *Licetum* tuum *Annulis*, &, quod deeſt in Numiſmatis tuis, ſupplebimus. terim vale, *Wormi* dilectiſſime, & me ama. Salutem tibi o nomine adſcribere jubet Dn. Legatus eamque plurimam. agæ 15. Kalend. Jul. anni 1646. Gregor.

DCCCLXXXII.

## DCCCLXXXII.

## OLAUS WORMIUS

### *Iſaaco Peyrerio.*

*Hagam.*

NIhil minus cogitaveram, quam Vos adhuc Hagæ commorari, quocirca Illuſtriſſimo Domino Legato & tibi ſcripſi Pariſios per *Sperlingium* noſtrum, qui in comitatu eſt noſtri Legati; literas autem iſtas an acceperis, neſcio. Video, graves cauſas reditum veſtrum in Patriam impediviſſe, &, ſi vera ſint, quæ hic narrant, confectam ſc. eſſe pacem inter Hiſpanum & Belgas, non tam cito res erit a Vobis ex animi ſententia confecta, & reditus veſter dilationem forſan admittet ulteriorem. Doleo, Excellentiſſimum Dominum Legatum infirmâ adeo conflictari valetudine. Deus conatibus Ejus benedicat, & ſalvum ac incolumem reducat! Quæ apud nos hic aguntur, aut a veſtro abitu acta ſunt, melius diſces ex iis, qui penes noſtrum ſunt Legatum, quam ex jejunis hiſce literulis. Nuper Patavio literas à *Rhodio* noſtro accepi, qui narrat, *Naudæum* inſignem optimorum librorum copiam ibidem conquiſiviſſe in Bibliothecæ Illuſtriſſimi *Cardinalis Mazarini* uſum, & jam Gallias tendere. *Bangii* quædam per *Sperlingium* nuper tibi miſi. Aliud jam non occurrit, tuis auribus & oculis dignum. Saltem rogo, Illuſtriſſimum Dominum Legatum meo nomine officioſe ſalutes, & cures, ut ambo pancratice valeatis. Hafn. 25. Jun. 1646.

## DCCCLXXXIII.

## OLAUS WORMIUS

### *Iſaaco Peyrerio.*

*Lutetiam.*

QVia Vos feliciter Lutetiam attigiſſe reor, non potui diutius me continere, quin de reditu gratularer, atque initæ amicitiæ muneribus facerem ſatis. Venit ad nos Dn. *Sag*, qui quod nihil a te tulerit, miror; ſuſpicor ad Dn. Legatum & te non perveniſſe, quæ Doctori *Sperlingio* commiſi. Adeo incert

erta ſunt quandoque, quæ per amicos curantur. Iſlandus ter penſum ſuum in *Edda* deſcribenda jam abſolvit; expiſcai rogo, an Illuſtriſſimus Dn. Legatus velit hunc librum traım Dn. *Henneqvino* apud nos Reſidenti, an vero alia com- ditate ſibi transmiſſum. Quod hac vice ipſi non ſcribam, uſabis; cupio enim de veſtro adventu certior eſſe, antem negotia ejus interturbem. *Naudæo* a me plurimam dic tem; ad meas, quas tibi tradidi, reſponſum exſpecto. Unum ırrit, in quo operam tuam implorandam duxi. Nuper ı revolverem doctiſſimum *Gaffarelli* librum, quem *Curioſites* ıies nominat, incidi *cap.* 5. *parag.* 9. *pag.* 101. in locum, in diſſerit de modo, quo ex cineribus in vitro plantæ reſuſcipoſſunt, ac refert, doctum quendam Chymiſtam, *M. de* ıes, hoc ipſum ſingulis diebus ſpectatoribus demonſtrare. Si cum docto hoc Viro intercedat familiaritas aliqua, rogo, ›peram, ut vel unius plantæ cineres ab ipſo impetrare poſſis, ı transmittendos. quovis ſolvam pretio, Reſidenti noſtro hic ıerando. Non enim leve ornamentum Muſeo noſtro ejus ſſione allatum iri exiſtimo. Ignoſce, nimium te ſi fatigem, hic viciſſim ad tua vota promptum habebis. Saluta officiome Illuſtriſſimum Dominum Legatum & amicos, quos me l Vos habere ſcis, omnes. Vale. Hafn. 23. Oct. 1646.

## *DCCCLXXXIV.*

## ISAACUS PEYRERIUS

### *D. Olao Wormio.*

*niam.*

Iſperream, amiciſſime *Wormi*, ſi non mihi videor vel cœlo delapſus, vel in alium terrarum orbem delatus, ex quo etiam ſubii; ita me per vicos & plateas innumera trudit & udit vis hominum hac & illac, non dicam currentium, ſed ntium. Certè in vaſtiſſima & frequentiſſima urbe apud me ſum, ita pulſor, ita agitor, ita ſtupendo carrorum & cartorum tonitru quotidie contundor. Surdus ſum, & minus los exiſtimo, qui in ipſis Nili cataractis habitant. Nec nde credas, tui vel curam, vel memoriam mihi unquam

ceſſiſ

ceſſiſſe. Excuſatum velim me habeas, ſi in tanto & t
tiplici æſtu & tumultu nec mihi vel fere licuerit, ſpiritı
gere; at multo minus calamum aptare digitis, ut te c
facerem tum reditus noſtri in Gallias, tum meæ, qua
manebit, erga te obſervantiæ. Adde, quod putavi n
habere, quod ad te ſcriberem, quoniam Dn. *Naudæu*
nondum huc revertit, ex quo pluribus abhinc menſibu
ſit ad Helvetios, & Germanos Helvetiorum contermi
innumeros in illis regionibus libros compareт, quibus
ſimam Bibliothecam Eminentiſſimi Cardinalis inſtruat
tamen hic aderit, imo intra ſolſtitium hoc hibernum,
rare juſſus ſum; Atque illud unice in votis habeo, ut
lam tuam manu mea deponam in manum ejus. & de t
cum illo ſermones conferam. Illuſtriſſ. Dn. noſter *de*
*lerie*, capſam librorum prægrandem, ex veſtro Sep
auctam, Eminentiſſimo Cardinali obtulit. Excepit
lari admodum vultu Eminentia ſua, & plura de te ad
benevole & amice dixit Dn. *de la Thuillerie*. Exſpectat
*Dn. Naudæus*, qui capſam frangat, ut libros edat & p
dine. Scribam ad te eodem tempore, quid facto ſit o
exſcriptæ, nec non docti illius Iſlandi, qui illam exſcrip
non temere, neque in vanum, factum ab illo, ſibi pe
Serva interea apud te, quæſo, apographum hoc, im
æque atque tuum autographum. Nihil audivimus a Do
*lingio*, neque de illis, quæ per illum ad nos deferend
ras. Si ſit in comitatu Illuſtriſſ. Proregis Legati veſtri
ro, huc venturus erit. Cæterum, vera ſunt, quæ ſcr
cus noſter Dn. *Gaffarel*, de inſigni illo Chymiſta Dn.
quem & ipſe vidi & novi, quamvis imagines illas flor
exprimebat in vitro non viderim, ſed certo certius eſ
de his quondam dediſſe experimenta. Quo autem fat
rit Lutetia, pluribus abhinc annis, Dominus ille *de Cl*
mihi certo liquet. Habuit ſocium, qui vocabatur *P*
*Miles*, quem etiam vidi & novi olim; ſed quem jam
ritus ſum, quia reus nuper fuit adulteratæ monetæ:
reatu dicunt, ſed nondum carcere ſolutus eſt. Confi
turum alias, qui me rationem doceant eliciendarum
maginum ex ſale vel cinere florum; & ſi qvid de illis
continuo ad te reſcribam; ut non ſolum Plantæ uniu

detur, ſed & hortos totos florum in Muſeo tuo ſiſtas. Te ...xima eaque officioſiſſima ſalute impertit Illuſtriſſ. Dn. *de la* ...*uillerie* nec non quamplures, quos habes Lutetiæ, amici, Vir... tis tuæ æſtimatores eximii. Sed de his fuſius, quamprimum ...dero Dn. *Naudæum* noſtrum. Vale interim, Wormi chariſſi... e, & me ſemper ama. Mittetur ad te, ut commode & tuto ...ri poterit, *Licetus* tuus *de Annulis*, & capſula egregia Numi...matum, cum ſupplemento eorum, quæ tibi deſunt. Lutetiæ, ... Kalend. Jan. anni 1647. Gregor.

## *DCCCLXXXV.*

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

...*riſios.*

VIdes, ut importunus ego amicitiæ exactor; non deſino urgere, flagitare, rogare, ut ſcribas, & jam tertio, ex quo ...riſios veniſti, ſcribo ego, etſi non ſit, quod ſcribam; Tu ta... ...en taces. Reſpondebis, ſat ſcio, te in literis ad Legatum ...ſtrum *Henneqvinum* me ſalutaſſe; at non ſufficere hoc, ajo; ...anum volo ac mentem. Sed non dubito, quin & negotiorum ...ultitudo & amicorum præſentium frequentiores interpellatio...s te diſtractum adeo teneant, ut abſentium facile obliviſca... Ut ut ſit, importunitate mea te obruam, donec per te ſcivero, ut valeatis omnes amici, quid agat Magnus noſter ...tronus *Thuillerius*? an noſtrarum rerum meminerit, an vero obliſcatur? ut tu? *Naudæus* an apud Vos ſit? numquid nupere e... derit? quæ Pariſiis divulgata curioſa & nova? Vides, ſat eſ... quod ſcribas: imo prioribus reſponde, ſic non deerit, quo ...nicum bees. Mitto jam Domino *Thuillerie Eddam* ab Iſlando ...ſtro deſcriptam, utinam ad nutum veſtrum; ſi ejus indigea... opera, in Gallias ſe iturum ſpondet, modo honeſtis id fieri ...ſſit conditionibus. Juvenis apud nos ejus nationis non ex... ullus eo modeſtior & Antiquitatum Septentrionalium peri... ...or. Nondum abſolvit Typographus noſter opus *Chronologiæ* ...*anicæ*, alioquin miſiſſem & *Eddæ* adjunxiſſem. O! quoties ...i mentio crebra, apud *Henneqvinum* & *Sagium*, qui

magno in Aula eſt pretio, Regemque, quocunque proficiſcitur, jam comitatur. Nil addo, niſi ut valeas, & extortæ importunitati ignoſcas. 4. Decembris, 1646.

## *DCCCLXXXVI.*

# ISAACUS PEYRERIUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

EN adſum, quem quæris, quem urges, quem flagitas, quem rogas, amiciſſime *Wormi*! Et reſcribo ad te ſecundo, ut ſecundas tantum a Te accepi literas, ex quo Lutetiam venimus. Tertias enim illas, quas mones, nusquam vidi. Fuſius ad te ſcripſi nudius tertius, nec dubito, quin jam literæ illæ meæ ad te pervenerint, & ſitim, quam tu habes mei, quodammodo ſedent. Tunc te pleno proluam poculo, cum *Naudæum* noſtrum videro & allocutus fuero. Venit enim ille tandem, ut antehac venturum monueram, & tribus abhinc diebus venit; neque mihi adhuc videndi illum data fuit copia. Multis illum volo, & ſuper me, & ſuper te, & ſuper *Suenone* noſtro Iſlando, cujus adventum ad nos, & conditiones ejus curabo diligenter; atque hæc omnia quamprimum ſigillatim tibi explicabo. Intricatus fui totis his diebus elapſis in morte & funere Altiſſimi Principis *Condæi* Patroni mei, cui libros tuos dederam paucis diebus, antequam diem ſuum obiret. At ille, poſtquam multa me ſuper te rogitaviſſet, multas mihi propter libros tuos gratias egerat. Verſantur libri illi tui Eruditorum noſtrorum manibus: inter quos plures ſunt, qui tuo Beneficio Linguam Runicam jam apprime callent. Epiſtolium hoc prænuncium eſt longioris futuri, ut videro *Naudæum* noſtrum. Noli deinceps inſcribere titulo Epiſtolarum tuarum, *a l' hoſtel de Condé*, ſed, *chez Monſieur de la Thuillerie, a la rue Grenelle, a Paris.* Et ſi vis, ut tuto ad me deferantur, cura ut includantur faſciculo Epiſtolarum Dn. *Henneqvini*, Reſidentis apud vos noſtri. Reſcribet, ut opinor, ad te Patronus noſter Dn. *de la Thuillerie.* Certiores fac nos rerum Iſlandicarum, ſi quid novi illarum habes, & *Arngrimi Jonæ*, amici tui, Herois illius inclyti Iſlandi. Vale,

:, mi Wormi; pergito propinare mihi, Tu & Dn. *Henne-*
*ius* & Dn *Sagius*, ſicut ego vobis propino, & probinabo, in
num. Pariſiis 3. Idus Januarias anni 1647. Gregor.

## DCCCLXXXVII.

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*etiam.*

[ υϱηκα, ευϱηκα meum *Peyrerium*; dum enim ego a Ca-
lendis Jan. in Calend. Mart. Nycopiæ Falſtrorum apud
:eniſſimum Principem noſtrum in Ejus valetudine curanda
:upor, binas a te, auro certe cariores, accipio literas, al-
as Lutetiæ 10. Kal. Jan. datas, alteras 3. iduum ejusdem men-
, quibus (ut una fidelia duos dealbem parietes) unis hiſce
pondebo. Gaudeo incolumes Vos domum rediiſſe, ſed ma-
; lætor, memoriam noſtri tibi non excidiſſe. De me tibi
rſuadeas, velim, amicitiæ noſtræ continuandæ inſervire quod
ſſit, nunquam intermiſſurum. Quia vero tanto temporis
tervallo nihil acceperam literarum, variæ curæ animum ver-
ɔant. Jam ſuſpicabar, te in reditu ab Hiſpanis interceptum,
m amore gentis ad Iſlandos, Grönlandos, vel prorſus ad
æ-Adamitas in Americam transvolaſſe; adeo anxium, nihil
at, quod in tuto collocaret, præter tuas literas. Cæterum
ninentiſſimo Domino Cardinali operam meam haud ingra-
m fuiſſe, lubens audio; ſiquid hiſce in oris occurrat, quo Ei
s Eminentiæ gratificari valeam, me promptum inveniet. In-
imis magno meo Patrono Domino *de la Thuillerie* officia mea
ım ſalutatione humillima delata cupio *Sperlingius* procul du-
o jam vobis aderit, in comitatu Dn. Legati exiſtens. Quæ
: plantarum ex cineribus reſuſcitatione ſcribis, auctoritate
iri Clariſſimi *Gaffarelli* confirmata, firmiter jam credo, licet
ıte fieri hoc poſſe valde dubitaverim. Scribunt quidam &
ſcribunt multi multa hac de re, ſed nemini hactenus, niſi
ıi oculis ſuis hoc ſpectaculum uſurpaverit, credere potui, eo
ıod præparationis modum, mihi ab amicis communicatum,

 ſine

ſine ullo ſucceſſu olim tentaverim. Inter alios quidam *Philip. Müllerus* edidit Lipſiæ opus titulo *Miraculorum Chymicorum*, in cujus *Libr. IV. Cap.* 4. rem totam proponit, ſed tentanti non ſucceſſit operatio. Optarem igitur ſaltem unicum ſpecimen videre ab eo, qui artem calleat, & myſterium operatus ſit. Qvi enim ejusmodi ſecreta aliis communicant, invidiæ morbo iſtis hominibus familiari, id quod maximi eſt in re momenti, celare ſolent, ut, qui ſecundum eorum deſcriptiones labores inſtituunt, operam perdant. Quam gratum mihi fuerit ex literis tuis intelligere, rediiſſe domum *Naudæum* noſtrum, effari nequeo; ſpero enim, ad meas reſponſurum Ipſum, meosque conatus Eminentiſſimo Domino Gardinali commendaturum. *Edda* deſcriptum tradidi Nobiliſſ. Dn. *Hannequino* Reſidenti apud nos, Amico meo dilecto, qui ſcribæ pro labore ſatisfecit, & prima commoditate procul dubio opus ad Vos eſt transmiſſurus. Ab *Arngrimo* hoc anno nil niſi injucundas admodum literas accepi, quibus & remedia contra morbum chronicum, quo vexatur, expetit, & obitus ſui prænuncium adjungit Epitaphium a ſe ipſo confectum, quod mea opera hic in tabella depingi ac confici vult. Tanti amici jacturam ægre feram; ſpero tamen, Deum vetulum noſtrum, 79. annum ingreſſum, diutius conſervaturum, ſiquidem Socer meus D. *Finckius* 86. jam ſuperaverit. Sed hæc rara ſunt. Apud Sereniſſimum Principem dum fui, multus de *Præ-Adamitis* tuis inter nos fuit ſermo, rationes tuæ opinionis exponere coactus fui, unde valde novitate hujus diſcurſus oblectatus eſt; cumque varia de te & noſtra converſatione retuliſſem, dolebat vehementer, ſe tuo conſortio, dum hic eſſes, uſum non fuiſſe. Si mecum Optimo Principi adfuiſſes, ex aureo Cornu bibiſſemus Gaſconice, & ex eodem ſanitatem Domini *Thuillerie* tibi propinaſſem pancratice. Tui hic immemores non erimus, dum vivit Iacchus. Iterato magnum noſtrum Heroem, *Thuillerium*, *Naudæum* & alios, quos noſti mihi amicos, ut ſalutes, cupio. Hafn. 3. Nov. Mart. 1647.

DCCCLXXXVIII.

## *DCCCLXXXVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*Hagam Comitis.*

ANte octiduum circiter rediit ad nos Aulæ Magiſter *Ulfeldius*, Legatus ad Regem Chriſtianiſſimum Extraordinarius; ſed neminem in ejus comitatu quidpiam literarum ab amicis in Galliis ad me habere, valde miratus ſum. Ad minimum *Peyrerium* meum a ſolito ſalutandi amicos officio non ceſſaturum mihi perſuaſeram, cum, ſi recte animum ejus perceperim, tam frigidi non ſit pectoris, ut amoris igniculos ſubito adeo exſtingvi pateretur. Verum, cum in Belgio apud Illuſtriſſimum Patronum hærere ab amicis jam intellexerim, anxius animi, ne in offenſam incurrerim, me temperare non potui, quin literis hiſce expiſcarer, quæ tantæ inexſpectati in tam commoda occaſione ſilentii ſint cauſæ. Ad eas, quas cum *Sperlingio* miſi, (ut jure tecum expoſtulem,) mihi reſponſum debes. Ubi autem *Naudæus* noſter? Priſtinine affectus in Patrono noſtro manent reliquiæ? Rumpe moras & laboranti ſuccurre animo, ita ut te ſalvum velint Muſæ omnes & Charites gratioſæ. Haſn. a. d. 12. Aug. 1647.

## *DCCCLXXXIX.*

# ISAACUS PEYRERIUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

QUod nullas a me acceperis literas, adveniente ad vos Illuſtriſſimo Aulæ veſtræ Præfecto, Patrono meo colendiſſimo, hoc certo, dilectiſſime ac humaniſſime Wormi, præter ſpem, & voluntatem meam, eveniſſe credas. Neſcio quid enim turbatum eſt inter me & Dn. *de la Thuillerie*, quo tempore Generoſiſſimus Prorex veſter profectionem ſuam a nobis ad vos parabat; & ſub idem tempus, imo in ipſo itinere, quo

viam ad Batavos eum illo inſtiteram, ab illo me expedivi; quod Vaſconum more, tam celeriter, & inopinate adeo accidit, ut cogitationibus aliis relictis, huic uni rei intendendum & ſatagendum mihi fuerit. Pedem ergo, ex illo, horſum retuli, & veterem cum Lutetia mea, & amicis meis, conſuetudinem inire cœpi, apud quos, mi Wormi, & crebra & celebris fit tui mentio. Nec eſt, quod dubites de *Naudæi* noſtri erga te obſervantia; Hæc enim cura ſollicitum illum habet, ut non ſolum verbis ſuis, ſed re ipſa teſtificante Cardinale Eminentiſſimo, tibi ſignificet, quam memor tui ſit. Verum enim vero, tot & tantis, quæ vides, negotiis abductum, & diductum Heroa, ne dum affari, ſed neque adire licet. Adde, quod tute non neſcis, muſſare libros inter arma. Illucebit brevi, ut ſperamus, Pacis facula, quæ rei literariæ, & tui mentionem, apud Cardi. Eminentiſſ. quaſi poſtliminio reducet. Penes me eſt tuus *Licetus de annulis*, quem ad te mittere conſtitui cum *Narratione* mea *Grœnlandica*, quam ſermone noſtro vernaculo edidi, in qua ſæpe, neque ſatis pro merito tuo, laudatus es. Cæterum, gratias tibi ago maximas, pro lucubrationibus illis eximiis, quarum mihi copiam feciſti, doctiſſimorum & elegantiſſimorum Virorum, *Bangii* noſtri & *Bartholini*, affinis tui, quem & mihi amicum adoptari magnopere cuperem: qua ratione & me illi mancipatum vellem intelligeret. Si quid ad me reſcribere volueris, quod te unice oratum volo crebro ut facias, reſcribe quæſo per Dn. *Retz*, qui a Vobis apud nos Reſidet. Ille mihi eſt intimus, nec quicquam rei mihi ſit cum Dn. *de la Thuillerie*: Diſcidium enim mihi cum illo eſt, quod reſartum neque poſſem, neque vellem. Committam curæ Dn. *Retz* Licetum tuum, & *Narrationem* meam *Grœnlandicam*, ut, quæ illius eſt erga me benevolentia, libros illos, & quam tuto & quam cito ad te deferendos procuret. Dn. *Gaſſendus* noſter, vir eximius, qui te pluris æſtimat, & cujus nominis famam ad te perveniſſe credo, in animo & in votis habet, deſcribere vitam Illuſtriſſimi veſtri *Tychonis Brahæ*. Copiam ego illi feci *Elegiæ* illius, quam beneficio tuo Hafniæ exſcripſeram; & recepi inſuper me ad te ſcripturum, ut reliquos alios verſus, quos habes, ejusdem auctoris, ad nos tranſmitteres, nec non adverſaria omnia, quæ poteris hinc & inde colligere tum dictorum, tum factorum tanti Viri. Patriæ veſtræ hæc erit gloria, cujus

amans

amantiſſimum te eſſe certo ſcio. Adde, quod te honoratum & laudatum habebit Vir laudatus ille, in illo opere ſuo egregio. Fac me quæſo promiſſi reum, & voti mei in hac re compotem. Quod de te ſpero, mi Wormi. Bene vale, & me ſemper, quod facis, ama. Lutetiæ Pariſior. pridie Nonas Octobr. anni 1647. Gregor.

## *DCCCXC.*

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*Lutetiam.*

QUanta lætitia me literæ tuæ affecerint, effari nequeo; varias enim ſuſpiciones animo meo exemerunt, quæ me huc usque haud parum ſollicitum reddiderunt. Scis, quid Heros *Thuillerius* de reſtituendo *Liceto*, de ſupplemento Numiſmatum, de capſula iis deputanda pollicitus fuerit. Verum, cum nihil horum apud noſtros invenerim homines, non poteram non ſuſpicari, male ab iis res meas curari. Sed, quia jam, quo in cardine cuncta verſentur, per Te cognoverim, acquieſco. Cæterum gaudeo, Clariſſimum *Gaſſendum* ( quem a me officioſe ſalutabis ) hanc curam in ſe ſuſcepiſſe, ut *Tychonis* noſtri met vita perſequi ſtylo eleganti velit. Legi, quæ contra *Flud* & *Ariſtotelicos* ſcripſit, ingenioſa certe, acuta & eruditionem maximam ſpirantia; ſed doleo, quod ex ſeptem promiſſis *contra Ariſtotelicos* libris unicum ſaltem nanciſci potuerim; ſi apud nos extarent reliqui, quovis ære redimerem. Quam vellem, me ejus conatibus in cauſa *Tychonis* ſymbolam conferre poſſe, ſed vix ſuppetit quicquam memoratu dignum. Mitto, quæ apud me videras *Epigrammata*, inter quæ quædam ſunt, quæ, dubito, an ab ipſo *Tychone* ſint profecta; Vos Ipſi delectum habebitis. Reliqua, quæ in chartis meis vidiſti, dudum in Ejus operibus excuſa ſunt, tria *in laudem Copernici*, unum in ejus *Inſtrumentum parallacticum*, in *effigiem Ptolemæi Alexandrini* &c. *Oratio*, quam ſcripſit *in laudem Aſtronomiæ*, edita eſt cum aliis *Cunradi Aſlaci* ejus diſcipuli. Si in vivis eſſet Dominus *Longomontanus*, qui hujus menſis die 8. obiit, non dubitarem, quin multa de *Tychone*, cui per multos annos fuit familiariſ-

ſimus, haberemus. In ejus cathedram ſucceſſit *Dn. Fron*
cum quo de Tychone egi; ait, ſe habere ejus MS. o
*Craigium* Scotum, nondum editum, item *Epiſtolas* qu
*familiares* de ſuo itinere & e Dania diſceſſu, ſed tam
corradere ea non poſſe. Si moram aliquam res patiatu
quo proximis me mone) conſtituit ipſe *Gaſſendo* ſcribere
amicitiam ambire, & ſimul, quæ tenet, transmittere. E
terea non ceſſabo Virum urgere, promiſſis ut ſtet, mea
fidem apud Vos liberet. In charta mea nomina reperi
32. Studioſorum ejus diſcipulorum, qui ſucceſſive cum
Uraniburgi vixerunt, & Aſtronomicis ſtudiis incubuerunt
dam poſtea Cathedras in Academia obtinuerunt, quidam
ſcopi & Paſtores facti ſunt; ſed, quia in hoc catalogo hiatus q
eſt, dignum non duxi, quem transmitterem. Sed quæ apud A
momenti alicujus conquiſivero, data opportunitate m
Interea Domino *Gaſſendo* me commenda, & officia defer
ptiſſima. *Elogium Tychonis*, quod *Thomaſinus* edidit, d
dubio procul vidiſti. Vale. 3. Id. Oct. 1647.

## *DCCCXCI.*

# ISAACUS PEYRERIUS.

## *D. Olao Wormio,*

*Hafniam.*

QUam lubenter & ſuaviter accepi à te, mi Wormi, &
vi poſteriores literas illas, quibus tuum erga me an
teſtificatus es, nec non quæ de *Tychone Brahe* a te peti
pluribus reſponſo tuo perſecutus es. Horum omnium c
feci eximio *Gaſſendo* noſtro, de quibus gratias mecum tibi agi
ximas, & tibi mittit, quod non habet, id eſt, ſalutem, quam ip
poſſidet validam. Quæ in *Ariſtotelios* inſtituerat, & qu
deſiderio tangeris, rejecit ille, ut opinor, in ea quæ nov
commentatus eſt ad *librum decimum Diogenis Laërtii*, d
*curo*, quorum editio ſudat adhuc ſub prælo Lugdunenſi,
dum abſoluta eſt. Ibi curioſa, erudita, & acutiſſima
ges omnia. Interim ut ſuum erga te benevolentem ani
ſignificet, dono tibi ille mittit librum, quem anno ſupe

c

edidit, *de Vita Epicuri*, majoris illius prodromum: nec non Clariſſ. *Frommio* veſtro *Inſtitutiones* ſuas *Aſtronomicas*, opus elegantiſſimum, quo Syſtemata *Ptolemai*, *Copernici* & *Tychonis* veſtri, accurate & lucide expenduntur. Quod ut boni conſulatis, tu & tuus *Frommius*, vos per me rogat opere maximo. Rem certe gratiſſimam illi feceritis, & rei literariæ perutilem, ſi illis, quæ tu & tuus *Frommius* ſcrutari poteritis de diſceſſu & itinere *Tychonis*, nec non deceſſu ejusdem in Germaniam, legitimis tum doctorum, tum ſcriptorum præcipue *Tychonis* ipſius, teſtimoniis, illi communicaveritis. Neque omittenda ſunt, quæ de genere ejus illuſtri, de nomine patris & matris, fratrum & Sororum, tum de matrimonio legitimo vel non, & de liberis ex illo progenitis, de muneribus quæ geſſit in Dania, & de cauſis ejus diſceſſus, penſiculatim edocere nos valebitis.

Cæterum, epiſtolio huic involutam accipies Epiſtolam optimi *Naudæi* noſtri, qui nomine Eminentiſſ. Cardinalis *Mazarini* mittit ad te Numiſma aureum, quo Regis effigies ab una parte, ab altera Reginæ Matris, repræſentata eſt: nec non horologium affabre factum, incluſum pixidi aureæ, & electro vermiculato compoſitæ. Quæ Eminentia ſua *Ferre ſui tibi dat monimentum & pignus amoris*. Remitto etiam ad te *Licetum* tuum *de annulis*: & me promiſſo exſoluo de *Relatione Grœnlandica*, cujus tu pars maxima es. Quæ depoſita ſunt apud Nob. & illuſtrem Dn. *Retz*, qui apud nos a vobis reſidet: cum nuiſmate, & Horologio, & libris Dn. *Gaſſendi*; quorum omnium curam ad te transmittendorum ſuſcepit.

Agitatur hic apud Philoſophos noſtros celebris quæſtio *de Vacuo*, cujus experimentum primus edidiſſe fertur *Torricellus* Hetruſcus, cum Mercurio fiſtulæ vitreæ incluſo, hermetice ab altera parte gypſatæ: Etenim demonſtrationem ocularem ſuperiori anno exhibuit Regi & Reginæ Poloniæ *Valerianus Magnus*, Monachus Capucinus. Et quamvis non te fugiſſe exiſtimem, quod tam celebriter in vicina tua geſtum eſt, non ab re nihilominus fore duxi, ſi ad te mitterem *Epiſtolam* ſuper hoc argumento Gallice conſcriptam ab amico meo Dn. *Petit*, inſigni apud nos Mathematico & Philologo, qui mihi illam nuper dedit, cuique adjecit *Valeriani* Demonſtrationem. Si quid tale vel jam expertus ſis, vel experiri libido ſubeat, reſcribe quæſo tuum de hac re judicium. Variæ enim feruntur hic de *Va*-

*cuo* illo opiniones, quorundam aſſerentium, plurimorum vacuum illud negantium.

Novi & fama egregii nominis, & commendatione eruditionis eximiæ *Bartholinum* tuum, & plurimum tibi debeo, quod amicitiam Viri adeo præclari mihi conciliaveris. Rependo illi toto pectore ſalutis officioſam vicem, quam ad me miſit. Officioſe itidem ſalutes oro Dn. *Frommium* meo nomine. Lugemus & nos lumine caſſum laudatiſſimæ memoriæ *Longomontanum* veſtrum, ſed digno & electo ſucceſſore ejus nos conſolamur. Vale, mi Wormi, & me, quod facis, ama. Lutetiæ Pariſ. Kalendis Aprilibus anni 1648. Gregoriani.

## *DCCCXCII.*

# ISAACUS PEYRERIUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

Non dubito, mi *Wormi*, quin longum meum reſponſum ad poſteriores tuas literas acceperis, nec non illi incluſam Dn. *Naudæi* noſtri epiſtolam, qua tibi ſignificavit Eminentiſſ. Cardin. *Mazarinum* dono tibi mittere numiſma aureum, & horologium in pixide exquiſita, pignus grati ſui animi, pro illis curioſis quæ tu Emin. Suæ dediſti, & ſuæ erga te benevolentiæ monumentum. Dn. *Retz* qui tibi hanc traditurus eſt, rationem illorum reddet, quæ Dn. *Retz* fratri ejus, & Reſidenti apud nos veſtro, conſignata ſunt; nec non librorum quos ad te cum Liceto tuo remitto. Plura & ille tibi renunciabit de Experimentis Vacui, quæ vidit hic fieri, & quorum teſtis eſt idoneus, quorumque judicium tuum a te enixe peto, ut illius curioſos amicos meos faciam participes. Mitte & illa etiam, quæſo, quæcumque colligere poteris ad vitam Illuſtriſſimi veſtri *Tychonis Brahe* pertinentia, quam perſequi ſummopere cupit *Dn. Gaſſendus* noſter. Exſpecto avide, quid mihi ſuper his reſcribas, & te unice obteſtor, ut mei ſis memor, & me ames, quemadmodum ego te toto pectore colo, & obſervo. Vale, mi Wormi. Pariſiis pridie Idus Majas anni Gregor. 1648.

DCCCXCIII.

## DCCCXCIII.

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*iam.*

Eſponſi tui, quod longum vocas, dudum tranſmiſi re. ſponſum, cui additæ fuerunt ad *Gaſſendum* literæ, & quæ- |ue de *Tychone* corradere poteram. Jam quædam addo, ex eo tempore expiſcatus ſum. Rediit ad nos *OVenus Ju-* |ui munera ab Eminentiſſimo *Cardinale Mazarino* trans- ı attulit, pro quibus epiſtola hiſce addita ad Dominum *daum* gratias ago. Attulit idem & libros, quos Tu & *indus* miſiſtis, ſed nondum accepi, eo quod ſuppellex ejus ſit ad manus. Hinc eſt, quod nihil jam habeam, quod 'acuo dicam. Epiſtolam tuam, cui jam reſpondeo, obtulit *ius*, juvenis eruditus, qui, licet quædam de inſtrumento, vacuum oſtendere conantur, contulerit, explicare tamen i tam exacte non potuit, ut omnia aſſequerer. Mihi vide- quod idem oſtendi poſſit in vitris, quibus aëris tempera- ıta explorant; ſed, licet liquor in iis aſcendat ac deſcen- creſcat & diminuatur, tamen nihil aliud inde colligi vere :ſt, quam a frigore aërem in iis condenſari, & minorem ıpare locum, quam ubi attenuatus fuerit; unde ob metum ıi ſuccedit liquor, & contra naturam ſuam (qúa gravis) ndit, ac majorem occupat vitri partem. Hinc vacui impoſ- itatem potius quis elicuerit, quam ejus poſitionem; ſed de mihi nondum perſpecta judicium ſuſpendo. Memineris, :ſo, Te, eorum, quæ olim ad Te ſcripſi de artificio, *Monſ. de vis*, quo ex cineribus plantas ſpirituales reſuſcitare noverat, ſi ad Vos venerit, unius ſaltem experimentum habeam. e, &, ut facis, ama. Adjuncta Clariſſimo *Gaſſendo*, præ- ſa ſalutatione, offer. Spero ad Ipſum dudum delatas pro- ıs meas, quas Domino Reſidenti apud nos Gallico curandas lidi. Hafn. XIV. Cal. Aug. 1648.

DCCCXCIV.

munis, Dominus *Henſequinus*, Legatus Regis Chriſti
ſimi apud nos Ordinarius, cum ſine meis ad te dimittere
potui, tum ut reſciſcerem, quo in ſtatu res tuæ eſſent p
inteſtinas turbas, quibus Rempublicam veſtram vexari i
ximus, tum ut ad conſvetum literarum commercium a
darem commodiorem. Non dubito, qvin Clariſſimus G
*dus* omnia, quæ de *Tychone* communicaveram, nactus ſi
in propoſito adhuc pergat, ſignificabis. Salutabis a me o
ſe; ſi aliquid ex eo tempore, quo ultima curavi, occu
notatu dignum, hac commoditate miſiſſem. Illuſtriſſim
*miti de Harlay* rara quædam *Legum* noſtrarum monument
ſtinavi; an acceperit, ſi poteris, inquiras, rogo; valde
metuo, ne inter turbas iſtas veſtras, quæ ad amicos dedi
intercepta, quod nollem. Niſi ſcirem, inter arma Mu
lere, quid veſtri molirentur literarum anteſignani, in
rem; inventum vacuum, eſt, quod repleant, ne Natura vi
tiatur. *Gloſſarium* ego meditor *Runicum*, *Literaturæ* me
dendum, ſi fata velint. Quos noſtro nomini addictos ſcis,
cioſe ſaluta. Vale, &, ut ſoles, ama. an. 1649. mense M

*Bartholini* noſtri in obitum Regis *Chriſtiani IV.* mitt
rationem, quam boni conſulas, rogo.

## DCCCXCV.

# ISAACUS PEYRERIUS

noſter. Atque inprimis gratulor, quod ex illis intellexi te bene valere, quod unum ſummopere expetebam. Tum gratias tibi ago, quod vexata inteſtinis odiis & partibus Gallia, memor mei fueris. Scias velim, mihi ſemper bene fuiſſe turbas inter illas, quarum pars fui minima. Cæterum, brevi intelliges pacatos undique noſtratium animos ad ſe rediiſſe, ex quo Rex noſter Lutetiam rediit, quem ſcilicet princeps hæc civitas excepit votis & plauſibus innumeris, nec non lacrymis præ gaudio effuſis. Lutetia domus eſt benefica Solis noſtri, qua malignas triſtium ſyderum irradiationes obtundat, & lætum pacis jubar toti regno exerat. Dn. *Gaſſendus* noſter cupiens vitare Pariſienſium diſſidia, in majora incidit. Abierat enim hinc ſub finem anni elapſi ad Saliorum regionem, quæ vulgo dicitur *la Provence*, ubi opimo beneficio gaudet; ſed bellum ibi gravius exarſit neque dum ſopitum eſt, ſed brevi, ut ſpero, exſtinguetur. Ille tribus abhinc menſibus ad me ſcripſit, meque etiam atque etiam rogavit, ut ſe excuſarem apud te & Dn. *Frommium*, ſi nullum, ut debuerat, literis veſtris reſponſum dediſſet: interpellatum enim fuiſſe itineris tædio, tum quia fuit valetudine incommoda, & partium diſcordium æſtibus, quibus agitatus eſt. Vidi & ſalutavi tuo nomine Dn. *Harlay*, qui accepit libros illos, quos ad illum miſiſti, ſeque tuæ humanitati plurimum debere profitetur; quod ſuis ad te literis apertius ſignificaturum pollicitus eſt. Optime dixiſti, *ſiluiſſe Muſas inter arma*. Nihil enim novi apud literatos, neque dum vidiſſe mihi licuit Dn. *Bertaldum*, *Marigni*, & plures alios, quos tibi amiciſſimos ſpondeo, & me eo nomine vadem tibi ſiſto. Dn. *Naudæus* noſter, cui pellegi tuas literas, & oſtendi Iconem vultus tui, ut audivit, ut vidit, ut gaviſus eſt, & ut te quamplurimum ſalvere jubet. Debueras certe plures ad nos Icones mittere, plures enim te expetunt. Gratias tibi & Dn. *Bartholino* quas poſſum refero maximas, pro egregia illa *Oratione*, quam in honorem defuncti Regis veſtri edidit, & qua me communicare voluiſti: cujus item compotes faciam plures amicos meos, qui illam legere avent pro illa nominis Bartholini fama, quæ plurimum claret apud nos. Intelligat per te, quæſo, Bartholinus noſter, quanti ego illum faciam, & quanta obſervantia illi addictus ſim. Vale, mi Wormi, & me quod facis, ama. Lutetiæ 7. Kalend. Septembr. anni 1649. Gregor.

DCCCXCVI.

## DCCCXCVI.

# OLAUS WORMIUS

## *Iſaaco Peyrerio.*

*Pariſios.*

QUam gratum mihi fuit ex literis tuis intelligere, te vivere, valere, & inter turbas calamitatesque publicas in quiete delituiſſe, effari nequeo. Tu enim unus jam longo uſu perſpectus amicus, cum quo liberius de rebus Gallicis confabulari, atque animi ſenſa inſinuare valeam. Gaudeo vehementer, quod ad familiaria colloquia per literas cum Illuſtriſſimo *Comite de Harlay* ſim admiſſus; ſingularem ejus experior benevolentiam, favorem & liberalitatem, quam optarem, mutuis officiis pro dignitate excipere me poſſe. Hoc totum Dominis *Chanut* & *Hennequino* eſt quod acceptum feram; ſi brevi ad nos ſint redituri, ſpero, quod promiſſa mihi valde expetita ſint aſportaturi. Ubi intellexeris, Dominum *Gaſſendum* aliquid in vita *Tychonis* conſcribenda præſtitiſſe, monebis. *Naudæum* officioſe ſalutabis & reliquos, qui apud Vos ſunt, communes amicos. Vale. Hafn. 12. Sept. 1649.

Anno præterito in Iſlandiam appulit Balæna *Nahual* dicta, quæ duodecim ulnas longitudine non ſuperabat, cujus cranium mihi obtigit, ſed Regi dens, qui non integer, ſed apice mutilatus erat, 2. ulnarum cum una quarta. Is qui beſtiam vidit, ait figuram diverſam habuiſſe ab ea, quam delineavimus. Caput pro ratione corporis parvum, at venter amplus, ut amplitudine longitudinem ferme æquaret, ſed cauda anguſta, in dorſo bina geſtans grandia tubera, cæteroquin corio & reliquis partibus balænæ vulgari reſpondens. Nec carnem ejus venenatam fuiſſe, ſiquidem ſine detrimento eam comederint piſcatores. Hæc non potui non ob communes conatus monere. Cranium, quod accepi, licet male habitum ſit ab iis, qui dentem evellerunt, carnis tamen (quæ valde fibroſa) & corii multum adhuc obtinebat. Cætera conveniunt cum delineatione a nobis data.

DCCCXCVII.

## DCCCXCVII.

# ISAACUS PEYRERIUS

## D. Olao Wormio.

iam.

'Ranſegi magnam partem æſtatis prætèritæ & ſolidum fere autumnum ad ripas fluminis Moſæ, qua noſtram Campa- ı a Luxemburgo dividit. Atque ubi huc inde redii, reddi- nihi a te literas plurimum mihi colendus Dn. *de Harlay*, & te plurimam amat. Intellexi ex illis, amiciſſime *Wormi*, n bene valeas, & quam nos bene ames: Utrumque, & be- 'alere, & nos amare perge. Cæterum acceptum fero, l me præclare monuiſti de Balæna *Narwal*, cujus cranium obtigit, ut referam in ſecundam editionem, quam medi- neæ *Grœnlandiæ*, cum aliis, ſi Deus faverit, ejusdem ge- s tractatibus. Nihil adhuc audivi, ex quo redii, de *Gaſ-* › noſtro. *Naudæus*, *Bourdelotius*, & plurima amicorum rorum turba te multum ſalvere jubet. Vale, mi *Wormi*; s ſum. Lutetiæ Pariſiorum 10. Kalend. Januar. anni 1650. ;or.

## DCCCXCVIII.

# D. OLAO WORMIO.

niam.

[Olui intermittere, Vir Clariſſime, quin hac occaſione, qua inclusas tibi a *Dn. Naude* mitto litteras, ſimul ad te ſcri- :m, tibique ſignificarem, quam grata res acciderit Eminens no Domino *Cardinali Mazarino*, quod duos illos libellos :ris Hafniæ a me tua opera coëmptis adjungere voluiſti. te Emin. Sua prolixe teſtata eſt ſingularem ſuam in te be- ›lentiam, & quanti te tuasque faciat virtutes, quemadmo- ı ex ipſis Dn. *Naude* litteris amplius videre poteris; ita ut min. Suæ dictos libellos ipſemet tuo nomine offerres, non ratum Illi fore exiſtimem. Hoc tamen ante meum ad vos

redi-

reditum tibi faciendum non judico, quod *Dn. Naudé*, cui tibi reſpondendi negotium committeret, in Italiam ablegatus eſt, vix intra trimeſtre inde reverſurus. Auditu mihi jucundum quoque fuit, *Saxonem Grammaticum* nuperrime prælo commiſſum jam abſolutum eſſe, ideoque te ſummopere rogo, ut ſi forte, antequam vobis fiam redux, diſtrahatur, unum atque alterum mihi ſerves exemplum. Interim vale, Vir Clariſſime, & a ſincero noſtro in te affectu promptiſſima quæque tibi pollicere. Dab. Chriſtianopoli 30. Aprilis 1645. Tibi

ad officia paratiſſimus

DE LA THUILLERIE.

## DCCCXCIX.

## Illuſtriſſimo Dom. Legato, Dn. DE LA THUILLERIE

Accepi, Excellentiæ Veſtræ cura, ad me miſſas Clariſſ. *Naudæi* literas; agnoſco egregii iſtius Viri affectum & benevolentiam eximiam, qua me meoſque conatus, accuratiſſimi judicii ſui lampade expenſos, benigne adeo excepit, ut Eminentiſſimo iſti Principi eos commendare haud ſit veritus. Nihil mihi prius in votis, quam ut debita gratiarum actione tantam beneficentiam excipere, Veſtræque Excellentiæ, a qua tantus extitit favor, ſtudiis meis ac officiis obſequium declarare valeam. Sequar conſilium Excellentiæ Veſtræ, meumque ad Dn. *Naudæum* differam reſponſum in reditum veſtrum, qui ut felix, fauſtus nobisque, exoptatam pacem anhelantibus, ſalutaris ſit, Deum ſerio rogo. *Saxonis* recens excuſi exempla probe curabo, ut in meliore charta præſto ſint, ubi bono cum Deo coram colloqui detur. Deus pacis Vobis adſit, cogitationes & curas veſtras ad optatum dirigat ſcopum, ut læti Vos amplexari, & de re bene geſta gratulari brevi poſſimus. Hafn. 7. Cal. Maji. 1645.

OLAUS WORMIUS

DCCCC.

## DCCCC.

# Illuſtriſſime Domine Legate
# De la THUILLERIE.

*tianopolim.*

Uæ ab Excellentiæ Veſtræ Medico conſignata erant phar maca, juxta præſcriptam ſeriem, qua potui fide & indu curavi: Mittuntur omnia, unico excepto *Defenſivo Rub* quod apud nos in uſu non eſt. Si igitur viſum fuerit Me nobis ejus parandi rationem indicare, curabo, ut actutum aretur; vel ſi ei uti libet eo, quod nobis familiare eſt, non rubrum, efficiam, ut prima commoditate ad Vos de ur. Erat præterea in literis ad *Clerquium* datis peculiare camentum, quod his adjunximus ſub titulo *Mixtura Dia lici mellis & ſacchari rubri.* Cæterum pro affectu tam be lo gratias ago maximas, mihique gratulor, quod dignus atus ſim, qui officiis Excellentiæ Veſtræ inſervire valeam, caſio oblata ſit, promptitudinem meam aliquo indicio de ndi, magnopere rogans, ſi quid occurrat, quod meam re it opellam, libere ut imperet, meque in clientum ſuorum erum benigne reponat. Ego viciſſim precibus Deum ſollis e non deſinam, Excellentiam Veſtram diu ſalvam & inco m nobis ut conſervet, conatus in ſui Nominis gloriam, æ induſtriæ & candoris immortale tropæum, noſtramque juillitatem clementer dirigat ac moderetur. Hafn. 19. . 1645.

*OL. W.*

## DCCCCI.

# OLAUS WORMIUS
## *Illuſtriſſimo Domino d' Thuillerie.*

Uoties recordor, quanto favore & benevolentia Excellen tia veſtra, dum in aurea pace reſtituenda apud nos tan licitate occuparetur, me ſæpiuſcule exceperit, quantisque ficiis obſtrictum me ſibi reddiderit, non poſſum non dole-

Ppp re,

dimidiam ejus partem ſaltem abſolverit; privatis enim ſu
ſtringitur ſtudiis, ut huic operi non niſi per otium vacar
ſit. Interim non deſinam urgere, donec finem labori i
ſuerit. Opus *Chronologiæ Danicæ* ſub prælo jam fervet,
ubi ad umbilicum perductum fuerit, ad Excellentiam Ve
ut deferatur, allaborabo. Porro Excellentiæ Veſtræ favo
commendo, ac, ſiquid ſit, quo ipſi hic apud nos gratifica
leam, ut imperet obnixe rogo, a Deo Opt. Max. pre
contendens, ſalvam & incolumem Excellentiam Veſtram di
bis ut præſtet, in ſui Nominis gloriam, totius Reipul
Gallicæ commodum & incrementum. Vale; Hafniæ. m.
1646.

## *DCCCCII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Illuſtriſſimo Domino de Thuillerie.*

QVia Iſlandus noſter ad umbilicum jam perduxit libr
quem deſcribendum & vertendum ei tradidimus, n
committere, ut diutius hic apud nos latitaret, ſed, re
Reſidente apud nos Nobiliſſimo Dn. *Hennequino* communic
quam fieri poſſet, citiſſime ad Excellentiam veſtram ut abl
retur, curandum duximus. Cape igitur, Heros Illuſtriſſi

nuenſi Iſlando numeravi decem Imperiales, quos reddi- )n. Legatus *Hennequinus*. Si quid præterea ſit, quo opera inſervire Veſtræ Excellentiæ queam, imperet modo, & ıptiſſimum inveniet Ne a ſeverioribus prolixa oratione em, Divinæ protectioni Excellentiam Veſtram commendo, iu ſoſpes vivat ac valeat, optoque, ut favere non deſinat *D. Wormio*. Hafn. 4. Decembris, 1646.

## DCCCCIII.

### Clariſſime Vir.

)Ubitabam, an humanitate tua recte ſatis uteretur amiciſſimus *Rhodius* noſter, cum non ſemel nomine tibi meo tur negotiorum exhiberet: donec proximis ad eum literis tran- litatem animo reſtitueres, quibus & amorem in *Rhodium* ıde probaſti, & me pariter benevolentia tua plurimum tibi ınxiſti. Ut jam religio mihi ſit, longiore ſilentio gratias nere, quas utcunque referre nequeam, ago tamen inpræſ i, habeoque maximas. Adderem immortales; ſaltem, quæ ıoata ſub manu ſunt, perficere aliquando ſinat cœleſtis fas Daturus enim ſum operam, ut & tu, Cl. *Wormi*, & Se- ſſimus Rex agnoſcatis, haud indignum me fuiſſe, quem ſo- iæ veſtræ ſymbolo beaveritis. Præſtantiſſimum Virum, *mem Sperlingium*, Botanicum Medicumque Regium, olim tubernalem meum, perofficioſe ſaluto, quem redintegraris lice Muſarum Alcedoniis, memorem noſtri confido. Vale :iter; Patavii XVI. Novembr. CIↃ IↃCXLV.

Clar. Tuæ

dedi tiſſimus

JOANNES VESLINGIUS.

*arisſimo atque Experientiſſ. Viro, Dn. ). Olao Worm, Medicinæ Profeſſori Regio, Patrono & amico plurimum colendo.*

*Hafniam.*

## DCCCCIV.

# OLAUS WORMIUS

## *D. Joanni Veſlingio.*

*Patavium.*

NOn eſt, Vir Clariſſime, quod de mea voluntate & a inſerviendi ſtudio unquam dubites, inprimis ubi agit negotio, publicum rei literariæ bonum ſpectante; quoc ſi quid, interveniente communi amico *Rhodio*, a me præſti quod tibi tuisque conatibus gratum aut utile, mihi grat inprimis cum tam levi & exili officio tam magnum mihi paraverim Amicum. Si quid occurrat, in quo porro mea tibi eſſe poſſit opella, impera, & faxo, ut promptiorem in hiſce ſep trionalibus vix ad tuum nutum habiturus ſis ullum. Lu audio, circa ſubjectum tam rarum, tamque jucundum te c pari, quod quamvis obiter tetigerint quidam, nemo ta cordatis ita ſatisfecit, ut aſſenſum promeruerit, niſi quibus tis, naturam æmulantis aut quandoque ſuperantis, vires rint perſpectæ. Perge divinis ingenii monumentis Rempu cam beare literariam; perennis te manebit in honoris the fama ac gloria. Me vero, quo cœpiſti, porro proſequi affi ut haud deſinas, rogo. *Sperlingium* tuo nomine conveni, qu exiſtimo in reſpondendo ſuo dudum defunctum eſſe mun Vale. Hafn. 4. Id. Mart. 1646.

## DCCCCV.

# OLAUS WORMIUS

## *Hermanno Conringio.*

*Helmſtadium.*

ULtimum eruditum tuum de ſanguinis natura & motu vi tractatum. Placuit is magnopere, non tam ob arg menti varie jam agitati novitatem, quam novi hujus inven

rati

rationibus ſolidis confirmatam veritatem, ac ſtylo eleganti ad methodum Ariſtotelicam ex his ipſis fundamentis deductam Nutritionis ſeriem. Cœpi igitur diligenter reliqua, quæ in eo promittis, inveſtigare, ſperans fore ut aliquando cum ipſo auctore per literas familiarius de quibusdam agendi detur occaſio. Commodum interim accidit, ut huc ad nos veniret eruditus juvenis *Fridericus Arniſæus* diſcipulus tuus, qui cum ob familiaritatem & amicitiam, quæ parenti ipſius p. m. hic mecum interceſſit, me conveniret atque familiarius de quibusdam, & ſtatum Academiæ veſtræ & lucubrationes tuas ſpectantibus, diſſerens, tuam cum humanitatem, tum inſignem eruditionem, quæ etiam ex ſcriptis elucet, deprædicaret, ſuam in amore noſtro conciliando operam liberaliter obtulit. Nec quantum in ſe fuit, ſpem fefellit: ſcripſit enim ad me Hamburgo nuper, ſe non ſolum literas meas, ſi ſcripturus eſſem, ad te procuraturum, ſed etiam ſcire, eſſe tibi quæ ad Diſſertationem *de aureo Cornu* monenda forent, quæ ſi expeterem, haud invitus eſſes communicaturus. Non potui igitur, quin & tua fretus humanitate & *Arniſæi* noſtri provocatus officiis, te compellarem, ac tum de Reipublicæ Medicæ eruditis communicatis meditationibus gratias agerem, tum hortarer, ne diutius reliqua premeres. Quod ſi præſtiteris, quin omnes Aſclepiadeæ familiæ alumnos tibi hoc ipſo ſingulariter ſis devincturus, ac nominis perennem gloriam reportaturus, nullus dubitabis. Inprimis vero ſi quæ ſit in meam Diſſertationem meditata, rogo privatim benigne communices. Ex quo enim cœpi primum hanc glaciem frangere, fuere tam noſtrates, quam externi, Itali & Germani, qui mea uſi manuductione hoc ſaxum volvere aggreſſi ſint. Eſt apud nos, qui Theologice hanc rem tractavit, omnia, quæ in ſacris de cornibus, & iconibus in aureo repertis, conquirere potuit, huc accommodans, ſibi certo perſuadens, a Rege Daniæ Chriſtianis ſacris addicto fabricatum fuiſſe. Alius ſtylo poëtico ad noſtra tempora & bellorum, quibus affligebamur, tumultus ſuum accommodavit ſtylum. In Italia *Fortunius Licetus* maxima ex parte meum ſequitur ductum, paucis admodum exceptis, ac *Haraldo* Regi ejus tribuit fabricam. In Germania Theologus quidam omnia ſacrarum literarum & Religionis Chriſtianæ fundamenta Emblematis iſtis contineri contendit; qua felicitate, judicent alii. Fuit & Regiomonti,

 ut

## DCCCCVI.

# HERMANNUS CONRINGI

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

QUum heſterno die mihi traderentur literæ tuæ, Vir me, mirifice equidem me illæ delectaverunt, nec mine. Impenſe ſane lætabar, inſperato videns illam quam propter tot erudita opera exarata, ſæpe adeo fel ctenus prædicaveram: multo maxime vero gaudebam, gens amari me ab illo, quem nemo non doctior doctrin tutis ergo ſuſpicit. Scilicet amori tuo adſcribo quas buis laudes, cum tenuitatis meæ ſat mihi ſim conſcius: ut aliorumque tui ſimilium benignum adeo judicium pa perſuadeat, ut denuo auſim in theatrum Aſclepiadeum Neque vero, mi Wormi, hactenus, poſt editum illum *guine* librum, id conatus ſum; quod nondum ſatis mi rem, aliorum potius ſententias exſpectans. Niſi fort menti Medici dixeris eſſe, etiam illa, quæ hoc ſuperio edidi, *de Germanicorum corporum habitus antiqui & n ſis.* Nam reliqua, *de Origine Juris Germanici, Germ Imperio Romano, ad Politica Ariſtotelis*, & ſimilia, nihil

oſurto Bibliopola, idque mox in Aulam Guelphicam fue-
:latum. Inſpexi enim non niſi ſemel *Pauli Egardi* conje-
:: neque libuit amplius. Quis enim ſine nauſea ſuſtineat
odi ineptias legere? Eadem de cauſſa ne quidem optarem
:, vel quæ neſcio quis tuorum popularium vel Regiomon-
ille deliravit. A *Fortunio Liceto* exſpecto meliora, certe
ne ſano & docto digna. Quo libro autem ſententiam di-
ille, ignoro: neque mihi ejus viri de hoc argumento quie-
contigit cernere. Utinam majore cura iterum liceret
gere, Clariſſ. Wormi: Et vero dabo operam diligenter, ut
de opus tuum mihi comparem. Neque enim dubito,
olventi mihi ſumme placuerunt, legenti accurate nectar &
ſiam ſpiratura. Mihi de hoc argumento nihil eſt ſcri-
: & jam pæne exciderunt, quæ tua volventi veniebant in
m. Si recte memini, viſum eſt opus non Germanicum
anicum, ſed Ægyptiacum: quoniam ea tempeſtate, qua
rnu illud conflatum, (exiſtimo autem eſſe antiquiſſimum,)
a Germania univerſa ignoravit auri vim, qua tamen ab-
it Ægyptus, auri metallis per vicinos montes, jam olim
atarchide Cnidio deſcriptis, fœta: imagines quoque, quas
tas habet, cum hieroglyphicis Ægyptiorum literis, quales
que exhibent tabulæ variæ, Ægypto advectæ, prorſus
niunt; in Germaniæ vero Magnæ antiquiſſimis monu-
s (quod equidem ſciam,) nihil apparet ſimile. Hujus
quædam fortaſſis mihi tum in mentem venere: Abſit ve-
tecum Clariſſime Wormi, hac de re contendam. Vivet
m tuum, & erit in admiratione doctorum, ubi jam uſu
ipſum illud cornu detritum: nec eſt, quod vereare a
am, palmam tibi præreptum iri. An literæ hieroglyphicis Æ-
rum ſimiles apud Cimbros, aut Teutones, aut Gothos
s fuerint in uſu, itidem nemo te dicet rectius, ut qui pa-
s omnium habeas optime cognitas. Equidem ἐπέχειν
quam a tua ſententia diſcedere. Vale, Vir Clariſſime,
nmercium hoc literarum porro mecum perſequere. Helm.
Cal. Martiis 1646.

## DCCCCVII.
# OLAUS WORMIUS
## *Hermanno Conringio,*

*Helmſtadium.*

OPportune accidit, ut in doctiſſimum hunc juvenem, Civem veſtrum, caſu inciderim eo ipſo die, quo tuas accepi jucundiſſimas, (erat autem dies 9. Maji) ubi vero latitaverint a Calendis Martiis, quibus ſcriptæ erant, ignoro. Hanc autem commoditatem mihi eripi paſſus non ſum, inter nos initam amicitiam literis continuandi, deque tam benevolo in me affectu gratias agendi. Cæterum ut vehementer gaudeo, te humaniter adeo meas excepiſſe, ita mihi gratulor quod de conatibus tuis & egregie ac docte elaboratis ingenii fœtibus certiorem reddere haud ſis dedignatus. Perge, rogo, quæ in pluteis adhuc recondita tenes, melioribus ingeniis communicare! quin & tibi famam & gloriam ſis conciliaturus, artis vero noſtræ conſecraneis utilitatem & commodum allaturus, nullus dubitabis. Quanto vero applauſu tua exceperint eruditi, vel ex eo colliges, quod in Belgio doctiſſimum tuum iterato ediderint de *ſangvinis generatione* librum cum appendice notarum in libellum *Billichii* de *fermentatione*. Mihi certe nihil antiqvius foret, quam integrum de *nutritione*, quod polliceris, videre opus; ne igitur diutius tam neceſſarium ac utile rei Medicæ argumentum premas, iterum iterumque rogo; certus ſis, quod eo de omnibus, quibus ars noſtra curæ, optime merearis. De benevola, qua Zoilorum & malevolorum ſannas ex alto deſpicis, cenſura Tractatus mei de Cornu Aureo mihi gratulor, ut & de reſponſionibus ad objecta quorundam. Editionem ejus auctiorem in lib. 5. Monumentorum Danicorum videbis, & quia ad Vos hæc vix deferri putem, ſi commoda detur occaſio, mittam. Ægyptiacum eſſe Monumentum, vix crediderim, eo quod auri tantam copiam ignoraverint eo ſeculo Germani & ſeptentrionales; docet enim expreſſe *Saxo* noſter, *lib. V.* tempore Frotonis, qui ſub Chriſti natalem ſceptra Imperii Danici tenebat, tantam hic fuiſſe auri copiam, ut in Jutia magni ponderis armillam auream triviis affigi curaverit. Nec Hieroglyphica in hoc cornu conveniunt aut figuris aut diſpoſitione

ne cum Ægyptiis, ut conferentibus patet; ſed noſtræ genti ia fuiſſe peculiaria, e monumentis Daniæ patet, atque in eo cum ſentiunt multi. Suum de *Annulis* librum ex Italia nsmiſit *Licetus*, in cujus capite 11. ex profeſſo de *Cornu Au-* agit, ſummam a me ſcriptorum candide proferendo, mei- e præter meritum mentionem faciendo honorificam, quamʃ in quibusdam diſſentiat; quod non mirum, cum ea, quæ ijecturis nituntur, facile interpretationis admittant varieta- n. Ego mea mordicus non defendo, cum ſcopus mihi præ- us fuerit Principi petenti gratificari, aliosque ab ingenio & ditione præclaros excitare, ut palmam etiam in hoc genere ectent. ** m. Majo 1646.

## *DCCCCVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Hermanno Conringio.*

*lmſtadium.*

QUamvis nupere per Studioſum quendam veſtratem ad ul- timas reſponderim, Vir Clariſſime, nihilominus tamen, m hæc ſe jam offerat occaſio, idque flagitaret juvenis hic natiſſimus, *Henricus Fabricius*, ſine meis ad te eum dimitte- haud valui. Eſt autem Archiatri Regis, D. *Jacobi Fabricii* ius, elegantis ingenii & optimæ ſpei, qui cum me fami- iriter in hac Academia uſus ſit, atque jam in Germaniam ac aliam tendat, petiit amicis meis commendari. Cumque in- r eos & Te, Vir Clariſſime, numerem, rogo, juvenem hunc genuum in tuam tutelam ſuſcipias, converſationis & inſtitu- onis participem reddas, &, qua licet ratione, commendatum beas. Non dubito, quin hoc ipſo & Parentem ejus Clariſ- num tibi ſis devincturus, & juvenem ipſum gratum ac memo- m habiturus. Me vero ad paria aut majora promptiſſimum mper invenies. Comitem habet juvenem eruditum, Poëtam, edicinæ ſtudioſum, *Michaëlem Kirſtenium*, cui etiam ſi meo omine quid gratum præſtiteris, benevole agnoſcam. Hi vero m diutius apud nos vixerint, de Academiæ noſtræ conſtitu- one, & quæ apud nos geruntur, plenius Tecum, ſi lubet,

agent: quocirca pluribus occupationes tuas morari, iniquum duco. Vale, Vir Clariſſime, & importunitatem ignoſce. Calend. Jul. 1646.

## DCCCCIX.

## OLAUS WORMIUS
### D. Du Buiſſon.

ABiturus, a me petiſti, ut quid de *Succini* generatione, *Unii cornu*, quod apud me vidiſti, & *Coralliorum* concretione ſentirem, brevibus aperirem. Ac, quamvis harum rerum tractatio diſquiſitionem requirat ampliorem, quam ut paucis periodis comprehendi poſſit, non potui tamen, quin pro ſingulari, quo me, quamdiu hic fuiſti, complexus es favore, petitioni tuæ ſatis facerem, mentem meam quam fieri poteſt breviſſime aperiendo. *Succinum* igitur, quod a *ſucco* dictum quidam arbitrantur, Ἤλεκτρον Græcis, Perſis *Carabe*, Arabibus *Ambra*, Germanis veteribus *Gleſſum*, jam *Bernſtein* vel *Agſtein*, eſt bituminoſa ſubſtantia, e terræ venis in mare effluens liquida, in quo agitata in lapideam duritiem concreſcit, partim agitatione, partim ſalſedine aquæ marinæ. Eſſe bituminoſam ſubſtantiam probat tum odor, tum quod incenſum ardeat inſtar bituminis aut ſulphuris. Adhæc dum arte Chymica rite deſtillatur, ex eo elicitur oleum figura & odore bituminis, nigra quoque ſubſtantia bituminoſa, & ſal tam volatile quam fixum. Cum e fontibus ſuis ſcaturit, ac in mare delabitur, ſuperficiem ejus propter levitatem petit; hinc contingit feſtucas, araneas, formicas circa litora vagantes in id incidere, atque cum ſe ex pingvi ac glutinoſa ſubſtantia expedire nequeant, in coagulato permanere, quarum rerum exempla haud pauca apud me vidiſti. Reperitur copioſe circa litora Boruſſiæ, Cimbriæ ſeptentrionalis & alibi, ubi a Ruſticis colligitur. Colore differt, aliud nigrum, quod Gagatem vocant, aliud flavum, aliud aurei coloris, aliud mixtos refert colores. Varia ex eo fiunt & elegantiora opera. Balſamicam in Medicina vim obtinet, conglutinando, conſtringendo, illinendo, exſiccando; malignitati reſiſtit; cordi utile eſt; utero & renibus amicum. Conſule *Georgium Agricolam* & *Andream Aurifabrum*, qui ex profeſſo de eo ſcripſerunt.

Rei

Res illa, quæ pro *Unicornu* venditatur, cujus etiam penes me haud contemnenda vidiſti ſpecimina, Cornu non eſt, ſed dens Ceti, Iſlandis *Nahval*, id eſt, *Ceti cadaverei* dicti, qui co- mus navigantibus in Grönlandiam & fretum Davis verſus haud raro occurrit, ut in eorum navigationibus legere licet. Hujus piſcis mentionem facit *Gerardus Mercator* in *Atlante majore*, ubi de *Iſlandia* agit, belluam hanc quadraginta ulnas longam referens. Ab Epiſcopo Iſlandiæ Borealis habeo, quendam hujus generis cetum ad littora Iſlandiæ ante paucos annos appuliſſe, triginta ulnas ſuperantem, reliquis Cetis vel Balænis ſimilem, pinnas duas ad latera habentem, unamque in dorſo, in ſiniſtra ſuperioris mandibulæ parte longiſſimum dentem oſtentantem, in vertice vero foramina duo erant, per quæ aquam ejaculabatur, ut reliqui ceti. Cujus, ni fallor, vidiſti veſtigia in cranio, quod in Muſeo oſtendebam. Dentem vero, non cornu, eſſe ſtatuo, 1. quia ſubſtautia ejus oſſea, & denti Elephantis, Roſmari aut Apri ſimillima eſt, non vero cornea. 2. quia nec cornibus cervorum ejusque generis animalium, nec boum, caprarum aut ejus generis reſpondet. 3. Cranium perforat, quod nullum alterius ullius animalis cornu facit. 4. Per gomphoſin, ut alii dentes, mandibulæ inſeritur. 5. Radices quorundam ſanguinolentas adhuc & ſuis quaſi perioſtiis dotatas hic vidimus. Sed alibi, Deo volente, fuſius: videas interim, quæ *Dn. Peyrerio* hac de re communicavi. Iconem totius ceti & cranii cum dente, ut in Muſeo meo vidiſti, hiſce addo: boni conſule.

De *Corallio* cum multi ſcripſerint auctores, non eſt quod pluribus agam. Frutex vero marinus eſt, qui ſub aquis mollior, extractus in lapideam ſubſtantiam, qua cernitur, induratur, eſtque variorum colorum. Datur enim album, nigrum, & rubrum; quod cum e mari extrahitur, cinerea quadam ac quaſi calcaria obducitur cruſta, quæ in politura aufertur, ab iis qui globulos aut alia ex iis formant. Apud vos in Gallia, Maſſiliæ inprimis vidi artifices, qui ex coralliorum politura ſibi victum quærerent.

Hæc occupatiſſimus, in ſumma temporis penuria ſcripſi, voluntatem tibi gratificandi ut agnoſceres, quin viciſſim ſolito amoris & benevolentiæ affectu abſentem Wormium ſis proſecuturus, nullus dubitans. Saluto officioſe Illuſtriſſ. Dn. Legatum, *Peyrerium*, *Marigny*, & reliquos in veſtro comitatu mihi amicos. Vale. Hafn. 25. Febr. 1646.

DCCCCX.

# DCCCCX.

# JOHANNES SVANINGIUS

## *Cl. V. D. Ol. Wormio.*

*Hafniam.*

INgrato armorum ſtrepitu, propitio jam Deo, remoto, te confidentius ſtudiorum meorum Patronum, multis mihi nominibus publice & ſecreto ſuſpiciendum, compello. Effecit hoc non ſolum pronus ille affectus tuus, quo me olim Celeberrimi *Longomontani* domeſticum proſequebaris, verum recens inprimis officium, quo ita me tibi obſtrinxiſti, ut ambiguum mihi prorſus feceris, utrum plus tibi, an ulli mortalium debeam. Me ſiquidem ſilente, in id curas & cogitationes tuas mittis, ut lucem publicam videat *Chronologia Danica*, præteritis annis a me in ornamentum eorum, qui præclare de Patria meriti ſunt, ac mereri conantur, conſcripta. Non deſinas opus illud, publice Procerum Academiæ judicio approbatum, Illuſtrium Virorum oculis ſubjicere, ut velut in compendium coactos Reipublicæ tutores jucunde ſpeculentur, utque ejus amore tacti editionem ſuis promoveant votis. In illis nominare poſſum, monente affine meo honoratiſſimo, Dn. *M. Stephanio*, Nobiliſſimum *Dn. Canutum Ulfeldium*, ingens illud Patriæ decus; Cui tua diligentia commendatum intelligo opus meum ac tuum, tanta fide privatum ac publicum. Video in te, Virorum optime, ut te tibi repræſentem, humanitatem, rarum (mihi crede) in homine bonum. Hic tuus in me animus, ſive judicio ſive amore natus, tanti mihi eſt eritque, ut exiſtimem jam optime poſitas eſſe horas, quibus labor ille conſumptus eſt, cum te tam benignum ejus interpretem imo Patronum nactus ſim. Alis hac tua induſtria ingenia aliorum erecta, alias in otium iners collapſura. Non potui mihi & tempori huic imperare, quin ingenua confeſſione tibi aperirem, quanta pietate admirandam illam tuam colam humanitatem. Perge, Virorum optime, mihi ſtudiisque meis favere, & opus illud tibi vindica, ac maxima Reipublicæ bono diutiſſime caneſce. In Inſula Samo, die 20. April. A. 1646. Anno ætatis 70. *Chriſtiani* IV. Clementiſſimi Regis Daniæ, cui Rex Regum benedicat! Amen.

DCCCCXI.

## DCCCCXI.

# OLAUS WORMIUS

## *M. Joanni Svaningio.*

*Samum.*

LIteras tuas amoris & benevolentiæ pleniſſimas accepi, Vir Clariſſime; non eſt, quod officium tantillum tanti facias. Et boni publici & Tui cauſa, quantum potui, in hoc fui & ero, ut opus tuum Chronologicum diutius non ſupprimatur. Dignus certe labor, qui omnium, qui Patriam amant, teratur manibus, utpote ſine quo cæcutiunt ac quaſi in tenebris verſantur, Hiſtorias qui legunt Danicas. Ego qvid ſimile meditatus ſum olim, ſed quietis & otii penuria cogitationes has ſeponere coactus ſum; at, ut tuam aſpexi *Chronologiam*, chartas meas abjeci, exiſtimans, poſt Homerum Iliada ſcripturum, qui in hoc genere accuratius quid tentaret. Magnopere placuit *Ulfeldio* noſtro, qui, ſi alio medio illud recipere recuſarent Typographi, ſe ex proprio centum Imperiales collaturum ſpopondit. Jam vero cum *Moltkenio* hac de re egi, qui cupit, ut quam primum ad ſe mittas ita elaboratum opus, ut nihil ſit, quod manum typothetæ remorari poſſit; mox enim operam conducturum pollicetur: ſed de idoneo correctore proſpiciendum. Mihi caligant oculi, & laborioſa multa conantem, avocat praxis; alioquin in vota tua me haberes facilem. De toto hoc negotio nuper ad *Stephanium* ſcripſi, a quo indies reſponſum exſpecto. Tu vale, & præclaris ingenii monumentis Patriam illuſtrare perge. Hafn. 4. Maij. 1646.

## DCCCCXII.

# ERASMIUS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

VIr Celeberrime. Promiſſi memor, literis te compellare aggredior, partim ut pro beneficiis præſtitis & conſiliis com-

dicam, quod res eſt,) ne nimio ſe labore prægravent. O
bus tamen viribus incumbam, ut propoſitum meum feli
cum Bono Deo, ſortiri queat exitum. Niſi animus meus
ad Mathematicas artes propendiſſet, & niſi tantum tempo
iis excolendis inſumpſiſſem, jam pridem mihi perſuaſiſſet
meus, ut, Matheſi relicta, me totum ſtudio Medico ded
Sed non potui ab illis ſtudiis, quæ me tamdiu delectarunt
tus abſtrahi, quanquam, ut verum fatear, incredibilem
amorem Medicinæ conciliavit, ut fere animus fuerit maj
temporis partem impendere Medico ſtudio, quam Mathe
eo, niſi ſvaſiſſet genius proprius, æquo ea in pretio ha
præſertim cum occaſio loci & temporis æquam commodit
ea excolendi præbeat. *Johannes de Laet* promiſit, ſe,
opportunitate, Viro Experientiſſimo e theſauris ſuis qu
rariora miſſurum; petiit enim a fratre meo *Catalogum*
Clariſſimi Viri ut videret, ſi quæ deſiderari poſſent. Exi
eum cum fratre miſſurum, ſi ex colloquio aliquid conjice
ceat. Optime vale! Salutatur Affinis colendus a fratr
*Thoma*. Saluta, quæſo, meo nomine, uxorem & liberos
cioſiſſime. Dabam, nundinis Leidenſibus, Leidæ, anno

*DCCCCXIII.*

## OLAUS WORMIUS

ſſent partim itinera partim difficultates variæ, quibus hacte-
implicitus fui. Nunc per fratrem ultimas tuas cum acce
a, meum non eſſe putavi, ulterius reſponſum differendi,
arrepta occaſione, per nautam quendam Belgam has mit-
decrevi, cui etiam ad Dn. *de Laet* & capſulam quandam,
ribus quibusdam e meo Muſeo refertam, una cum literis
pſum tradidi. Quæ omnia an recte curaverit, proximis,
, doceas. Cæterum hoc tibi certe perſuaſum habeas, ve-
nihil mihi gratius contingere poſſe tuis literis, præſertim
ntiaverint, quid novi in veſtra geratur Academia, ſi qui
lierint libri, ad artem noſtram aut Hiſtoriam Naturalem.
inentes, ac ejus generis alia. Aliquid enim meditari ſe,
it Dn. *de Laet*, *Braſilianam* ſpectans *Hiſtoriam*, quocirca, an
pere hoc pergat, doce. De meo in te affectu, non eſt, quod
tes; verum ſi quid ſit, quo tuis conatibus prod-
poſſe me putes, mone, & promptum ſemper invenies. Va.
Hafn. 23. Oct. 1646.

## *DCCCCXIV.*

# OLAUS WORMIUS

## *Eraſmo Bartholino.*

lvum & incolumem in Belgium perveniſſe te gaudeo: gra
tum vero, quod dilgienter adeo in ea, quæ Dno. *de Laet*
inata erant, inquiſiveris. Quod *Monumenta* mea Amſtero
i non proſtent, mirum non eſt; invidi enim adeo ſunt ho-
es illi, ut nolint cum noſtratibus permutare merces: Nar-
itaque *Moltkenius*, remiſſa fuiſſe ea, quæ ad *Elzevirium*
t, tanquam talia, quæ vendere non potuerit. Tanta ho-
es iſtos exercet iniquitas. Gratiſſima fuere, quæ refers, ex
us ſtatum literatorum apud vos utcunque licet colligere.
uid occurrat, quo tuis commodis velificari valeam, prom
& paratum me ſemper habebis, nec committam, ut de meo
te affectu remiſſiore quicquam conqueri poſſis. Vale.
niæ 6. Aug. 1647.

DCCCCXV.

# DCCCCXV.

# ERASMUS BARTHOLINUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

VIr Excellentiſſime. Ex Anglia non multum, quod tibi lætere poteſt, novi affero, &, ſiquæ fuerint ibi viſu digna & ſcitu, ea fratribus meis ſignificavi, quum tibi ut viliora indicare erubuerim. Unicum tamen præterire non poſſum, Technothecam Dn. *Tredoſci*, quam ſingulari cura & admiratione conſpexi: in majorem tamen me abripuiſſet admirationem, niſi tuam inſtructiſſimam illius multis ſuperare paraſangis perſuaſus fuiſſem, quanquam *Catalogus* tui *Muſei* ad manus mihi non erat, nec ultimam ejus editionem mihi unquam videre contigerat. Non diffiteri tamen poſſum, eum, naturalia quod ſpectat, ex Indiis allata, egregia poſſidere, quocirca & Catalogum eorum promiſit typis excudendum. Duplicem Londini ut & Oxonii in horto Medico animadverti *herbam vivam*, unam vulgarem, quæ ſe contrahit attacta, alteram contrario prorſus modo ſe moventem, ita ut ramuſculis omnibus (ſatis grandis enim erat) cum foliis ſe reſupinaverit. Erat etiam præter hasce binas tertia Oxonii, quæ ſuo motu & quaſi anima orbata viſebatur, unde tum temporis in mentem mihi venerat, quæ mihi præſenti narraveras de tua, incertus tamen, an plane extinctam ſignificaveras, an vero ſaltem ſenſu deſtitutam; ſi hoc, ſimile hic contigiſſe lætari poteris, & cauſam hujus rei vel ſaltem peculiare experimentum edocuit Phœnix Mathematicorum *Renatus des Cartes*, quod ſi nudo aëri exponatur eam talia pati, quocirca vitreis tegumentis ſemper conſervant Hortulani. Sed de his tuum judicium audire & amplecti deſidero. Apud *Elzevirium* hic nunc excuduntur *Helmondi* opera omnia in quarta forma, ubi non tantum eximia illa, quæ nobis, dum in vivis erat, communicaverat de febribus, de calculo, & alia, quæ ſat noſti, egregia prodibunt, ſed & filius ejus *Mercurius ab Helmont* plurima alia Parentis operi addet, adeo ut exiſtimet, ad ſex Alphabetorum ordines totum Opus excreturum. Leidæ apud *la Maire* excuduntur omnes uno volumine auctores, qui

de

de circulatione ſanguinis ſcripſerunt, ſive in affirmantem ſententiam, ſive in negantem iverint. Dn. *Walæum* ægrum decumbere mihi referunt quidam, quamquam id explorare ipſe nondum potui ob nuperum meum reditum & Conſobrini celerem diſceſſum. Profeſſionem Medicam valde differunt, & videntur (ut retulit *Heurnius*) ad aliquod tempus ſuſpenſuri, quod & in Theologicis binis, quæ antehac vacarunt, factum. Amſtelædami, Anno 1647. 14. (24.) Septemb.

## DCCCCXVI.

# ERASMUS BARTHOLINUS

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

OMni adhuc occaſione prorſus deſtitutus nolui voluntatem & memoriam beneficiorum eandem pati fortunam, præſertim cum id exigat liber tibi dono miſſus a Dn *Joh. Laet.* Facile autem me veniam impetraturum confido, quod incompactum ab ipſo mihi miſſum contra injurias ſuſcipiendi itineris veſte ornari curaverim, ut dignum materia ſua ſortiretur involucrum, quod forſan curioſitati tuæ invideret negligentia noſtrorum Bibliopegorum Non diffiteor, me juſto diutius animum tuum ejus deſiderio magnopere flagrantem ſuſpendiſſe, ut, quamvis nihil omiſerim intentatum, veniam tamen petere neceſſe habeam, quod, utrum inconſtantia hyemis truci eum committere pelago diſſvaſerit, an commoditas nobis hic hærentibus (nec ſemper Amſteolamum venientibus præſto eſt) mittendi interdixerint, incertum ſit. Miſiſſem una de *Nehalennia* Tractatum *Boxhornii*, quem tibi promiſeram, ſed intelligens, *Boxhornium* ea omnia Latio donaturum, & figurarum, quæ, Idolum hoc cum aliis Antiquitatibus repertis repræſentantes, Hagæ Comitis impreſſæ ſunt, explicatione aucturum, conſultius duxi, hanc præſtolari editionem, præſertim cum brevi prodituram eſſe, ſpem ipſe nobis fecerit. In hiſce tamen moniti tuam ſequemur voluntatem atque juſſa. Dn. *Regius*, qui credebatur Carteſianus eſſe, vel audiri volebat, de *Anima* diſputans, in theſibus ſuis tam graviter in Philoſophiam &

principia ejus impegit, ut coactus fuerit *Carteſius*, eas libellis in publicum emiſſo refutare, & *Regium* e caſtris ſuæ Philoſophiæ excludere, uti ipſe ex notis ejus, quas tibi mitto, perſpicias luculentius. Orta eſt etiam inter Philoſophos noſtros controverſia in publicis diſputationibus de methodo & doctrina ejus de *Deo*, ita ut Dn. *Stevartus* Ariſtotelicus, cum publice ſibi non viſus eſt ſatis partibus ſuis perfunctus, & ob id magno ſtrepitu exploſus, ediderit *Vindicias* ſuæ diſputationis, quas tibi & mitto una cum reſponſione *Heerbord* alterius Philoſophi, qui a partibus eſt *Carteſii*. Sed eo res tandem devenit, ut jurgiis eorum & ſcommatis ſilentium imponere neceſſe haberent Curatores, atque Dn. *Stevartum* prohibere lectione Metaphyſices, quam antea docuerat, utroſque vero diſputationibus ejuſmodi directis ſive indirectis. *Renatus des Cartes*, inſtante Majo, molitur reditum in Patriam, ut tandem petitionibus Regis ſui ſubſcribat; meditatus eſt egregia de hominis procreatione, ſed quoniam unum ipſi reſtet, in quo ſibi non poſſit ſatisfacere, non vult, ut opus hoc lucem videat, quod mihi præſenti narravit. Dn. *de Laet* editioni *Vitruvii cum Commentariis Variorum* operam dat; eſt autem non ultra tertiam partem paratum opus. *D. Walæus* tandem profeſſionem obtinuit, &, inſtante Majo, Studioſos in Noſocomium deducet. *A. Vorſtius* explicationem *Aphoriſmorum Hippocratis* exorſus eſt. *Barlæum* fatis conceſſiſſe, procul dubio jam conſtat. Herbam, cujus meminit *Kircherus*, in aqua lagenæ creſcentem, an receperis, ſignifices, rogo; memini enim, te coram ſpem de ea accipienda conceptam narraſſe. Quippe Doctor *Joel Langelot*, comes noſter in Angliam, & Sereniſſimi Ducis Sleſvici nunc Archiater, ſecretum hoc ſibi notum eſſe affirmabat, me autem precibus apud eum inſtante, de eo tibi communicando, promiſit, ſe plantam ipſam tibi miſſurum, tuoque Muſæo dedicaturum. Quin & inſtrumentum auditus ſecretum *Aquapendentis* an obtinueris, ſcire aveo, quippe brevi, ut ſpero, talia publici juris faciet inter alia *Ath. Kircherus* in ſua *Muſurgia Univerſali*, quam in præſentia eum edere ex *Synopſi*, Roma huc miſſa, perſpexi, cujuſque copiam videndi faciet frater *D. Thomas*. Inventa hic jam eſt vera declinatio Magnetis a quodam, natione Gallo, qui Hagæ Comitis vivit; inventionis autem veritatem cupit a Nautis ante comprobari, quam præmium, ab

Or-

-bitur. A *Langlotto* adhuc nihil, etſi per literas ſollicitaverim; hoc tantum de eo retulit *Thomas Ruiren*, qui in Laboratorio Principis cum ipſo locutus eſt, eum nunquam tales ſales elaboraſſe, ſed, ubi otium nactus fuerit, tentaturum omnia. Jucundum mihi fuit legere, quæ de Roſa & citrea aqua vidiſti; profecto, ſi res hæc ſucceſſerit, haud contemnenda erit ad alterum illud ſecretum via. Piſcis ille, de quo ſcribis, eſt procul dubio *Orbis Ægyptius*, a *Rondeletio* & *Aldrovando*, libr. 4. *piſc. cap.* 15. deſcriptus, & experimentis auctus ab *Athanaſio Kirchero*, Lib. 3. *Magnet. part.* 6. *Cap.* 2. §. 6. Is quidem non ſolis motum ſequitur, ſed libere e tholo ſuſpenſus os & caput ad eam mundi convertit plagam, unde ventus ſpirat. Tu lege *Kircherum*, qui plenius de cunctis te erudiet. Quia vero Gallias te cogitare intelligo, quæſo, Pariſiis ( ubi degere Auctorem ſecreti intellexi ) inquire in artem, qua coloribus tam ſubtilibus pinguntur imagines æneis formis in charta expreſſæ, ut, niſi ad ſolem exponas, non videantur. Modum quidem profitetur *Kircherus*, lib. 10. *Artis magnæ Lucis & umbræ, arte* 2. *pag.* 815. Sed qui tentarunt, fallere eum referunt. Specimen hic apud *Sperlingium* vidi, qui ex Galliis illud advexit, ſed Auctorem opere artem celare ait, ut nullo modo extorqueri poſſit. Eo ubi veneris, ſalutabis communes amicos, *Gaſſendum*, *Naudæum*, *Peyrerium* & alios. Vale. 6. Sept. 1648.

## DCCCCXIX.

# OLAUS WORMIUS

### *M. Eraſmo Bartholino.*

Gratæ mihi tuæ fuere literæ, *Bartholine* amiciſſime, in primis quod & de tuo inſtituto certiorem me reddiderunt; & de peculiari iſto boum affectu, quo hepar verme paſſeris figura infeſtatur, docuêre. Hæc mihi in cœtu honeſtiſſimorum virorum narranti regeſſit quidam, affectum hunc in hiſce regionibus & bobus & ovibus familiarem eſſe, eumque a ruſticis vocari **Flynder**, quod paſſeris marini ſimile quid in eorum hepate reperiatur, curari vero muria aut ſale frequentius exhibito. Ex alimento putrido ortum trahere credo, cui ſal inpri-

*Hafniam.*

OPportunitatem, quæ mihi obtigit perluſtrandi di
que in hiſce provinciis, cum *Franciſco a Schoot*
theſeos heic Profeſſore, mihique amicitia conjunctiſſi
gligere non potui, præſertim cum & feriæ canicula
renitas cœli invitarent. Nec ſane me facti pœnituit.
ut taceam ea, quæ ex converſatione ejus erudita in it
diſcere licuit, occaſionem nactus ſum tum temporis, n
omnia ibi loca munita videndi, examinandi, & ipſam
di praxin, quam antea in Theoria cognitam habebam,
dendi, urbes, atque quicquid curioſis oculis dignum
potuit, perluſtrandi, ſed etiam familiaritatem cum l
alterius conditionis hominibus ineundi. Atque hæc i
mo obtigit Gandavi, ubi amice exceptus ſum a Patr
*Gregorio a S. Vincentio*, qui opus illud ingens Geomet
*Quadratura Circuli* elapſo anno evulgavit: quin &
eum Profeſſore Matheſeos, *Doct. Gerhardo Gudſcovio*,
phiæ & inventis *D. Des Cartes* multum addicto, famili
contraxi, quam, nuper me Leidæ reviſens, coram de
Antwerpiæ & Bruxellis alios cognoſcere, opportunita
ctus ſum. Sed in Medicina qui excellerent, pauco
præter D. *Oppenheimium* Profeſſorem Lovanienſem pri
D. *Plempius* eodem tempore Amſterdami erat, & jam
dio, poſt reditum Rector Magnificus creatus eſt. Inte
Lovanii erat *P. Alexander Barvoetius*, qui indicem

ntinuare vellem, quod & promiſi, modo haud gravaretur mmunicare ſubinde obſervationes, quibus cum *P. Miniſtro*, tit, ſe in Anatomia inſectorum ſtudere. Oſtendit coram A tomiæ hujus curioſæ quædam ſpecimina, in oculo muſcæ, iem perſpicillo ſuo ſeu microſcopio incluſum habebat, & fim fecit iis, quæ Italus ille de *Anatomia oculi muſca* edidit; paruere enim ad oculum innumeræ particulæ, retis plane in odum connexæ, quales credidit eſſe oculos omnium inſectom. Monſtravit & multa MSS. Græca, Mathematica, & ad ıtiquitates Eccleſiaſticas ſpectantia, quæ ex Hiſpania ſecum lit. Gaudemus & gratulamur nobis, quod *Literatura* tua *inica* auctior jam edetur, una cum *Lexico Runico*, quod & lis nter & ſummo cum deſiderio a me audivere *Salmaſius*, *Golius* ique apud nos Viri docti. Nuper in lucem prodiit ex officia *Mariana Geometria a Renato Des Cartes* olim Gallice conipta, & Methodo editæ anno 1637. ſubjuncta, in Latinam rſa, & *Commentariis* Profeſſoris a *Scooten* illuſtrata. Cum tem rogatus eſſet per literas a Mathematicis in Gallia, ut æſtionem quandam difficillimam, hic a J. *Stampiœnio* ante nos aliquot propoſitam, (qui 600. Florenos, ſponſione cum o quodam facta de quæſtionis illius ſolutione, perdidit, ippe Problema propoſitum ſolvere ipſe non potuit) & Belgi- editam, ſubjungeret operi huic *Des Cartes*, additis Commentiis, quibus via pateret unicuique perveniendi ad obſcuriſſium & ſubtiliſſimam propoſitæ quæſtionis ſolutionem; noluit titionibus eorum refragari, & cum audiviſſet, me jam para habere in eam Commentarios, quos memoriæ cauſa conſ ipſeram, petiit a me, ut paucis eos ſubnecti concederem, ius me petitioni morigerum geſſi. *Renatus Des-Cartes* precis Reginæ Sveciæ tandem vocatus eſt in Sveciam, finita tamen eme reverſurus. Tractatus ejus de *Affectibus*, Gallice conɪptus, ſub prælo fervet. Nec non *Salmaſii* de *facinore Anrum*, quem brevi abſolutum iri ipſe mihi auctor eſt, quamam fama ſit, jam ad finem perveniſſe, ſed a Magiſtratu deeri. Amſterdami eduntur *Muſici veteres*, *Euclides*, *Alypius*, *iſtoxenus* &c. nitori ſuo reſtituti a *Marco Meibomio*, apud *zevirium* in 4to. *Lexicon Scapulæ* hic quoque ab *Elzeviriis* rectius & auctius excuditur. Mitto delineationem dentis ænæ vel Unicornu Amſterdamenſis in domo Societatis

Grönlandicæ; repræſentatur autem facies interior capitis in duo fruſta transverſim ſecundum oris ductum diviſi; reperitur autem ibi ſuperior pars, cui annexus eſt dens, & quam hoc modo depingere feci, ut appareret inſertio dentis. Prominet autem, quemadmodum in Xiphia (Suerdfiſk noſtris) ſed & alteram faciem una mitto, non niſi obſcuris ductibus, quippe non tam magni momenti. Reperitur ibidem alius dens ſine cranio, ſubfuſcus, ſed quia in colore tantum differentia eſt, non viſum fuit operæ pretium adjungere, cum magnitudine æquet illum, cujus præſentem mitto picturam. Quinam in locum defunctorum apud nos Profeſſorum ſubſtituentur, nondum certo conſtat; competitores ajunt varios, *van der Linden*, *Primroſium*, *Eligmannum* & *Geeſtranum*, Medicos hic Leidenſes. *Van der Linden* tamen vocatus eſt Profeſſor Medicinæ Ultrajectinus. Sed vereor, ne prolixitate nimia moleſtus ſim. Subſiſto igitur, ubi prius ſubmiſſe te rogaverim, ut me eodem favore, quo ſemper es proſecutus, deinceps complecti non dedigneris. Leidæ, die 2. (12.) Novembr. 1649.

## *DCCCCXXI.*

## OLAUS WORMIUS

### *Eraſmo Bartholino.*

*Lugdun. Bat.*

REditum Tibi ex Flandrica peregrinatione gratulor, inprimis cum tot præclaris Viris converſationem, ac pro voto felici gratias ago. Vivunt adhuc filiolæ meæ, ac valent, faxit Deus, ut in ſui Nominis gloriam & Parentum gaudium adoleſcant. Illa, quam miſiſti, unicornu delineatio optime cum noſtra quadrat. Anno præterito bellua integra in Iſlandiam appulit, cujus ad me Epiſcopus Holenſis transmiſit deſcriptionem. Cornu ſeu dens ex parte mutilatus Regi oblatus; hoc anno cranium transmiſſum, quod Regia Majeſtas mihi dono miſit, plane convenit cum eo, quod ante habuimus, & cum tua delineatione, niſi quod alveum, cui dens inſertus, amputaverint piſcatores, ut eum radicitus evellerent. Adſunt & auditus oſſicula, quæ deſiderantur in priori, quod habui, cujus mitto

mitto iconem. Cum acciperem, magna pars carnis & œſophagus quoque ei adhæſit, a quibus propter fœtorem oſſa liberare coactus fui. Quod dens alter Amſterodamenſis fuſcus ſit, nil refert, nec diverſam conſtituit ſpecimen; vides enim, dentes Elephanti, ubi aëri diu expoſiti fuerint, talem etiam exterius acquirere colorem, licet ii interius nivei ſint. Operæ foret pretium, apud homines, qui capturæ interfuerunt, inquirere de figura & magnitudine ipſius balænæ, cujus iconem habere ex uſu foret; ubi Tu hoc expiſcatus fueris, quid noſtri Iſlandi de ea referant, exponam. Valde gaviſus ſum, cum intellexeram, tuam Problematis difficillimi enucleationem adjunctam Geometricis Carteſianis; hinc enim occaſionem arripui de te apud Magnificum Cancellarium diſſerendi, tuosque conatus commendandi, qui ſibi in eo valde placuit. Rem igitur gratam feceris, ſi, quam primum hæc edita fuerint, ei exemplum miſeris. Perge hoc pacto quacunque data occaſione profectus tui ſpecimina edere; hæc enim te celebrem ac Patronis noſtris reddent commendabilem. Majoris enim, ut ſcis, fieri illa ſolent, quæ in exteris a noſtris eduntur, quam quæ domi naſcuntur. Perge item, mi *Bartholine*, ut facis, de rebus veſtris ſubinde certiorem me reddere; meum in te affectum, malo, re ipſa experiaris, quam ut verbis eum pollicear. Vale. Saluta Dominum *de Laet*, cui, ubi datur occaſio melior, mittam lapidum quorundam apud nos rariorum delineationes. Interim ſi quid ipſe ex Indiis acceperit, mei ſit memor. Ad ultimas meas nondum reſpondit. Dominum *Langium*, *Foſſium* item noſtrum, a quo tranſmiſſum vivum *Coati* animal adhuc alo, aliosque officioſe ſalvere jubeo. Hafn. Cal. Dec. 1649.

## *DCCCCXXII.*

# ERASMIUS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

Literas tuas deſideratiſſimas, datas Calend. Decemb. perlegi cum grato, ut decebat, affectu; intellexi enim prima fron-

te, te non ſolum me eodem, quo ſolebas, amore proſequi, ſed indies me majorem fieri debitorem. Quare maximas habeo gratias, quod apud Dn. Cancellarium mei injeceris mentionem, & meos conatus ipſi commendaveris, quod etſi immerito meo ſciam eſſe factum, tamen dicere non poſſum, quantum mihi addiderit, varia, quæ meditatus eram, reſpiciendi. Quæ Geometriæ Dni. *des Cartes* ſubjunctæ ſunt in quæſtionem illam notulæ, adeo ſunt breves, ut non auſim Librum ipſum Magnifico Dno. Cancellario ea de cauſa mittere. Nam ſi a me ipſo editæ fuiſſent, prolixius expoſitæ forte fuiſſent & vel alio loco exponendæ, cum nondum a quibusdam, qui docti videri volunt, ipſum problema intelligitur, ſed, cum divulgatæ ſint ab eo, qui nihil niſi brevitatem & ſimplicitatem amat, pati oportuit, eas quoque ejusdem fieri fortunæ. Quocirca mallem vobis una aliud aliquid mittere, quod majorem haberet ſpeciem, & priora paululum commendare poſſet; quanquam non ignorem; apud vos non tam mole, quam rerum pondere talia æſtimari, nec ipſe, niſi brevitate commendabile, in publicum edi quicquam a me impetrare poſſum. Doleo, quod debeam tibi ſalutem, quam Dn. *de Laet* miſiſti, ſine fœnore remittere, cum nuper diem obierit ſuum, Hagæ Comitis Apoplexia ſubito ereptus, ſed hic Leidæ ſepultus. Ita apud nos Doctorum magna incipit caritas, nam & *D. Verchorſt*, inſignis apud nos Practicus fato functus eſt. *Cl. Salmaſius* etiam iter inſtante vere in Sueciam ſuſcipiet, ſed vix animo ibi commorandi, tantum ut precibus Reginæ, per literas propria manu ſcriptas, morem gerat. Nondum de ſucceſſore *Valai* conſtat, nec ante 8. Febr. quando Curatores Academiæ noſtræ convenient, quicquam certi concludetur. Detinuit animos noſtros hiſce diebus ſubjectum aliquod anatomicum virile, quod diſſecuit *Falcoburgius*. Adoleſcens erat 16. circiter annorum, in Noſocomio noſtro, in ipſo paroxyſmo Epilepſiæ ſtrangulatus. Cauſam mortis non invenire potuimus ſatis evidentem, niſi quod ventriculi cerebri valde erant compreſſi, ut, niſi ſenſim ſenſimque cerebri ſubſtantiam abſcidiſſet, viſum facile effugiſſent, adeo erat cavitas eorum compreſſa. Ingentes Tibi quoque pro icone cranii balænæ transmiſſo ago grates; de bellua ſi mihi quædam ſignificaveris, rem feceris longe gratiſſimam. Ex Amſtelredamenſibus non potui quicquam certo cognoſcere, cum referant, ſe ſuos e terra eruiſſe, quod & convenit cum ratione a te allata nigredinis unius:

non-

nondum tamen omnes credere volunt, balænæ eſſe dentem. Globus iſte magnus terreſtris, cujus diameter erat 5. pedum, quem Regi Zelebes prope Chinam mittendum fieri curaverat Societas Indiæ Orientalis, ultimam jam recepit manum, & jam jam ad iter paratur. *** Leidæ d. 6. Jan. 1650.

## DCCCCXXIII.

## ERASMIUS BARTHOLINUS

### D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

Recordatio tuorum beneficiorum, Vir Experientiſſime, non patitur, apud me memoriam officiorum, quæ ſemper tibi conſecrata manebunt, exoleſcere. Et quamquam vel ſilentium ipſum mearum literarum teſtis eſſe poſſet debitæ obſervantiæ & venerationis, quod occupationes tuas importune rumpere vererer, tamen curioſitatis tuæ diligens æſtimatio nunquam non infringet ſilentium hoc, & calamum reſumere ſvadebit. Mitto *Grammaticam Regiam*, nuper hic editam cum *Diſſertatione Boxhornii de Lingua Scythica*, quam boni conſulas, rogo. *Salmaſius* itineri ſe committet, quam primum cœlum ætati ejus faverit, nec patietur ſe detineri tamdiu, ut a frigore ſibi periculum afferri poſſit, exemplo deterritus *Renati des Cartes*, cujus immaturum obitum doctorum plerique valde deplorant. Nam, certa relatione literarum ipſius Legati Galliarum Regis in Svecia commorantis, cujusque fruebatur hoſpitio *Des Cartes*, uti & famuli ipſius defuncti ad Dn. *Hoghelandum* & Toparcham (*van Bergen*) miſſarum, accepimus, ipſum, (ut precibus Reginæ etiam hoc daret) quotidie hora quarta matutina Reginam docuiſſe ſuam Philoſophiam, cujus diſcendæ avidiſſima erat. Contigit autem aliquando ipſa medietate ſævientis hyemis, ut e Bibliotheca Reginæ, ubi docebatur, domum reverſus, tanto percelleretur frigore, ut ſpiritum vini in remedia poſceret. Verum vis frigoris non alia ratione magis leniri videbatur, quam ſi lectum repeteret. Regina, nuntio de infirma ejus valetudine accepto, miſit ſtatim unum e Medicis ſuis, quem, cum venam ſecare vellet, admittere noluit initio, poſtea vero, accedente poſt pleuritidem febri ardente, paſſus

ſus eſt ſibi venam ter aperiri, licet irrito ſucceſſu, adeo ut Calendis Februarii diem obierit ſuam, maximo cum dolore omnium ipſiusque Reginæ, quam in cera eum exprimi curaſſe inaudivimus. Quamquam autem rogaret Regina ut magnifice illi juſta perſolverent, atque in templo primario ſepelirent, tamen ſuperſtitione, neſcio qua, humo mandatus eſt extra urbem in cœmiterio, ubi pueruli humari ſolent. Conjectura ſane ducor ad ſuſpicandum ſvaſu Jeſuitæ, qui apud Legatum ibi forte moratur, id factum eſſe; quippe conſtat, eos tali ſuperſtitioni deditos, etiam templa Reformatarum urbium, ab iis occupatarum, prius virgis cædere ſolere, quam Sacra ſua iis concredere. Pleraque Scripta *Des Cartes* ſunt in Suecia, quædam tamen hic; & ſi Legatus, ſicuti promiſit, candide egerit, non patietur *Hogheland*, apud quem ciſtæ ejus ſervantur, multis utilibus inventis commodum publicum privari. Scio quidem ipſum *Tractatum de Homine* ingenio ſuo concepiſſe; coram enim faſſus eſt, ſe totam naturam & conſtructionem hominis tam clare & diſtincte cognoviſſe, atque demonſtrare potuiſſe, atque demonſtrationes *Euclidis*; ſed vereor, ne cum coperierit, cum vix quicquam ſolidi ſcriptis conceptum reliquerit; nec enim ſolitus eſt aliquid literis mandare, antequam totum ſimul ingenio eruiſſet, atque bene meditatus eſſet. *D. Heinſio* literas miſit Regina Sueciæ, cum nummo aureo effigie Reginæ conſpicuo, petens, ut filium, brevi jam Parentem & Amicos viſendi gratia reverſurum, permitteret rurſus videre, ſeque inſtitutione ejus, ſicut antea frui. Typographi in animo habent imprimere *Calepinum Paſſeratii*, addita præter XI. linguarum ſpecies ante editas lingua *Danica* vel *Suecica*, vel utraque, quanquam opiner, *Hakio* ſatis perſuaſiſſe me, *Danicam* ſufficere, atque ipſi hoc in negotio inſervituros, qui nunquam non heic reperiuntur, homines noſtræ nationis, de quibus veſtrum audire judicium, utile & neceſſarium eſſet. Apud *Hakium* imprimitur *Piſo de morbis ab illuvie ſeroſa*, quin & *Het Leven ter Bramaer*, qui populi antehac non ſatis accurate ſunt deſcripti, quorumque vita & Chronologia, quam fere ut Chinenſes deducunt, ſatis notabilis. *Elzevirius* imprimit *Gilbertum de Mundo* hoc ſublunari, Philoſophiam novam in 4to, cum figuris. De *Lithiaſi* editus eſt tractatulus a *D. Charleton*, Studioſis Chymiæ & Philoſophiæ Spagiricæ ſatis laudatus. *D. van Straten*, Principis Auriaci Medicum, Profeſſionem primariam

Me-

Medicinæ ſuſcepturum, hiſce diebus exſpectant. Unicornu illud Ultrajectenſe, literis Runicis inſigne, delineatum quamt primum mittam, cum ex literis fratris de tua voluntate certior ſim factus. Poſtquam ex literis fratris intellexiſſem conſilium tuum de tranſmittenda *Geometria Renati des Cartes* nuper edita, miſi exemplar quoddam, quod tuæ committo poteſtati, ſicuti ea, quæ habentur pag. 318. ſeqv. tuo & Doctorum omnium ſubmitto judicio, gratias agens immortales, quod mei ſemper ubique & apud Dn. Cancellarium retineas memoriam: optarem certe, me aliqnando tantæ affectioni tantisque beneficiis, alia ratione quam voluntate, reſpondere poſſe. Spero tamen, me opportunitatem tuo animo dignam inventurum, quæ me edocere poſſit, qua ratione debeam atque poſſim tuis omniumque tuorum amicorum inſervire commodis, & non tam privatim, quam publice teſtari, quod tota vita audire velim

Tuæ eximiæ eruditionis omniumque virtutum ſedulus cultor

Eraſmius Bartholinus.

*Leidæ, 1650. 12. April.*

## *DCCCCXXIV.*

## OLAUS WORMIUS

### *M. Eraſmo Bartholino.*

*Lugdun. Bat.*

GRatiſſimas tuas 12. April. datas probe accepi, una cum *Grammatica Regia*, pro quibus gratias ago ingentes; ut referam, allaborabo. Spero, nos in tranſitu hic viſuros Clariſſimum *Salmaſium*; fratri enim tuo *D. Thomæ* pollicitum hoc eſſe, accepi. Dolemus omnes impenſe obitum Domini *des Cartes*; Vir enim fuit rari ingenii, & ad diſciplinas promovendas natus, Geometra & Mathematicus excellens, cujus utinam nobis non inviderent poſthuma, qui eorum habent copiam. De ejus *Geometria*, & tuis in eo genere profectibus non ſimplici vice cum Magnifico Domino Cancellario, qui in his etiam haud ſuperficiarie

ciarie verſatus eſt, egi, & quamvis fuerint, qui hos extenuave-rint, ſibi tamen valde placere abunde oſtendit, inprimis cum offerrem Geometriam tuis notis inſignem, quæ abunde ea, quæ antea de te retuleram, comprobarunt. Perge modo: non du-bitabis de tanti Patroni favore. Ego per menſem ferme gravi catarrho ad pectus delabente cum capitis dolore conflictatus ſum, nec jam plane convalui; utinam non gravius malum mihi anno climacterico magno minaretur! Interim Deo me totum committo, cui parere par eſt. Junior *Heinſius* hac tranſiens me bis viſitavit laborantem, & humaniter variis de rebus egit, ef-figiem quoque Reginæ auream oſtendit, & ego viciſſim ipſi a *Cardinale Mazarino* mihi miſſam. Tuum de *Calepino* *Paſſeratii* probo inſtitutum, quod forſan haud parum juvaret *Stephanii* noſtri (ante dies quatuor heu! Soræ exſtincti) *Dictionarium ma-jus*. Ex iis, quæ de Ultrajectino cornu literato percepi, videor mihi litteris Runicis legere ᛋᚢᛂᚱᚱᛁ *Sverri*, quod eſt Re-gis cujusdam Norvagiæ, qui illud, ut arbitor, olim poſſidebat; accuratius hac de re judicare licet, ubi iconem videro. Inte-rim pro hac & aliis mihi navatis gratias ago, operamque da-bo, ut haud pœniteat. Salutant te omnes. Vale. Hafn. 23. April. 1650.

De *Calculo* quæ ſcripſit *Charleton*, mecum communicavit noſter *Foſſius*. Quis & qualis ſit ille lapis, quem ille *Ludum* vocat, & Antverpiæ extare ait, (lege ipſe, quæ narrat) vehe-menter ſcire cuperem; quod ſi per amicum ejus copiam habe-re valeas, rogo, mihi particulam data occaſione transmittas. Ego cum aliis Paracelſiſtis ſemper putavi, intelligere illum per *Lu-dum* calculum ex humano corpore excretum, aut per ſectionem extractum. Tu ſi plura de hoc *Ludo Charletoni* expiſcari poteris, rogo, communices.

## *DCCCCXXV.*

# ERASMIUS BARTHOLINUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

Literis tuis mihi nuper redditis nihil accidere potuit gratius, quæ,

quæ, niſi nuntium de adverſa tua valetudine attuliſſent, me valde exhilaraſſent; ſpero tamen meliores poſthac rumores; & faxit Deus, *Dn. Salmaſii* opinionem de *annis climactericis* tuo exemplo etiam confirmari. Grates ago ingentes, quod rurſus mei apud Dn. Cancellarium injeceris mentionem, & commendaveris conatus, quos optarem Patriæ & publico bono prodeſſe poſſe; ego ſtudebo, tam ſincerum affectum tantaque beneficia memori mente tenere, & quibuscunque obſequiis demereri. Parata habeo ad prælum quædam principia eorum, quorum gratia non opus jam habebunt reliqui exteras petere regiones, cum iis nucem confregerim, & brevi addiſcent ea, quæ in Patria non licuit. Cogito autem ea inſcribere Dn. Cancellario, ut videre poſſit, me non fruſtra tempus hic contriviſſe, nihilque inde exſpectabo gloriæ: nam nomen *Franciſci a Schooten*, a quo hæc didici, etiam variis de cauſis præmittere decretum eſt; dummodo eo animo, quo hæc divulgari volui, excipiantur, publici nempe inſerviendi nec ulla oſtentationis opinione, acquieſcam. Non defuiſſet quippe mihi materies alia in re ingenium oſtentandi, ſi propriam famam utilitatibus publicis prætuliſſem; ſed quia plane neceſſe erat, hæc in publicum emitti, & præcipue Patriam meam de iis fieri certiorem, nolui opportunitatem, quam præ aliis id præſtandi habui commodam, otioſe negligere. Quocirca in aliis quoque rebus Patriæ noſtræ aliquando prodeſſe decrevi; omnes enim fere populi ſua lingua tranſlatum & editum habent *Euclidem*, aliaque Mathematica, noſtra autem Dania nihil. Si ergo commodam nactus fuero occaſionem, potero forſan aliquid oſtendere eorum, quæ ante aliquod tempus in Danicam Linguam tranſtuli, *Euclidem*, *Archimedem*, aliaque ipſa fundamenta Matheſeos ſpectantia. Nec enim videtur tolerandum, omnes nationes tanto compendio addiſcere poſſe ea, quæ actionum humanarum tempore belli & pacis ſunt fundamenta, noſtrates vero hæc vel plane ignorare, vel non niſi ſero & per ambages multos percipere. Poſſem hæc innumeris aliis argumentis probare, & neceſſitatem ejus rei oſtendere, niſi ſapienti me ſcribere ſcirem, cujus judicio quoque & conſilio juvari exopto. Opus credo eſſe difficilius opinione, nec niſi opportunitate & tempore poſſe abſolvi. Mitto effigiem Dn. *Des Cartes*, quæ ipſum ad vivum refert ſatis exacte, quantum ego & reliqui, qui ipſum viderunt, judicare poſſunt.

Hactenus

Hactenus non potui plura ejus exemplaria habere, nam Auctor ipſe tantum centum imprimi curavit, ex quibus mihi duo ceſſerunt; ſi, poſthac alia obtinere poſſim, haud gravate mittam. Eſt adhuc bis æri excuſus hic, & forma magnifica, artificio quoque inſigni, ſed quia plane non exprimunt vultum *Carteſii*, non viſum fuit operæ pretium, ea mittere. Cum *Charleton* vel cum aliquo amicorum ejus nondum licuit colloqui; ſed cum reverterer ex Anglia cum *D. Langelot*, vidi ejus *Ludi* fruſtum, quod *D. Langelot* impetravit a filio *Helmontii* (nam ex *Helmontio* habet *Charleton* multa) . . . de eodem *Ludo*, qui circa Scaldim reperitur . . . . . ſilex vel genus quoddam ſilicis, nam lapis erat . . . coloris vel argillacei, dicitur vero *Ludus*, quia inſtar teſſeræ eruuntur omnes tales lapides forma cubica. Cum eſſem Antwerpiæ, quæſivi anxie ad littora Scaldis, ſed cum effodiatur ex imo terræ, non factus ſum voti compos. Hoc certum eſt; non eſſe aliud *Ludum* iſtum lapidis, quam ſilicem talis coloris, quod meis oculis vidi; forte aliam habent virtutem, qui ibi eruuntur lapides, quam alibi. Erat fruſtum illud, quod vidi, cruſta quadam cinctum, ſicut ab iis deſcribitur. Si quid ulterius intellexero, lubens ſignificabo. Dn. *Salmaſium*, ſi promiſſis ſtare voluerit, brevi videbitis. Ego quoque itineri Gallico accinctus, opto a te mandatis, ſi me, quædam exſequi poſſe idoneum cenſueris, honorari. Interea obnixe peto, velis me in poſterum eodem favore, quem ſemper expertus ſum, complecti, & inter clientes numerare; ego non patiar, mihi hæc & alia beneficia, quæ pudore meæ ad remunerandum impotentiæ recenſere abſtineo, memoria excidere. Sed antequam finem imponam hiſce literis, apponam carmen non inconcinnum, quod *P. Gregorius a S. Vincentio* Jeſuita, auctor iſtius *Quadraturæ Circuli*, nuper editæ, ſed minime inventæ, mihi Gandavo ſcriptum miſit, in obitum *Renati des Cartes*:

*Gallia te genuit, ſed Suecia ſuſtulit orbi,*
*Mercedem hanc Gallis, Suecia, retribuis?*
*Sed tua te virtus faciet chartaque renatum,*
*Sic duplici, Mundo, ſorte Renatus eris.*
*Vive igitur felix, nunquam moriture Renate,*
*Qui natus morti, morte renatus eris.*

Hiſce vale, & ama, ut ſoles. Leidæ, 2. Jun. 1650.

DCCCCXXVI.

## *DCCCCXXVI.*

# OLAUS WORMIUS

## *Eraſmo Bartholino.*

*Patavium.*

TUas Patavii 6. Maji datas 3. Junii rite accepi. Gaudeo, te ſalvum & incolumem eo perveniſſe, & in itinere Viris celebribus innotuiſſe. Titulum *Analectorum Rhodii* in Catalogo Francofurtenſi legimus; utinam non nimis diu in *Scribonio* ſcribat. De *Monumentis* iſtis *Breſcianis* nihil inaudivi; rogo igitur, prima commoditate plenius me de iis erudias. *Rhodium* ipſum officioſe a me ſaluta, & roga, ut ad meas, quas ante biennium ſcripſi, reſpondeat, meque de *Runicis* iſtis certiorem reddat. Ego nuper *Hiſtoriam Muris, qui cum pluvia in Norvegia decidit,* edidi, & jam diſcipulorum meorum quidam meditatur *Synopſin methodicam* eorum, quæ extant in meo *Muſeo.* Filius meus *Wilhelmus* hiſce diebus Lugdunum Bataxorum ivit, ibidem Medicinæ ut det operam. Spem habet Stipendii Medici Regii, ubi anni tui exſpiraverint. Ita vero inter fratrem tuum *D. Thomam* & me actum, ut tu ſtipendio Mathematicó, quod poſt annum vacabit, poſthac fruaris, (tandundem enim valet, atque Medicum) ut ſic filio Medicum reſignes. Eo enim tibi proſpicietur, ut adhuc quinquennio eo gaudere poſſis, cum ex Medico biennium exſpiraverit. De hac re fuſius a fratre doceberis, & prima commoditate mentem tuam nobis aperies. Vale, &, quos noveris nomini Wormiano addictos officioſe ſaluta. Hafn. 4. Jul. 1653.

## *DCCCCXXVII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Eraſmo Bartholino.*

*Patavium.*

GRatum mihi fuit, ex literis tuis intellexiſſe, ſtipendii permutationem placuiſſe, nec dubito, quin ex re tua futura

 ſit,

ſit, quippe qui te totum huic ſtudio conſecraviſti. Conatus etiam tuos in hoc genere omni laude digniſſimos Domino Cancellario commendare non deſinam, ut fructus exantlatorum laborum tibi tandem cedant ſolidi. Incidi nuper in Tractatum quendam *Theodoſii Tripolitæ de diebus & noctibus* excuſum Romæ anno 1591. in cujus præfatione *Joſephus Auria* Interpres varios reſcenſet Auctores Mathematicos, nondum editos, partim exiſtentes Venetiis in Bibliotheca *Cardinalis Beſſarionis*, partim in Bibliotheca Vaticana, partim in aliis Italiæ, quod monere volui, ut, ſi forte qui ſint, qui tuo inſtituto inſervire poſſint, eos inquirere poſſes. De Cometa nuper viſo nemo noſtrum adhuc aliquid edidit; quædam obſervata premit *Langius* noſter, ſed nondum in lucem prodiere. Opuſculum meum de *Mure Norvagico*, ut & *Catalogum Muſei* mei mitto; Domino *Caſſiano de Puteo*, ubi data fuerit occaſio, rogo, mittas, meoque nomine gratias agas pro *Hiſtoria Naturali Mexicana*, quæ in via periit; ſed de Ejus benevolo animo me certiorem reddidit *Langius*, quem optaſſem diligentius hæc curaſſe. A *Rhodio* nihil prorſus hactenus accepi, ſed Affinis ejus *Bangius* oſtendit mihi tres quaterniones notarum in *Scribonium*, *Argolum de Ecclipſi futura*, *& Holſtenii ad Rhodium Epiſtolam* &c. Spero, nos brevi integrum habituros *Scribonium*, ne ex Largo fiat Tardus. Tu *Rhodium* meo nomine officioſe ſaluta, &, ne veteris amici prorſus obliviſcatur, mone. Siquid apud Vos Novi moliantur Literatores, mone; & me, ut facis, ama, tuorum commodorum ſtudioſiſſimum. Vale. Hafn. 18. Nov. 1653.

## *DCCCCXXVIII.*

## Clariſſime Domine,

## D. OLAE WORMI.

INter reliqua, quæ ad Aquas Spadanas dulciter miſcuimus ego & *Helvicus Dietericus*, Vir vere clariſſimus & mihi multum amatus, retulit & de T. D. quantæ ſis eruditionis, quam literarum amans, quam ſtudioſus antiquitatum; & quod nuper edideris Librum de antiquitate Linguæ Runicæ, cujus apicum formam & figuram prorſus aſſerit ſimilem per omnia characteribus

ribus antiquis Linguæ noſtræ Hibernicæ, quos ipſi familiarius oſtenderam. Quibus perceptis, non poteram non mirari tuam eruditionem & ſolertiam, in rebus tam abſtruſis e tenebris vetuſtatis eruendis in lucem, & quomodo nationes, & linguæ diſparitate & terrarum divortio tam diſſitæ, conveniant in apicum & ſcripturæ ſimilitudine, ſi tamen conveniant. Quare nec potui omittere, quin & D. T. ut miraculum raræ eruditionis & doctrinæ ſuſpicerem, & gratulabundus e longinquo ſalutarem. Tradidi etiam eidem *Helvico* noſtro Alphabetum antiquum Linguæ noſtræ Hibernicæ, tibi porrigendum, ut, ſi cum characteribus Linguæ Runicæ conveniat, librum iſtum per manus ejusdem *Helvici* mihi una cum tuis literis tranſmittere digneris. Hoc & me cenſebo & nationem noſtram ſingulariter honorari, &, quæ in lucem edere vellem, tanti Viri adſtipulatione & teſtimonio confirmari. Supplico inſuper, ut eum eodem noſtro Helvico laborem ſumas in reliquis Hiberniæ antiquitatibus e Dania habendis, in eo, quod ipſi dedi, memoriali deſignatis; cujus operæ & laboris non pœnitebit; nomina enim & induſtriam utriusque, ſi ita fiat, in meis operibus non reticebo. Qua via autem ad me dirigas Tuas literas, idem Clariſſimus Amicus docebit. Interim Deus Opt. Max. conſervet D. T. incolumem ex voto. Leodio 18. Aug. 1646.

D. T. Servus & Amicus

Fr. AUGUSTINUS ÆGANUS.

Quas ad me dare placuerit, ſic inſcribas:

*Reverendo Patri, Fr. Auguſtino Ægano, Ordinis Minorum in Collegio Fratrum Minorum Hibernorum, Sacræ Theologiæ Profeſſ. Lovanii.*

*Recommendentur Reverendo admodum Patri Guardiano Fratrum Minorum ad Olivas Coloniæ, Lovanium mittendæ.*

## DCCCCXXIX.

# D. HELWICUS DIETERICUS

## *D. Olao Wormio.*

SI potentes peccant potenter, & puniuntur potenter. Idem forte & hic, proh dolor! accidit, Vir Nobiliſſime. Hercules enim hic noſter denuo his diebus herculeo iſto malo correptus, valde opus habet opera Medica, cui & Deus ſubjecit peccata morborum. Cum autem alterutri noſtrum, & *Jano* & mihi, his diebus abeundum ſit Tychopolin & Chilonium, rogaris amice, ut citius huc venias, ſerviturus Principi ægro, clementiſſime id ipſum petenti. Colloquemur tum, quæ res erit, & offeram tibi literas Spada ab Antiquario ſingulari, Theologo Hyberno, Profeſſore Lovanienſi, cum quo habui, quæ agerem Medice, mihi traditas. Spectant illæ ad antiquitates Hyberniæ, quas in Archivo Danico aſſervari is putat. Dixi de Runica lingua, quam ille putavit, forte Hybernicam antiquam fore. De his & aliis coram. Expedi te, ut venias citiſſime. Rem Principe dignam, & mihi & pluribus gratam præſtabis. S. & V. Anderſchovi a. XXIII. Decembr. CIƆIƆCXLVI.

## DCCCCXXX.

# OLAUS WORMIUS

## V. C. HELVICO DIETHERICO.

*Nycopiam.*

ALtero ab abitu meo die, domum redii, ſequenti mox Magnif. Dn. Cancellario tuas obtuli, una cum menſtruo, ac ſingula quæ literæ tuæ continebant, fuſius explicavi. Reſpondit ſe in procinctu jam eſſe, Regiam Majeſt. in horto exiſtentem ut adeat, mihi deinde, quid reſponſi laturus eſſet ſignificaturum. Circa quintam ad cœnam me invitavit. Tum dixit ſe Regiæ Maj. pixidem obtuliſſe, tuo nomine, ac quod ſcripſeris indicaſſe; ſed ingratum ipſi fuiſſe hunc ſermonem, ac menſtruum acceptare noluiſſe, ac ut remitteretur mandaſſe. Reddidit igitur mihi,

mihi, ac cum veſtrum hic exſpectemus adventum, potius aſſervandum eo usque exiſtimavi, quam ut infidis internunciis committerem. Tu ſi aliter ſentias, indica, & voluntati tuæ fiet ſatis. Cum *Bartholino* noſtro de iis egi, quæ Religioni contraria putantur in ejus de *Latere Chriſti* tractatu. Sed quoniam nondum exemplar impreſſum vidit, ſe omnium recordari non poſſe dixit: Interim certum eſſe, nihil in eo aſſeri, quod non SS. Literarum aut Patrum teſtimoniis probari poſſet. Quod ait viventium eſſe, non mortuorum mereri, exiſtimat nihil veritati detrahere; ſiquidem alia ſit ratio morientium, alia mortuorum: Chriſtus dum moriebatur ac morte ſua nos redemit, vivus adhuc erat, ac ſalutem nobis morte ſua merebatur. Ubi vero exſpiraſſet ac mortuus eſſet, jam peracto redemtionis negotio, nihil agebat quod aliquid mereri poſſet. Sed quoniam decrevit *Nyhuſio* reſpondere, una mentem ſuam circa hoc negotium ita explicabit, non ſine honorifica Tui mentione, ut non ſit quod aliquem offendat. Mittit tibi cum officioſa ſalutatione ſuas *de Unicornu* obſervationes, atque ut boni conſulas, rogat. Scribet ipſe ad *D. Laurentium*, & ſe de non miſſo libro excuſabit; ſarcinas enim ſuas, in quibus ſcriptum illud continetur, Neapoli relictas nondum accepit. Exſcriptum mitto ſchedulæ *Patris Ægani*, cui per mercatores noſtros Coloniam euntes reſpondebo, ubi cum Hiſtorico Regio per literas de poſtulato contulero. Vale &, ut ſoles fave. a. d. 28. Febr. 1647.

## *DCCCCXXXI.*

# D. HELWICUS DIETERICUS

## *D. Olao Wormio.*

INgentes habeo gratias pro præſtito illo fidelitatis & amicitiæ officio, in referendo & urgendo meo negotio. Sed ſurdas eſſe etiamnum Regis aures doleo. Aperirentur forte, ſi vel hellebori, vel novi illius Indici vegetabilis radiculas Rex ipſe (quis enim alius hoc faceret?) inferiori ſuæ auriculæ pertuſæ, loco annuli, inderet? Credam tecum, ex nupero incendio armamentarii glaucoma aliquod fuiſſe obductum, & barycoiam inductam, ut neuter ille ſenſuum fecerit officium. Sed gravio-

ra magis metuo incendia & ſufflabra animorum invidorum. Sine dubio, mutato jam in melius Principis valetudinarii ſtatu, mutabuntur & multorum inter veſtrates, qui mihi fuere Thibii, judicia & ſenſus. Continuo quippe aperientium ſpecificorum ex antimonio & tartaro, nec non repetito vomitoriorum uſu, omnia & ſingula hic remittere videntur ſymptomata. Honori ergo & tibi duces, interfuiſſe te cœptis illis, nec abfuiſſe a mea mente, quam averſati ſunt alii veſtrum, in quos aliquando alia cudetur forte faba. Sed nondum enatavimus hoc mare. Accedet hodie *Janus* noſter bifrons, adductis C. & M. minus XCIX. & quod excurrit ciſtis, quas e myrothecio S. Petri & Pauli Romæ & Syracuſiæ coemit & corraſit, ut omni vi & metu fuget inde Ægri magni malum; modo Diis fuerit viſum, ut terreatur inde, audito ſolo murmure! Hac ſeptimana, cum Principe, Regi vale dicturo, erimus vobis præſentiores, corpore, animo, ore. Tum de pluribus, maxime vero neceſſariis, plura. Interim Menti tuæ Bonæ porro perſuaſum ſit, ut mihi faveat, cum mea & Tua ſit. V. Nicop. die Longini, qui Chriſto perfoſſit latus CIƆIƆCXLVII.

P. S. *D. D. Bartholinum* ex aſſe reſaluto, cujus animum vidi, nondum viſo corpore. Princeps mandat *Eſaiæ*, ut Roſtochio curet apportari viperas Fabricii Italicas pro Theriaca ſua, hasque cerevifia Roſtochiana ſubactas cogat in trochiſcos.

## *DCCCCXXXII.*

## D. HELWICUS DIETERICUS

### *D. Olao Wormio.*

EX literis tranſmiſſis & remiſſa capſula partim affectum tuum, quem magni æſtimo, partim abalienatum Regis animum, quem Deo commendo, cognovi. Princeps noſter interim bono me jubet eſſe animo, & ut ſe ad acidulas comiter, mandat, - - - *Cl. Bartholinum*, fama non ore notum, denuo meo nomine ſalutari peto, addita gratiarum actione pro tranſmiſſo *Unicornu* literato. Litem de merito Chriſti & mortui, & poſt mortem bene, imo optime, de noſtra æterna ſalute merentis, jam non facio meam, ſed Theologis noſtratibus decidendam

dendam linquo, qui toto triduo mortis inferni furias Chriſto victore oppreſſas ferunt. Princeps cum Principe Conjuge te clementiſſime ſalutat. Interim vellem, ut, te forte monitore, Rex ſubinde per Dn. Cancell. melius inſtrueretur de meo negotio, in quo valde invidi fuerunt, qui eum a me reddiderunt magis alienum. Principis & totius Regni ſalus verſatur in hoc cardine, a quo lubens abero & abberrabo, ſi hic erravi. Mihi unum & idem erit, ſive hic ſive alibi ſerviam. Interim bona conſcientia fretus, temnam omnes, qui diffidunt meæ fidei & fortunæ. Tu, ſi potes & vis, cauſam meam non taceas, ſi qui contra eam ſteterint. S. & V. Raptim Nikopiæ Falſtr. 1647 Cal. Mart.

## DCCCCXXXIII.

# OLAUS WORMIUS

## *D. Helvico Diethericò.*

*Nycopiam.*

TArde admodum ad nos rediit tabellarius, quem ad vos ablegavimus: Tuas enim, una cum Illuſtriſſ. Principis literis, Cal. Martii ſcriptas, hodie primulum, qui nonus eſt hujus menſis, exhibuit: quocirca reſponſi tarditaten & apud Illuſtriſſimum & apud Te excuſatam cupio. Ex quo redii, Maj. Regiam non vidi; alioqvin fortaſſe oblata fuiſſet occaſio de rebus tuis diſſerendi; aſt cum Cancellario fuſe egi, omniaque ea fide expoſui, qua ſvelim me meaque cures. Regis animum ex infauſto illo armamentarii incendio ſaucium, minus admiſiſſe de aliis ſermonem crediderim; Tibi alioquin, totique negotio alienum non offendi Dn. Cancellarium: Principis præſentiam multum hic poſſe putarim. In opportunius autem tempus cuncta ſuaſerim differenda. Ex litteris Principis vos ante abitum huc non venturos intelligo. Pharmacopœus noſter *Eſaias*, qui te ſalutat, Theriacam, in duodecuplo præparandam, in meum diſtulit adventum; me vero ubi convenit, ſuaſi differret in adventum Celſiſſ. Principis, qui procul dubio tam illuſtrem actum ſua præſentia [ ut olim Rex, ) eſſet condecoraturus, vosque ſic teſtes habiturus eſſet induſtriæ & fidelitatis. Meis monitis haud invitus paruit; ſed quoniam nobis de veſtra præſentia ſpes præciſa videatur, forſan examinis initium fiet die Jovis.

Vehementer lætor, noſtris conſiliis ſucceſſum tam felicem dari. Deus porro conatibus adſpiret! In Tartaro & Antimonio ego quoque tam pertinacis mali poſitam credo medelam. Ex juvantibus & lædentibus optimæ & certiſſimæ promuntur indicationes. Fomes mali ni tollatur, fruſtra laboramus. Deus iter veſtrum fortunet, ac ſalvum & incolumem optimum nobis reducat Principem. Salutat te officioſe noſter *Bartholinus*, qui ſperat ſe Theologos commoda explicatione haud offenſurum. Ni grave ſit, *M. Geſium* meo nomine officioſe ſaluta, ac indica parentes & amicos *Motzfeldii* pro affectu in filium benevolo maximas agere gratias, ſed minus conſultum ducere, ut ſtudiorum interrupto filo, peregrinationibus ſe adhuc dedat; quamvis ego hanc commoditatem non negligendam exiſtimem. Ne dubites, ſi quando tui aut apud optimates aut alias injecta fuerit mentio, quin ita functurus ſim amici officio, cauſamque tuam acturus, ut ſentias tuum ad quævis amici munia paratiſſimum Wormium. Hafn. a. d. IX. Martii 1647.

## *DCCCCXXXIV.*

# D. HELV. DIETERICUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

NEmpe, poſt neglecta principia, jam ſtamus, inſtar decurtatæ caniculæ Brettanæ. Scis, quid tibi coram ſæpius in aurem dixerim, Vir oculatiſſime. Quid juvant conſilia noſtra, operæ vacuæ, ſudores tantum non Anglici, apud eos, quibus, ceu ſurdis, narrata eſt & narratur toties repetita fabula? Quid faciemus Medici ſeniores, ſaniores, cordatiores, quando, ſpreta facie noſtra Hippocratica, pedes hypobuli imponuntur vertici noſtro, ita ut vertamur & feramur ad Antipodes? Non immerito ita exordiar Epiſtolam, quando indignam illam Principis pientiſſimi mortem tibi ſignificare debeo. Deducti nempe ſic ſeductique ſumus ad Acidulas Egranas, quæ mihi placuerunt nunquam. Et prorſus diſplicuit iter (ſi verum fatear,) omne, poſtquam crudelitas ultima adeo exercuit Magnum Patientem, ut vires ejus proſternerentur & inhabiles fierent ſuſtinendo viæ oneri,

'i, motusque difficultati. Tacere nihilominus & a literis ſniam mittendis abſtinere juſſus ſum, ne propoſitum impedire-iter. Hoc ſcil. modo coactus & præter voluntatem egi omnia. rid conſilii de Acidularum expertiſſimarum ſuſcipiendo uſu ante isculos annos dederim, non ignoras. Noſti, quot, quales, anti mihi antehac contradixerint, & quomodo ſat importuno maxime neglecto tempore, (cui alias, non ſecus ac viribus cribimus, quicquid poſſumus, Medici, ) quidam in meam rint ſententiam, ſed via prorſus aliena. Quid uterque no-am-præterita hyeme ſuaſerit, & quomodo Princeps ex eo ſa-re conſilio habuerit, compertum jam habes. Ab eo tempo-poſtquam ſepoſitum fuit remedii illud genus, & lapis omnis ram usque devolutus, oleum & operam perdidimus. Et n ante oculos non Principem, ſed Principis cadaver videmus. ı! Rem nihilominus Dei mente & manu immiſſa bonam! Fac, od Patronum & Amicum decet, & incluſas haud gravatim ı, Cancellario *Chriſtiano Thomæo* meo nomine trade. Ex iis te cognoſces plura. Si velitis me vobis fieri præſentiorem, eriemini plura, quæ calamo vix creduntur. Fiat vero ita, Regem inveniam non iratum, ſed clementiorem. Id tu ne-tii, in mei gratiam, cum Magno Cancellario, & per eum a-d Regium caput ages, ne quidquam, quod dedecori mihi ſit, eniat aut eventurum ſit adverſi. Ita S. & V. amoris & honoris ſtri commodo. Hamburgi a. d. IX. Junii CIƆIƆCXLVII.

## *DCCCCXXXV.*

# OLAUS WORMIUS

## *D. Helvico Dietherico.*

*mburgum.*

HEu quam triſtes literæ! quam infelix itineris veſtri exitus! Quanquam omnia tam antecedentia, quam concomitantia rum boni nobis ſpondere videbantur, ſpes tamen quem non tat inanis? ſic erat in fatis! Certe ſi ſana conſilia, ſi labores turni, ſi ſolicitudo anxia quidpiam obtinere potuiſſent, aliter cecidiſſet. Sed voluntati Divinæ quis reſiſtat? Dolemus ie & merito dolemus Optimi Principis caſum, de quo non

Dania ſolum tota, ſed & nos privatim multa nobis ſumus polliciti; aſt reliquis noſtris infortuniis, quibus indies affligimur, & hoc addendum erat. Utinam hic meta dolorum! Tuas literas Magnif. Dn. Cancellario, Otthoniam ad conventum publicum ituro, tradidi: legit, ſed non ſine lachrymis, licet cras integro octiduo anteverterit, triſte nuncium huc afferens Dn. *Below*, cum quo familiarius antea de ſingulis veſtrum iter ſpectantibus locutus eram. Ante abitum cum Sereniſſimo Rege, Fridricsburgi in amaro degente luctu, locutus non eſt Patronus noſter. Interim ex familiari tam modo, quam antea habito colloquio, intelligere nihil valui, quod aut in tui, aut ullius detrimentum vergere poſſit. De induſtria & fidelitate veſtra dubitat nemo; ſed non eſſe in Medico ſemper relevetur ut æger norunt omnes; præſertim cum Divinum & fatale quid urſerit. Acquieſcendum igitur voluntati Superum, cui etiam parere fas eſt. Cæterum de tuo deinceps tibi nil niſi quod candidum, quod ſincerum, velim polliceare Wormio. Vale, Amicorum optime. Hafn 9. Calend. Jul. 1647.

## *DCCCCXXXVI.*

## D. HELV. DIETERICUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

CUm nuper inter vos eſſem, & quidem, ob caſum itineris diurioris, lecto affixus, tua præſentia & alloquio deſtituerer, nil ibi magis fidum expertus ſum, præter fidam invidiam, virtutis & innocentiæ meæ pedisſequam. Cum qua, ceu ſedula noverca, ego jam labores meos, quibus inſtar cocti panis pene ſubactus ſum, ita diviſi, ut, dum iſta ſudat, ego, deterſa iniqua humiditate, exſiccare incipiam innocentiſſimos meos crines, &, quaſi excocta bis cocta maſſa, includar in hoc tribulationum furno, quem non niſi invidi artifices infortunio huic meo (ipſorum quidem mente) exſtruxerunt. Verum enim vero extremos ego hoſce livoris conatus, quibus me jam aſſueſeci, nil porro moror, in hoc mihi conſcius, quoties & quamdiu cum hoſte

hoſte iſto in arenam deſcendero, fore, ut ſubinde ſurgam victor. Et cum continua fere iſthac exercitatione haud ſecus aſſuefactus ſim invidiæ & mendaciis, etiam publicis, ferendis, quam aſſiduitate quotidiana & conſuetudine oculorum aſſueſcere ſolent animi, hoc unum inde experior, non nocere mihi tanta tela, nec ophthalmiam invidorum viſam, mihi creare lippitudinem. Qvare *Hippocrati* eo facilius credo, cui conſueta, non aſſuetis licet mala ſint, minus moleſta ſunt: imo tanto confidentius ego, cum Oratore, *ad Herenn.* *O virtutis*, exclamabo, *comes invidia, quæ Bonos inſequeris plerumque, atque adeo inſectaris!* At vix abeſt, quin ad Sextum aliquem Roſcium, vel in me ipſum eam, & cum eo, vel mecum ipſe, audiam, me vel illum quærentem: quei nempe incenſus Rex (ſed quem ignem non incendit Invidiæ flamma?) potuerit animum inducere, ut naturam (bonitatis & virtutis, quæ omnibus Magnatibus ingenita eſſe debet, non aliunde petita aut acquiſita,] ipſam vicerit, ut gratiam & amorem illum penitus inſitum ejecerit ex animo, ut denique Clementiſſimum Patrem ſe eſſe oblitus ſit? Sed quid quæram aut mirer, cum ſciam, naturæ humanæ vitio probitatem ſubjacere livori; hacque in difficultate me magna ſimul illa ſpe erigam, fore, ut honeſtiſſimum meum nomen, vel ſub te tuive ſimilibus teſtibus, nunquam tam male, ut rumor quidem ad nos tulit & vulgum quoque irritavit, ſit auditurum apud quosvis, quibus adhuc mica ſalis in corpore reſtat. Hoc nomine jam te, Vir Excellentiſſ. Patrone optime, adire volui, & per te incluſas ad Cancellarium Magnum deferre. Fac iterum, mi Amice, quod decet Virum Bonum, & noli pati, ut ego patiar injuſte. Deus ipſe hoc vidit, & reddidit mihi Electorem Brandenburgicum, cui in hoc itinere Spadano addixi novam meam fidem. Hinc, ni fallor, levabuntur mei invidi, qui neſcio quem lapidem de cœlo ruiturum metuerunt. Valeant jam iſti, & mihi fortunam meam reliquant, quam curabo, ut potero. Nil reſtat, quam ut a Rege veſtro, mihi præter morem & meritum irato, bona cum gratia dimittar: id unicum tu & Dominus Cancellarius, quem Patronum mihi ſemper, te pro me loquuturo, fore exiſtimo, facile impetrabitis, S. & in meum hoc commodum loquere, & Vale. Hamburgi d. 13. Novembr. 1647

DCCCCXXXVI.

## DCCCCXXXVII.

# OLAUS WORMIUS

## *D. Helvico Dietberico.*

*Hamburgum.*

EX quo Hafniæ fuiſti, nullas a te habui literas, quibus reſpondere potuerim. Quid hic urſeris, quid præſtiteris, cum me lateat, non erat quod ſcriberem. Ultimæ tuæ 30. Januarii datæ latuerunt aliquamdiu, ut video, Hafniæ, quod reditum meum indies præſtolaretur uxor. Eas cum ante triduum hic Fridericiburgi, (ubi in curanda valetudine infirmiore Sereniſſ. Regis noſtri occupor,) acceperim, cum ordinario tabellione reſpondendum tibi duxi, ne ſiniſtri quid de me ſuſpiceris. Magniſ. Dn. Cancellarium jam aliquot ſeptimanis non vidi, in Fioniam enim ivit res ſuas curaturus, & ante biduum rediiſſe ipſum Hafniam intellexi; ſed nondum hic fuit. Majeſtatem Regiam alieniorem a tua perſona fama accepi, ſed qua de cauſa, ignoro. Dimiſſionem ſi cupias, tuum erit per literas, ſi ita viſum, aut a Dn. Cancellario aut Prorege eam impetrare. Minor enim ego ſum, quam ut in hac cauſa quicquam præſtare valeam. Interim ſi quid honorifica tui mentione & commendatione efficere poſſim, officio amici non deero, nihilque mihi foret gratius, quam ſi præſenti & familiari tua converſatione frui daretur. Vale & ut hactenus, ita porro amare non deſine Tuum O. W. Fridericiburgi a. d. 18. Februar. 1648.

## DCCCCXXXVIII.

# D. HELV. DIETERICUS

## *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

EX heſternis tuis, quas amice deoſculatus ſum, antiquum illum tuum affectum ſatis cognovi. Mirari vero ſatis non potui, quo trivio aberraverint priſtinæ meæ, ne ædes tuas invenerint, aut uſurpaverint amiciſſimos tuos oculos. Non dubi-

taſſem, diu me voti mei factum eſſe compotem, ſi per tuas ma-
ns incluſæ, jam deperditæ, obtulerint deſiderium meum illi,
i a clavo veſtri Regni eſt, & cor Regis in manu habet. Huic,
ncellario nempe veſtro Magno, denuo hic per te oblatum cupio
eum votum, quod conſiſtit in clementi dimiſſione meæ per-
næ, & exſolutione reſidui ſalarii, ſi quod meritus ſum. Novi
is, te, præſtito Amici magni officio & dicto bono verbo, apud
n. Cancellarium multum valere. Si pro me nil velis aut poſ-
aliud, fac ſaltem, ut incluſæ tradantur in manus Viri Illuſtriſſ
ni, quocunque ille redierit & præſens ſit tempore. Ero &
i & Tibi gratus. Ex Saxonico Domino Legato, *Chriſtiano a*
*ſſe*, hoc habeo, ſervari apud te Fiſtulam ligneam, ni fallor,
æ puero cuidam intra fauces ab alio petulantiore intruſa, paul-
poſt ab iſto deglutita & tertio die per alvum reddita fuerit.
ribe caſum, ſi placet. Quamprimum invenero Araneum fic-
tum, quem ego ab exule Paſtore 1629. Darmſtadii, vi Me-
amenti alicujus, quod publicum videbis in *Epiſtolis Medicis de*
*batione Acidularum* per me antehac editis, expuli, mittam &
id, rarum, quod in homine reperiatur, animalculum, ſed tem-
ris tractu ad pedes fere conſumtum. Si mereor, fac me quo-
e certiorem de morbo Regis veſtri, ob falſum de eo in his lo-
ſparſum rumorem. Claudetur in viſceribus meis, ſi quid
de re mecum communicaveris. Ego præterita æſtate novam,
tiquam potius meam, conditionem denuo nactus ſum apud Se-
iſſ. Elect. Brandenb. eo vero modo, ut hic alam familiam, &
n niſi vocatus in aula illa ſerviam. Jam vale, & dignum me
rro æſtima, qui numerer inter tuos. Salutem imperties Col-
gis tuis amiciſſimis. Hamburgi a. d. XXVI. Febr. cIↃIↃcXLIII.

## *DCCCCXXXIX.*

# OLAUS WORMIUS

## *Helvico Dieterico.*

*mburgum.*

JAudeo, probe curatas fuiſſe meas. Tuas Magnifico Domino Cancellario in manus dedi. Turbato hoc rerum noſtrarum obitu Sereniſſimi Regis noſtri ſtatu, tuis votis reſpondere ſe non

non poſſe retulit, progreſſu tamen temporis omnem ſpondet favorem & benevolentiam. De me tibi cuncta pollicearis, quæ ab Amico proficiſci queunt. Affectum Sereniſſimi Regis noſtri quod attinet, cepit is menſe Octobri anorexia laborare cum dolore fixo ventriculi gravativo, ita ut parum aut nihil ferme comedere aut bibere potuerit; auxit malum dolor ab obitu Sereniſſ. Principis contractus; huic morbo curando adhibitus Medicus ordinarius, ſed ſemper in deterius res ceſſit. Die 10. Febr. Fridericsburgum, ubi Rex decumbebat, *Sperlingius* & ego. Vidimus vires collapſas & alvum ex debilitate Retentricis concitatiorem debito, de quo maxime conquerebatur Majeſt. Regia; brevi noſtro conſilio ſublatum hoc ſymptoma, ſed in corpore ſenili & jam plane marcido nihil etiam generoſiſſimis remediis obtinere potuimus. Tandem Eum huc commoditatis gratia deduximus, ubi in horto inter manus meas 28. Febr. inter 5. & 6. placidiſſime exſpiravit, cum die præcedenti ſacra uſus fuiſſet ſynaxi, & ſe totum ad abitum præparaſſet. De fiſtula quod narravit *Dominus de Loſſ*, res ita ſe habet, ſua manu, quam penes me habes, teſtante ipſo juvene, qui deglutivit: Juvenis quidam 17. annorum, ſupremæ claſſis Scholæ Coagienſis alumnus, Muſices Studioſus, natus Nycopiæ Falſtrorum, cum circa quintam veſpertinam fiſtula ante fores hoſpitis ſui cantaret, acceſſit alius ejus condiſcipulus, a quo fiſtulam mutuo acceperat, ſuam repetens; ille vero, adhuc aliquamdiu ejus uſum ſibi indulgeret, petiit, negabat hic, ille rurſus cantare in ea incepit, hic alapam illi inflicturus manum violenter & fiſtulæ & ori adeo admovit, ut in œſophagi profundum detruderetur fiſtula, non ſine ſangvinis profluvio. Læſus omni conatu eam evomere & manibus avellere tentavit, ſed fruſtra. Hic hæſit per horæ quadrantem, ac tandem ſenſim in ventriculum delabebatur, ubi in dextro latere dolores excitabat ingentes, ventriculi, ut credo, orificium lancinans, adeo ut præ dolore ſe lecto affigere coactus fuerit, ubi per tres integros dies nec dormire, nec comedere, nec bibere potuit. Nullis uſus remediis, tertio die circa quartam veſpertinam maximis cum doloribus per alvum eam excrevit integram, nulla ſui parte alteratam, ut apud me cernere datur. Excreta fiſtula, ſenſim remiſere dolores, ſed eo die nec edere nec bibere valuit, ſomno tamen mox oppreſſus fuit. Mane ſequentis diei juſculum ſumpſit, ſed non abſque dolore ob œſophagi exulcerationem. Senſim tandem convaluit, adhuc vivit,

&

andem frequentat ſcholam. Quod & ipſe & Scholæ Rector manu ſunt teſtati, Anno. 1647. 7. Aug. Fiſtulæ figuram & nitudinem rudi penicillo adumbratam hic habes. Vale. Hafn. Iart. 1648.

## DCCCCXL.

## D. HELV. DIETERICUS

### D. Olao Wormio.

*niam.*

TRiplici nomine mihi pergratæ fuerunt literæ Tuæ, Vir Excellentiſſ. eo, quod per te nunc compellaverim Illuſtriſſ. Cancellarium Magnum, eique deſiderium meum expoſue; nec non reſciverim veram cauſam morbi, quo, ingenti cum rore noſtro & turbatione rerum veſtratium, non ita pridem inctus eſt Rex, quem ſuſpexit & veſtra Dania & miratus eſt is alius; tandem quod & mirabilem hiſtoriam de deglutita ula Panica in puero Dano retuliſti. Ex tempore, quod redhim, nihil eſt ad manus niſi cor candidum & affectus ſincerus, e duo tibi in manus tradidi dudum, nec mutaturus ſum anis m, niſi quando Pardus mutabit maculas. Si libet porro mea communicare, quid vel ab obitu Regis, inprimis circa bon vel malam illam herbam, quæ crevit in *Wibekundis* veſtræ to, de qua mira hic ſparguntur; aut circa electionem futuri gis; vel rem Medicam acciderit, facies rem amico magno nam. Ego hic morabor, cum œconomia mea, donec vides elli hujus proceſſum & egreſſum: ſerviam vero Electori ndenb. non alio modo, quam quo Daniæ, ad tempus. Rem am tibi commendabo denuo, ut non tam ſis memor boni mei ninis, quam ejus, quod a Conſilii veſtri capite nuper petii. n credo Daniam, cui fidelis fui, me absque oleo aut opera dimittere velle. Hoc nomine nos Medici omnium eſſemus ſerrimi, & potius conſueremus neſcio quos calceos aut fibus, ſi a Regibus & Principibus nil impetrare aut piſcari poſſimus. fides, quæ de me ſparſa eſt, quaſi ita egerim, ut ingratiam ritus fuerim, falſiſſima eſt. Gratia Magnatum, quod in proverGermanico habemus, olet tempeſtatem Aprilis, & ut rara, ita libera eſt illa, nec vult aut poteſt cogi. Interim ſervitia

mea

mea manſerunt Capricornina,q. e. conſtantia, una cum animo fideli, conſtante, intrepido, injuriarum magnarum patiente. Et ſi quid mereor, merebor promiſſum & manu & ſigillo Regis & Principis firmatum ſalarium. Id ubi nactus fuero, ſentiet & domus tua gratitudinem meam certam: Tua enim opera vel maxime hic mihi opus eſſe video, ut non ſegnis ſis commendator meus apud Dn. Cancellarium, cujus ſolo impulſu omnia mihi adhuc cedere & cadere poſſunt pro nutu. Ego te venerabor & amabo perpetuum. S. & V. Vir Magne. Hamburgi a. d. X. Martii 1648.

## *DCCCCXLI.*

## OLAUS WORMIUS

### *M. Erico Tormio.*

*Hafniam.*

MUltis nominibus gratiſſimæ mihi tuæ fuerunt literæ; fili dilectiſſime. Nam non ſolum affectum tuum, longo uſu mihi abunde perſpectum, confirmarunt, ſed & de iis, quæ maxime ſcire geſtiebam, certiorem reddiderunt Verſor hic in aula, quo raro quid defertur, quod ad res amicorum privatas pertineat. Amore optimi Principis, in dubia hac valetudine a Medicis ſuis deſerti,abreptus, hic hæreo; nec quando ad vos redire conceſſum fuerit, ſcire valeo: nemo enim eorum, qui ipſi obligati ſunt, adhuc redierunt. Nefas arbitror,tantum Principem mea tantopere expetita præſentia defraudare, præſertim cum videam meas curas ipſi gratas, in afflicta adeo valetudine, in qua vix horam ſibi polliceri habeat, qua non aut hypochondriaco malo, aut vertigine, aut imbellicitate ventriculi, aut aliis gravioribus ſymptomatis infeſtetur. Malo me ipſum, quam publicum bonum in ipſo deſerere. Sæpicule petiit, ad Acidulas comitem me ut præberem; ſed valetudinem minus firmam, ætatem ingraveſcentem, familiam numeroſam, publicam functionem aliaque prætendi, quæ, ſpero, me excuſatum reddent. Quæ exantlatorum laborum futura ſit merces, videbo. Quæ narras, omnia jucundiſſima ſcitu mihi fuere: par pari rependere nequeo, cum hic nil niſi aulicos ritus & quotidiana clientum obſequia videam aut audiam.

Binas

ſinas a *Peyrerio* hic accepi literas, ſed nil niſi obitum *Principis Con*ei, & ad communia ſtudia pertinentia quædam, ferunt. Ex Itaia a *Vintimiglia* tractatulum Italicum. A *Nihuſio*, mihi incognio, Epiſtolam cum libello, *de cruce Chriſti*, noſtro *D. Th. Barthoino* mittendo. A Theologo quodam Lovanienſe, Hiberno, Epiſtolam apud Aquas Spadanas ſcriptam, qua de antiquitatibus quiusdam Hibernicis, quas in Dania exſtare putat, me ſolicitat, ſed rito, ut puto, conatu. Quo fine diſputaturus ſit *Angardius*, haiolari nequeo, proximis quæſo doce. *Motzfeldium* qua potes rte juva, rem omnibus feceris gratiſſimam. Deus vos omnes ervet, & lætis veſtris amplexibus ſalvum me reddat. Vale, fili avilſime, cum uxore tua & filio, cujus epiſtolæ mihi gratiſſimæ eſpondere non ſuperſederem, ſi tantum otii ab aulicis mihi ſupereſſet curis. Nycopiæ - - - 1647.

## DCCCCXLII.

# OLAUS WORMIUS

## *Henrico Cuſtero Juniori.*

*Nycopiam.*

NOn ſemel apud Magnificum Dn. Cancellarium mentionem feci rerum veſtrarum, atque de expetito *Vicariatu* monui; ed ille dudum in alios uſus translatum *Vicariatum* Parentis eſpondit, & literas *Exſpectantiæ* ( ut vocant ) nemini jam concei dixit; ſe nihilominus facturum in hac re, quod poſſibile. Neſcio, uid dicam; noſti ſeculi mores. Ni me majores habueritis inrceſſores, vereor, ne ſpes omnis decollet. E re veſtra futurum bitror, Dn. Epiſcopo ut ſcribatur, ſiquid ex Parentis beneficiis liqui, vobis ut mittatur, & ſciat, quo in cardine res veſtræ ibidem erſentur. *Georgius Roſacrantzius* in Cimbria, *Gersdorfius* in Scaa degit; huc ſi venerint, ac videro, ne dubites, quin partes veas ſedulo ſim acturus, utpote qui tibi tuisque ad quævis humaitatis officia ſim promptiſſimus. m. Mart. 1647.

## DCCCCXLIII.

## OLAUS WORMIUS

### *Henrico Cuſtero Filio.*

*Nycopiam.*

BInas iſtas, quas te ſcripſiſſe memoras, non accepi, nec vidi. Incluſas hiſce, quibus jam reſpondeo, ad Dn. Epiſcopum transmiſi, exſpectans indies reſponſum, quod meis ad te jungere decrevi. Sed cum nondum quicquam acceperim, hoc ſignificandum duxi. Ad nuptias filiæ D. *Plumii* exſpectatur, tum coram cum ipſo hac de re agam, ac ſiquid reſcivero indicabo. Tibi de ſtudiorum curſu quod ſuadeam, ignoro. Verum cum nullus in eo diſtrictu, ubi jam es, exiſtat, qui Medicinam exerceat, ſi quantum potes praxi ibidem te tradideris, forſan non erit abs re. Nec diſplicet conſilium de itinere Gallico. In ampla enim Pariſiorum urbe non deerit linguam callenti facultas praxin exercendi, & cum Viris doctiſſimis converſandi; ut non dicam nullibi, quod ſciam, occaſionem dari meliorem operationibus Chymicis vacandi, & ad illorum ſecreta penetrandi: quod ex multis inde ad nos venientibus intellexi. Tibi vero occaſio melior ſemper ſuggeret, quod optimum. Interea vale, & matrem cum tota familia ſaluta. Hafniæ 10. Julii 1647

## DCCCCXLIV.

## OLAUS WORMIUS

### *Henrico Cuſtero Juniori.*

*Nycopiam.*

AB Epiſcopo Lundenſi nihil adhuc habui, vobis deſtinatum; ſi quid accepero, actutum curabo, ut ad vos deferatur. Et tibi & D. *Naſio* lubentiſſime gratificarer in oſtreodermis, aſtachis & aliis mittendis, ſi eorum nobis jam eſſet copia, capiuntur tantum vernali tempore, tum D. V. colligam quædam, tibique mittam. In Muſeo enim non niſi unum cujusvis ſervo exemplum. Gratiſſimum mihi feceris, lapidem ex vitro factum ſi miſeris; alioquin

non

n inſolens, vitris lapides præſertim pretioſiores addita tinctura adam mentiri. Dum Venetiis degerem, quidam ex profeſſo aliud actitabat, & egregie naturam æmulari noverat, ac vili tio diſtrahebat. Modum invenies apud *Anſelmum Boëtium*. *La. lucifer* is idem eſt, quem *Poterius* deſcribit, ac easdem plane bet proprietates. Eſt mihi & crudus & præparatus, qui effœ. jam lucem amplius non attrahit. Vires enim ſuas ultra bien. m non retinet. Cochleas aſthmaticas ſi miſeris, rem feceris tiſſimam. De *Helmontio*, qui ab *Henrico ab Heer* Empiricus catur Bruxellenſis, quid dicam? Legi edita ejus opuſcula, ſed niſi verba, *Paracelſicam* evertendi principia Medica, longo uſu nprobata, inſaniam & calumnias invenio. Cum maxime s videri vult, diſſimulat media, quibus in medendo uſus eſt, ita ænigmatibus involvit, ut diſcenti nulli eſſe poſſit uſui. ror igitur, qui laudari poſſint ejus experimenta, cum nulla tradat, ut alii experiri eadem poſſint. Vide, ſi placet, effectum perimentorum ejus, apud *Henric. ab Heer in Obſervat. Medic.* i poſteriora prioribus clariora fuerint ac candidiora, neſcio cui i futura ſint Medicis. Tu autem proceribus Medicorum tot iorum ſeculis, me ſuaſore, adhæreſce, nec pœnitebit ſtudii. fn. 3. Octobr. 1647. *Moltkenio* transmiſſa probe ſunt curata.

## *DCCCCXLV.*

# OLAUS WORMIUS

## *Henrico Cuſtero.*

*ropiam.*

TArdius ad tuas reſpondeo; tum quod circa Sereniſſimam Majeſtatem ſingulis horis occupatus fuerim, cum adveni- t, tum quod Tanti Herois deceſſus animum ita perculerit, ut ſcribere, nec alias officii partes obire hactenus commode po- rim. Accedit, quod nulla ſe obtulerit hactenus commoditas, literas meas ad Te ablegare potuerim. Nunc cum caſu in- rim in hunc Egbertum mihi ante notum, non potui, quin , quicquid ſit, ei committerem. Gratias vero ago pro ſpecie e vitri in lapidem transmutati; res certe rara ac chara; ſi una idiſſet *Bautzmannus*, quid in Retorta tractaſſet, cauſas hujus

transmutationis felicius inveſtigaſſemus, & eſſet, de quo commentari poſſemus. Talia enim in commune conferre candidi eſt, & nominis immortalitatem ſecum ferre ſolet. Mitto Catalogi Muſei mei duo exempla; alterum ei cum officioſa ſalute meo nomine ut mittas, rogo. Si quo præterea noſtros conatus promovere velit, id non ſine memori & grata ſui memoria fiat. Vale. *D. Janum* meo nomine officioſe ſalutare haud negliges. Hafn. 12. Martii 1648.

## *DCCCCXLVI.*

## OLAUS WORMIUS
### *Henrico Cuſtero Juniori.*

*Nycopiam.*

QVæcunque hac æſtate colligere valui Oſtracodermata, transmitto, additis quibusdam turbinatis & conchyliis, quorum mihi in Muſeo copia fuit. Turbulenta & tempeſtuoſa præter ſolitum hujus anni facies. nec piſcium nec aliorum marinorum nobis ſuppeditavit copiam, quam exſpectare ſolemus. Interim, ut, quæ mitto, boni conſulas, rogo. Citius miſiſſem, ſi copia & occaſio permiſiſſet. Cum noſtra opera non amplius egeat Aula veſtra, etiam omnem curam noſtri & promiſſorum depoſuiſſe videtur. Hinc eſt, quod ad Vos ſcribendi tam crebra aut commoda non ſe offerat occaſio. Matrem & communes ibi amicos ubi ſalutaveris, valere Te jubeo. Hafn. 14. Aug. 1648.

## *DCCCCXLVII.*

## OLAUS WORMIUS
### *D. Henrico Cuſtero.*

*Halberſtadiam.*

QUæ per Juriſconſultum noſtrum *D. Müllerum* miſiſti, probe accepi, pro quibus gratias ut ago maximas, ita me Tibi vel hoc nomine obſtrictum fateor; talia enim fuerunt, quorum ante mihi non erat copia. Huic beneficio ſi alterum addideris, & quædam, quæ mihi circa transmiſſa occurrunt, dubia enodaveris,

veris, duplici nomine me obligabis. Elegans eſt antimonii vena, quam ante non vidi. Sed de *Helmontii Ludo* valde dubito, ſiquidem mihi ex Belgio transmiſſum ſilicis genus, in teſſeras parvas concretum, quo nomine *Ludum* vocari volunt, durum, ferrum reſpuens, coloris ad flavedinem tendentis, læve, quod pro *Ludo Helmontii* venditabatur. Et certe ſi *Ludus* e genere ſilicum eſt, quem miſiſti, ludus eſſe nequit; ſaxum enim molle eſt, quod cultro teri poteſt, nec ad ſilicis duritiem accedit. Qui filium *Helmontii* noverunt, hominem nullius eruditionis eſſe, ferunt, cui an tuto credendum, dubito. De nummis iſtis argenteis tenuibus etiam erudiri cupio, cujus nationis, & unde ad Te pervenerint. Ne mihi ſuccenſeas, rogo, moleſtiam quod creem. Quia Hiſtoriæ mei Muſei hæc inſerere decrevi non ſine Nominis tui honorifica mentione, eorum naturas mihi prius perſpectas, volo. *D. Mullerus* meminit cujusdam *terræ Sigillatæ Turcicæ* & *lapidis fiſſilis*, in quo ferrum & cryſtallus: quorum ſi Tibi ſit copia, fruſtulum mitte, rogo. Siquid penes me ſit, cujus tenearis deſiderio, prompte communicabo. Vale &, ut facis, me amare perge. Hafniæ, Calend. Octobris. 1653.

## *DCCCCXLVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Johanni Motzfeldio.*

*Dresdam.*

EFfari nequeo, quanto animi cum dolore literas tuas, ad fratrem datas, legerim. Nunciabant enim obitum Sereniſſimi ac optimi Principis noſtri, Domini mei clementiſſimi: Cujus jacturam non ſolum cum patria merito dolemus omnes, ſed & ego privatim ſummi mœroris cauſas habeo, tanto majores, quanto de ejus favore majora mihi pollicebar; Quanta enim me complexus fuerit familiaritate & gratia, ipſe teſtis eſſe poteris locuples, ut ſtatuam mihi, meis liberis totique familiæ Patronum indulgentem ac Dominum me jam amiſiſſe incomparabilem. Sed Divino acquieſcendum beneplacito, cui reſiſtere nemo mortalium unquam poteſt. Quas Witeberga ad parentem dediſti, recte accepit; non item, quas Guſtrovii ſcriptas refers. Nos cæterum bene vale-

 mus

mus omnes, &, niſi publicus prohibuiſſet luctus, jam in nuptiis M. *Bartholini*, quæ d. 21. Junii celebrabuntur, fuiſſemus. *D. Thomas Bartholinus* vicariam operam avo in Profeſſione Medica locabit, ſub ſpe primam vacantem Cathedram in Academia obtinendi. Alias in Academia nova nulla, præter novum Magnif. Rectorem *D. Scavenium*, qui ceremoniis valde lugubribus ſine omni pompa aut Muſica, loco conſueto, eſt inauguratus. Salutat te uxor mea & tota familia. Vale. Hafn. 18. Junii 1647.

## *DCCCCXLIX.*

## OLAUS WORMIUS

### *Johanni Motzfeldio,*

*Dresdam.*

ALteras jam a te, ex quo Dreſdam perveniſtis, accepi literas 2. Julii exaratas, quibus quod ſtatum veſtrum indicare volueris, gratum admodum mihi fuit. Et quamvis quod reſcribam, vix ſuppetat, nolui tamen hanc ad te ſcribendi commoditatem prætermittere, ut quam te diligam quamque rebus tuis bene cupiam, intelligas. Vivimus & valemus, *Dei* gratia, omnes, veſtrumque reditum exſpectamus, licet ante Octobrem vix futurum ajant. Non eſt, quod magnopere ſis ſolicitus de catalogo Theſauri Electoralis, nec M. *Geſium* hac de re fatiges; ſive obtineam, ſive non, mihi perinde erit, cum ſciam, inde meis rebus nihil acceſſurum. Incendio gravi tertia pars Roſchildiæ nuper conflagravit, ut vel hac de cauſa putem exſequias Sereniſſimi Principis hac noſtra in urbe celebrandas fore. Affines noſtri, *Schröderus* & *Schumacherus* hujus calamitatis non fuere immunes, quamvis mitius cum eis actum, quam cum aliis. Dum otio ibi indulgetis, te, quæ ſtudium ſacrum ſpectant, non neglecturum confido. Vale & M. *Geſium*, ac alios, ſi quos ibidem noſti noſtri nominis ſtudioſos, officioſe ſaluta. Hafniæ a. d. 28. Julii 1647.

DCCCCL.

## *DCCCCL.*

# OLAUS WORMIUS

## *Trebonio Jonæ.*

*Scalholtum.*

GRatiſſimæ tuæ mihi fuere, ornatiſſime *Treboni*, inprimis quod diu deſiderata & ab aliis exſpectata ſecum traxerint, Medicamentoſæ iſtius terræ Iſlandicæ & aquæ lapideſcentis ſpecimina. Pro quibus gratias ut ago maximas, ita, ſi quid ejus generis porro apud vos occurrat, mecum ut communices peto, quo Muſeum meum, non ſine nominis tui gloria, eo reddatur auctius. Maſſa illa ſpecies eſt aquæ lapideſcentis; arbitror enim & ex miſſis colligo, iſto fonte res in lapides non converti, ſed cruſta lapidea obduci, ex ſpiritu quodam lapidifico in iſtis aquis exiſtente. Ejus generis fontes in Germania quoque viſuntur variis in locis; & in ipſa hac Selandia tale quid nuper obſervavi. Non igitur credo Lanam fonti immiſſam in lapidem converſum iri, ſed aut totam maſſam ſimul, aut ſigillatim ſingulos pilos cruſtam lapideam contracturos. Ego ejusmodi Naturæ operibus me jam oblecto, cum ætas ingraveſcens & negotiorum moles ab Antiquitatibus aliisque ſtudiis ſeverioribus avocent. Gaudeo Dn. Epiſcopum curam ab aliis neglectam, patriæ monumenta eruendi, in ſe ſuſcepiſſe; quantum enim præſtare in hiſce valeat, abunde docent ea, quæ *M. Stephanio* communicavit. Optarem ipſe ederet meditata, ac diutius tanto bono Rempubl. literariam non defraudaret. Saluta officioſe meo nomine, atque in honeſtiſſimo propoſito ut ſtrenue pergat, hortare. Hafn. 19. Junii 1647.

## *DCCCCLI.*

# OLAUS WORMIUS

## *Trebonio Jonæ, Islando.*

QVod noſtri adhuc memor, affectum, quem coram non ſimplici vice declaraſti, ſerves illibatum, gratus agnoſco. Conatum vero Muſeum meum locupletandi exoſculor, quocirca ſi

& lapillos illos cryſtallinos & inſectum illud *Oſcabiorn*, & quicquid tandem occurrat, vobis forſan familiare, nobis vero rarum, communicaveris, rem feceris gratiſſimam, & me viciſſim in tua commoda, ubi potero, pronum ſemper invenies. Vale, &, ut cœpiſti, ama. 1649.

## *DCCCCLII.*

### Ex literis TREBONII JONÆ ad *D. Olaum Wormium.*

QVod ſidus illud Wormianum curſum obſervet conſvetum, abunde nobis Hyperborei gratulamur. Nam qnid mihi gratius accidere potuiſſet, Vir excellentiſſime, literis tuis, ipſa ſuavitate ſuavioribus, in anguſtiis præſertim & turbis conſtituto - - - - Mitto, cum jubeat Claritas Tua, *lapillos* iſtos rudes *cryſtallinos*, ſive cujuscunque fuerint generis, quod tam admirandam & raram experientiam haudquam effugiat. Nec non hiſce adjungo *urſulos duos marinos*, concharum potius, qnam inſecti referentes ſpecimen, licet diverſisſimam; qui inhærentes piſcium ſquamis ab hamiotis noſtratibus ſœpius e profundi mari extrahuntur. Skallholti Auſtralis Iſlandiæ 22. Julii 1649.

## *DCCCCLIII.*

### OLAUS WORMIUS *Trebonio Jonæ.*

*Skalholtum.*

LApidis iſtud genus, quod mihi miſiſti, gratiſſimum fuit, tum propter raritatem, tum propter pulcritudinem. Miſtum mihi videtur ex *Chalcedonio* & *Cryſtallo*, ita quidem, ut lapis alter alterum tegere & incruſtare mihi videatur. Ejus generis alia ſi occurrant, rogo, mei ſis memor. Inſectum illud marinum e pediculo

ılorum eſt genere, & a *Geſnero* ac *Marcgravio* deſcriptum, in raſilia etiam piſcibus majoribus infeſtum eſt. Si qua re tibi iciſſim gratificari valeam, promptum habebis, nec deſinam eos atus tuos Domino *Bulkio* commendare, quod dudum factum ıiſſet, niſi valetudo adverſa, quæ me adhuc urget, detinuiſſet, hinc eſt, quod brevioribus reſpondeam. Vale. Hafn. Cal. laji 1650.

## *DCCCCLIV.*

## Clariſſimo Viro

## *D. Olao Wormio.*

*[H]afniam.*

EXſpectatione ſerius, aurum, munus vel Principibus acceptum, tibi Principi Medicorum mitto, argumentum obſerntiæ meæ, cum benigna Natura vix ſinu ſuo purius aliquid fotat, aut utilius mortalibus ſubminiſtret. Hinc fit, ut quisque lud naturæ decus & beneficium appetat, malusque æque ac bous ejus deſiderio ardeat, & quod honeſtis artibus non poſſit, id attentare & aſſequi non vereatur. Huic malo, mi Wormi, ut ccurratur, non ſolum muniendæ ſunt tibi ædes, ſed ut feroculi ti a ſancto Muſarum limine arceantur, arma tibi etiam paranı. Et hic tibi tempeſtive ſubveniam: addo enim haſtam, ſi non alladis, certe, ut arbitror, Principis alicujus Indiæ Orientalis; quondam inſigne Majeſtatis, nunc vero propenſi mei in te anii monumentum. Sic *Aurum* & *Haſta* non inconcinne *Securitas* Emblema conſtituent, cui poterit dari lemma vel epigraphe: *c tuto ſplendeo.* Hæc luſimus, apud te præſertim, Vir ornatiſſie, qui omnia candide, & benigne, ut ſoles, interpretaris, quod ud rigidiorem Cenſorem non effudiſſemus.

Vides, Doctiſſime Vir, quam cumulaverim te donis. Ecuisne digniora olim Regibus Perſarum obtulit? Tuæ partes erunt fugere notam ingratæ mentis. Nec enim ego in illorum cenſu, ıi gratis omnia præſtare ſuperbe jactant. Ego novi benevolenam benevolentia ali; Volo ergo redhoſtimentum; quale tamen bi, Clariſſime Vir, Danicæ gentis ornamentum, in promtu e-t, utpote cui nihil in tota antiquitate invium, nihil tam retruſum

ſum & abſconditum, quod non arte & induſtria tua eruatur. Redde ergo & mihi annuli hujus genuinum uſum; Metallum tibi optimo omine ſervato; & probe mecum actum eſſe prædicabo. Ita calcar & ſtimulum mihi addes ad Muſeum tuum rarioribus elegantiis, quæ poſthac in manus meas inciderint, augendum, meque ad majora obſequia promptum efficies. Vale, Vir Clariſſime, cum tota familia, & me ama, qui

Tui ſum obſervantiſſimus

LAURENTIUS WLFELDT.

Reverendiſſ. Doctor *Laurentius Scavenius*, atque Conſultiſſimus Vir ſingularique doctrina ornatiſſimus *Fredericus Gynther* Reipubl. literariæ decora & lumina, mihi ex intimis, cum tota familia a me officioſisſime ſalutantur.

Hanc epiſtolam incomte, invenuſte, imo barbare propemodum ſcriptam mihi extorſere *Amor, Arma, Aurum*. Vive & vale. L. W. Dabam Harretzleffgaard 4. Auguſti 1647.

## *DCCCCLV.*

## OLAUS WORMIUS

*Laurentio Ulfeldio,*

Nobilitatis Fionicæ Anteſignano

S. P. D.

NIl niſi aurum atque amorem ubique ſpirans erudita Epiſtola, a tanto Viro exarata, non potuit non eſſe gratiſſima inprimis, cum eximiis, raris & præclaris prægnans donis liberalitatem Patroni oſtentet, cunctis prædicandam. Quis enim talibus non caperetur? Quis ad omnia grati animi munia ſe non obligatum viciſſim profiteretur? Jure itaque a me exigit Nobiliſſimus Dominus officiorum viciſſitudinem, ſed ei quod poſtulat haud ſcio an par ſim futurus; cum inventionis hiſtoria, loci temporiſque circumſtantiæ, quæ conjecturas dirigere & firmare aliquo modo poſſint, me porro deſtituant. Interim eximium aureumque illud

κειμήλιον

ιμήλιον dum quo referam accuratius expendo ac trutino, for
ımque diſpicio, aut ad Armillarum aut annulorum claſſem ſpe-
ıre mihi videtur; ita tamen, ut vetuſtatis ſplendorem præ ſe
:at ſummum. Inter Armillas ( de quibus nuper docte com-
entatus eſt D. *Thom. Bartholinus* noſter,)quo minus locem, ve-
at figura & magnitudo. Suppoſito namque ea, qua tranſmiſ-
m accepi, figura inventum, capacitas ſtrictior eſt, quam ut
cens nati infantis cingere poſſet brachium, quaternis ferme &
plicatis circumvolutionum ſpiris; latius quoque & grandius
paret idem, quam ut ſine incommodo & doloris ſenſu geſtari
infante aut virguncula teneræ ætatis valeat. Annulum igitur
iſſe autumo, Regium aut Viri in ſumma poteſtate ſiti, qui ſta-
:a duplo ſuperaverit, quales jam naſcuntur, homines. Pondere eſt
nunciæ, circumferentia $\frac{3}{4}$ unius quartæ ulnæ Sælandicæ, diame-
: $\frac{1}{5}$ unius quartæ: ex quibus colligere licet duplo hominem
ınc majorem fuiſſe mortalibus, qui nunc vivunt, & ad ulnas *6.*
:landicas circiter ſtatura perveniſſe. Quem una tertia ſupera-
rit is, cujus dentem caninum inter rara in Muſeo ſervo. Filum
reum, ex quo conſtat annulus, ubique duplicatum & in ſpiras
ntortum, utraque extremitate continuata convolutione con-
xum fuiſſe apparet, licet altera incuria tractantis rupta videa-
r; in quo totius artificii pars haud exigua ſita fuit. Ad ſum-
am, nil vulgare ſpirat, de quo evidentius teſtabuntur locus,
ıi inventus, adjuncta & circumſtantiæ reliquæ. Hoc ſine fine
ıaternis vicibus in ſe convolutum filum aureum, neſcio quid a-
oris æterni & ſine fine duraturi purique, illibati & aurei mihi
ılliceri videtur, qni haſta protectus Regia tutius adhuc ſplende-
t. At quas inveniam grates, dignas Nobiliſſimo meo Ulfeldio
ntis pro donis? cum aliud nequeam, affectus tam benevoli tan-
documenta inter pretioſiora Muſei mei recondam, usque dum
ejus Hiſtoria Ulfeldianum nomen eis præfixum legat Patronus
timus, quem Divinæ protectioni cum tota familia commendo,
que porro favore & benevolentia ſuum proſequatur Wormium,
ıec in votis habeo. Hafniæ 8. Auguſti 1647.

DCCCCLVI.

## DCCCCLVI.

# LAURENTIUS WLFELDT

## D. Olao Wormio.

*Hafniam.*

Literæ tuæ rubore ſimul & gaudio non mediocri me perfudere; Munus enim transmiſſum tibi acceptum fuiſſe, meque a te amari abunde teſtantur, & modeſte incuriæ ſimul arguunt. Si talis eſſem, qualem me animo tuo concepiſti, humanitatis tuæ uberrimum fructum reportares: Cum vero a me nihil proficiſci poſſit, quod vel exſpectationi tuæ reſpondeat, vel benevolentia tua dignum ſit, amorem ſæpius errare, vel te prodigum eſſe, neceſſe eſt fatearis. Sed cum te videam ſtatuiſſe, mecum tam liberaliter agere, eam amplector amicitiæ legem, qua interdum *velle* eſt *reddidiſſe*. Nullum igitur me officii genus prætermiſſurum, quo grati animi ſtudium oſtendam, ſancte promitto. Ad alterum caput Epiſtolæ tuæ quod attinet; tantum abeſt, Vir Celeberrime, ut negligentiæ meæ velum obtendam, ut potius ingenua oſcitantiæ meæ, in perquirenda annuli hiſtoria, confeſſione (cum emendationis ſpe ac voto,) utar, qua a te erroris veniam me facile impetraturum confido. Mihi enim id accidit, quod acerrimis ſolet Venatoribus, qui, fera capta, latebrarum, quibus condebatur, incurioſi, alio properant. Sed ut amicitiæ ſimul & antiquitati rite litetur, totam hiſtoriæ ſeriem anxie ſcrutabor, eamque optima fide tibi mittam, nihil, quod ad rem illuſtrandam ſpectet, deſiderari paſſurus. Interim gratulor nobis caſum tam præclarum munus obtuliſſe. Illud mihi liquido conſtat, eadem fuiſſe magnitudine & capacitate e gleba erutum, qua tibi traditus eſt: filum aureum continuum mirum in modum flexum corpus annuli conſtituebat, extremis partibus, non ſine myſterio, connexum; ſed incuria, ut recte divinaſti, tractantium, vel, ut certo perſpectum habeo, nimia curioſitate aurum explorantium, extremitati vis illata eſt. Quam injuriam defendiſſem, ſi me præſente attentatum fuiſſet facinus; niſi forte obſtitiſſet ſexus, qui Apollini plectrum & clauam Herculi excutere valet. Sed ut poſteritati conſtet, antiquitatem temere non violari, intempeſtivæ curioſitatis ſive petulantiæ veſtigia, quamdiu memoria vigebit,

r, pœnæ loco erunt. Interim, mi Wormi, fruere illo dono, ſto titulo, donec majora mittam Muſeo tuo ornamenta & ſinri mei affectus argumenta. Vale, Clariſſime Vir, cum tota milia, & illum amare perge, qui tibi eſt addictiſſimus

L. W.

Celeberrimis Viris, mihi ex intimis, Rev. Dn. D. *Scavenio* Conſultiſſimo Viro Dn. *Gynthero* mitto ſalutem. Miror me on reſalutari. Forſan decretum eſt illis, veterem conjunctionem rimere? quod tarde credam. Age renuncient mihi, laudabili ajorum more, amicitiam. Interea amicum colant. Vale.

Dabam Harredslöffgaard die 25. Septembr. 1647.

## *DCCCCLVII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Laurentio Ulfeldio.*

*arretzlöfgaard.*

Lteras tuas ubi vidi, effari nequeo, quanta exſultaverim læ titia, tum quod culpa neglecti me liberarunt officii, tum iod meas probe curatas ex iis intellexi. Nam non ita pridem hedulam E. T. manu exaratam tradidit quidam e veſtro famulis », quâ non ſolum de meo reſponſo, ſed & de bene curatis prio- ous veſtris dubitari videam; quod me in hunc usque diem ans um tenebat. Sed gaudeo omnia ſalva, mihique de tanto Pa- ono, quem literæ animique ſincerioris candor peperere, gratus r. Cæterum non eſt, quod E. T. quidquam a me datum affe- ui putet, cum ex eorum non ſim numero, qui palpum cuipiam otrudere & auribus aliquid dare didicerint; ſed mero & ſimplici ndore virtutem æſtimare, admirari eruditionem, humanitatem benevolentiam exoſculari, mihi ſemper cura fuit. Quæ cum nta in meo experiar *Ulfeldio*, quanta malim apud alios, quam ipſum deprædicare, id amori & debito velim adſcribatur, quod literis ſum effatus. Abſit vero ut aut oſcitantiæ aut negligen- e ullius ſuſpicio animum meum, in texenda præclari annuli nos i hiſtoria occupaverint; multa enim, quæ ad illuſtrationem

hujus

hujus negotii facere poſſent, reſervanda familiari colloquio, multa præſentiæ noſtræ exiſtimabam, quibus etiam compleri & abſolvi hiſtoria illa tandem poſſet. Haud ægrius igitur ut feras, inſcitiæ meæ prætenſum velum, amice contendo. Vis illa, annulo noſtro illata, ſive ſequioris ſexus curioſitati, ſive aliorum importunæ tractationi adſcribenda, facile, cum ex animo ſciendi avido profecta videatur, excuſatur. Sed mihi tam fauſtum, tamque prægnans fuit donum, ut mox alium ejusdem metalli in India elaboratum, & peculiari artificio chryſolithum nonnulloſque hyacinthos foventem, pepererint: de quo plura, ubi præſentia veſtra frui datum fuerit. Interea in tanta acquieſcens benevolentia, de fautore ſecurus, obſequium & officia offero paratiſſima, divinæque protectioni Ulfeldii mei conatus, totamque domum ſolicite commendo. Hafn. ipſis Calendis Octobr. 1647.

Feſtinantis internuncii ſedulitate factum, ut nec *Seavenio*, nec *Gunthero* aures vellicare & mandata tua exponere potuerim: alioquin non dubito, quin ſui quod eſt muneris, facturi fuiſſent. Fiet autem, me vade, brevi.

## *DCCCCLVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Johanni Frederico Sletzero,*

*Hamburgum.*

Literas tuas Flensburgi datas accepi, quibus petis *Catalogum Horti Regii*, & ut eorum, quibus Muſeum meum locupletatum eſt, transmittam. Ecce tibi utrumque. Sed non eſt, quod ea, quæ in illo exſtant catalogo, jam in horto exſpectes. Remotus enim eſt ab officio curaque Horti ejus olim Præfectus *Sperlingius*, & difficili rerum noſtrarum ob bellicos tumultus ſtatu, ceſſarunt ſumptus, quibus fovendus excolenduſque hortus erat. Si mihi viciſſim copiam utriusque catalogi rariorum plantarum, quos mihi hic monſtraſti, feceris, ac ſimul a quo & quibus mediis acquiri rara illa poſſint, indicaveris, rem mihi feceris gratiſſimam. Nec dubito, quin, ſi quid occurrat rari, quod Muſeo meo locupletando inſerviat, mei futurus ſis memor. Me viciſſim ad

quæ-

quævis officia habebis ſemper paratiſſimum. Hafn. 14. Sept. 1647.

*Inſcript.*

A Monſieur, Monſieur Jean Frederic Sletzer, Secretaire de ſon Alteſſe de Brandenbourg, a Hambourg.

## DCCCCLIX.

## ABSALON CHRISTOPHORI

*D. Olao Wormio*

### Cum felici novo anno ſalutem longe pluri-mam precatur.

TEmporis bene longum jam eſt intervallum, ex quo captæ cujusdam in ſtagno prope Frederichsburgum avis, raræ quidem his in oris, &, ut mea fert opinio, nemini ante hic viſæ, tibi vero tunc transmiſſæ, deſcriptionem mihi injunxiſti. Jam vero, variis hactenus impeditus, demum operi iſti expediundo me accingo. Genus quod attinet, eſt mergorum ſane ſpecies quædam certa, ipſa ejus natura ſatis arguente, quippe quæ quàm hujus generis reliquæ aves & diutius urinando ſpiritum continere poteſt, & penitius ulla alia ſe ſubmergit. Cui rei fidem facit venatorum, ſclopis ei inſidiantium, eluſa quam ſæpiſſime opera. Tanta enim celeritate ſe mergit, ut viſa prius pulveris exterioris flamma, glandem ipſam prævertat. Magnitudo domeſticis par anatibus; roſtro eſt adunco inque acutum deſinente. Capitis color griſeus; colli quoque ſuperior pars: inferior autem tota lactea, niſi quod ab utroque latere luteis quibusdam ſtriis ornetur. Pectus itidem, uti & inferior omnis pars corporis candida, exceptis pedibus, quos ad podicem nigricantes diſtortosque ita habet, ut inceſſui minime ſint. Super quibus lepidam & ſuperſtitioſo olim rudique vulgo creditam fabulam, referente quodam ruſtico, pæne puer audivi: Summum rerum opificem, quando hanc cum reliquis avem crearet, pedes ei addere fuiſſe oblitum;

viſo

viſo autem errore, (rem ridiculam) eos avolanti jactu quodam affixiſſe: atque ita ſitum hunc a primis ſpeciei progenitoribus in ſobolem ſpeciemque totam permanaſſe & perennaſſe. Tergum præterea in maſculis quidem colore variat, plerumque tamen fuſcum ſive luteum eſt, (qui etiam in fœmellis color eſt perpetuus.) Alas habet etiam luteas, ſed flaveſcentibus quibusdam maculis, quaſi ſtellulis pictas & diſtinctas. *Colymbum* gens latina, Norvegi autem Iſlandique patria lingua *Loom* appellant In cujus vocis genuinam ſignificationem atque ſenſum, quo dictæ avis indolem & naturam exprimit illuſtratque clarius, eo fuit inquirendum diligentius. Priſcam autem Norvegorum lingvam dum excutio, invenio illam, augeſcentibus cum externis ſingulos fere in annos commerciis, quadam velut labe & contagione ita infectam ſenſim corruptamque, ut raræ voces ſint, quas indies latius ſerpens lues hæc non infecerit. Iſlandi autem quo remotiore cœlo diſſiti ſunt a labe hac commerciorum, hoc cum linquarum pæne omnium, tum vel maxime vitæ innocentis & frugalitatis peſtem hanc ſenſere minus. Unde etiam factum, ut ſi qua alia Natio eſt, quæ vel de linguæ ſuæ vetuſtate & puritate, vel antiquitatis ſtudio & peritia gloriari poſſit, hæc profecto jure poſſit. Conſultis itaque Iſlandis interpretibus, geminas vocis Loom ſignificationes, alta jam a multis annis oblivione in Norvegia obrutas ac ſepultas didici. Ajunt enim voce hac & anxiam cujusque rei curam, & ſummam inſuper calliditatem denotari. Quod utrumque nomen huic avi peperiſſe tanto certe crediderim facilius, quanto plura & majora utriusque nobis præbeat argumenta. Hujus quidem, dum pedum ad inceſſum uſu deſtituta, nidum adeo prope aquam ſibi ſtruit, ut ex eo in vicinam aquam ſe devolvat facillime demittatque rurſumque nidum petitura, infixo terræ roſtro, quod aduncum habet, molem corporis ſublevet, defectumque ita pedum utcunque ſuppleat. Illius etiam non ſpernenda ſunt documenta: Quam enim ſit pro nido atque pullis ſuis anxia & ſollicita, exemplo erit, quod, quoties largiores imbres præſentiſcat, toties, ne torrentium repentina confluge intumeſcens ſtagnum, alluvione ſua nidum inveſteſque pullos inundet ac ſuffocet, metuit, huncque metum querula ſemper voce atque ejulatu teſtatur. Contra vero, cum futuram cœli ſerenitatem & clementiam præſagierit, lætis quaſi acclamationibus ſibi atque pullis ſuis gratulatur. Atque ex diverſa colymbi noſtri voci-

vociferatione, ruſtici noſtrates, diverſas cœli aërisque mutationes augurantur. Quando enim futuros nimbos querulo ſuo, *hui, hui, hui*, prædicit, dicunt vulgo; De verte Wâte raff, di Lvomin qvia ſan. E diverſo, cum ſerenitatis ſuo, *Karloa*, præconem agit, ajunt ruſtici: Wj ſær braatt Turre ſive Torre, dj Lvomin roopa Turkeraff. Sic enim piſcatores ejus vocem æmulantur, propterea quod voce hac ſudum illis, aeris qualitatem, paſſeribus marinis eorumque ſegmentis ſoli exponendis ſiccandisque aptam natam, pollicetur: id quod etiam Turckeroff Norvegis ſonat. Ova porro ſingulis annis terna vel quaterna parit; magnitudine anſerinis pæne paria, colorisque fere praſini, ſed maculis quibusdam ſparſa atque picta. Terna quidem communiter parit; quartum vero, niſi unum ei ſurreptum fuerit, nunquam addit. Cauſam hujus ternarii numeri (cum duos tantum excludat pullos,) adferunt hanc, quod unum quotannis ovum, tributi aut decimæ quaſi nomine, neſcio cui, in nido relinquere debeat: quod cum plurimis aliis avibus ipſi commune eſſe, receptiſſima in vulgum fert opinio. Eſſe autem hanc avem ex earum numero, quæ ſtatis anni vicibus in loca calidiora abeunt, exque iis ad nos redeunt, documento eſſe poteſt ejus non niſi ſub adultum prope ver ad nos appulſus, cui rei fidem adſtruit inveterata penitus ſimplicium animis ſuperſtitio. Creditum enim eſt plebeculæ, ſi quis jejunus nunciam reditus ejus vocem primum auribus hauſerit, eum, intra illius revolutionem anni, quodam propinquorum cognatorumve privandum eſſe. Quæ itidem de Cuculo longum tenuit ſuperſtitio. Ulterius modus, quo apud Norvegos Iſlandosque capiatur, nobis oſtendendus. Apud Norvegos quidem ſatis tutum ipſi eſt hoſpitium, quippe qui illius carnem aſpernantur, rati inſuper nefas eſſe (de ſtolido hoc vulgo intelligendum,] avem, olim ſanctam habitam, violare; ſaniores tamen emunctæque naris homines, vel ſclopis (quod tamen raro ſucceſſu fieri ſupra monui, ) eam petunt, vel retibus piſcatoriis forte involutam, caſu magis, quam ex inſtituto capiunt. Iſlandi autem, præter modo dictos modos, gemino eam aſtu circumveniunt. Vel enim binos ad ipſum nidi aditum palos humi defigunt, quibus intermedium quendam laqueum ita aptant, ut petitura nidum avis laqueo collum inſerat, inque certam venatoribus prædam cedat; vel ſtagnum anguſtiore

ſui parte, linea piſcatoria transmittunt, cujus extrema duo venatores, ad ſuum quisque ſtagni latus tenent, illaque ſummam aquæ ſuperficiem leviter ſtringentes, avem prænatantem pedetentim inſequuntur, quæ inſidias eluſura, crebris urinationibus profundum petit, ſed eisdem magis adhuc impeditur ſeque involvit. Illa enim ſe ſub aquis occultante, eo recta piſcatores, laqueum umbilico lineæ alligatum dirigunt, quo hauriendi aëris gratia avem emerſuram eſſe, præviæ in aqua ebullitiones monſtrant; atque ita capiti extra aquam exſerto laqueum induunt. Quæres, quem in uſum eam noſtri homines aucupentur? Carnem quidem minus in deliciis habent; exuvias autem, pectori capitique contra injurias hyemis muniendis, appetunt & conquirunt. Inſignem enim dictis corporis humani partibus, ob plumarum delicatam mollitiem ac denſitatem, operam præſtant. Capiti quidem tale ex iis faciunt tegmen, quali vulgus aulicorum plurimum utuntur, vulgus a Kabbuz ſua lingua vocat. Pectori fomentum longe ſaluberrimum præbet, adeo ut vel cygno, cujus apud ditiores exuviæ multo in pretio, nihil cedat. Hæc fere ſunt, quæ de memorata Ave, tuæ, Mecænas optime, humanitati, partim oculis meis uſurpata, partim fide digno aliorum relatu accepta, communicanda cenſui. Necdum vero, rudi adeo penicillo adumbratus Colymbus meus, evolare in conſpectum tuum ſuſtinuiſſet, niſi ex mandato tuo, mihi per Iſlandum tuum *Stephanum Olai* ſignificato, ejeciſſem. Tuæ humanitatis erit, venientem vultu benigno acceptare, quosque oculos tuos offendentes habeat nævos, faveris & benevolentiæ velo tegere. Bene & perquam longum vale, Lumen Patriæ præclariſſimum, meque in eorum, qui te colunt & obſervant, numerum opta, lege, ſuſcipe. E Muſeo Haſn. XIII. Calen. Februar. An. MDCXLVIII.

## *DCCCCLX.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Joëli Langlotio.*

*Gottorpium.*

EX litteris, quas mihi nuper ex Belgio ſcripſit M. *Eraſmus*

*Bartho*

*Bartholinus*, intellexi Te in aula Sereniſſ. Ducis Holſatiæ verſari commodaque frui conditione; de qua tibi gratulor & felicia quævis apprecor. Addidit præterea, Tibi eſſe ſecretum illud, cujus meminit *Quercetanus Hermet. Med. cap.* 23. quo ex cineribus philoſophicis, ſpirituales plantæ caloris vi, vivis coloribus & omnium partium lineamentis excitantur, ac promiſiſſe Te mihi, in veteris amicitiæ memoriam ac Muſei mei ornamentum, ſpecimen ejus miſſurum. Quocirca rogo, quanto poteris ocyus, promiſſis ſtes, & tanto me beneficio bees. Nihil erit in mea poteſtate, quo non viciſſim tibi gratificari allaborabo. Opportune certe veniet; ſiquidem mihi cum Amico docto lis eſt hac de re, poſſibilitatem negante. Sunt mihi quidem præparandi rationes ab amicis communicatæ; ſed non ſucceſſere iis, qui tentarunt, forſan vera enchiriſi deſtitutis. Nuper Pariſiis quidam fuit *Monſr. de Claves*, qui petentibus ultro multas ejus generis demonſtravit plantas; ut me monuit præter alios *Peyrerius*: Sed jam alio in Gallias commigravit, alioquin dudum ab eo ſpecimen habuiſſem. Si me amas, voti me compotem fac, & data commoditate reſcribe. Vale. Haſniæ 23. April. 1648.

## *DCCCCLXI.*

## OLAUS WORMIUS

### *D. Joëli Langlotio, Archiatro Principis Holſatiæ.*

Filium meum *Wilhelmum Wormium* Lugdunum Batavorum amandavi, ut cœptum Medicinæ ſtudium continuet, & Virorum Clariſſimorum favori ſe inſinuet. Quia vero per Holſatiam iturus erat, juſſi, Te meo nomine ut ſalutaret, atque has offerret, quo tuo adjutus patrocinio facultatem impetrare poſſit, Hortum Principis, Laboratorium & rariora Muſei perluſtrandi: utque gratior accedat, quia intellexi, Illuſtriſſimum Principem deſiderare exemplum animalis, quod quandoque in Norvegia e nubibus decidit, (cujus hiſtoriam nuper publici juris fecij) quod, mihi erat unicum, exhibendum conceſſi exemplum

plum, malui enim ipſe eo carere, quam ut Illuſtriſſimus Princeps deſiderio ſuo excideret. Rarum certe eſt animal, tum quod non qvovis anno decidat, tum quod ejus copia haberi vix poſſit; putredini enim valde eſt obnoxium, & excoriari ob pellis teneritudinem nequit. Jam a multis annis ejus copiam expetii, & per amicos mihi transmitti exoptavi, ſed voti compos fieri haud potui, antequam gener meus Epiſcopus Bergenſis ſummo ſtudio operam dediſſet, ut haberem. Tu ſi filio conſilio & auxilio adfueris, rem feceris gratiſſimam; mea viciſſim Tibi ſpondeo & polliceor officia. Vale, & fave. Hafn. 24. Maji, 1653.

## *DCCCCLXII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Joëli Langlotio.*

*Gottorpium.*

MUltum Tibi debeo, Vir Clariſſime, tum pro inſigni tua humanitate, qua filium meum *Wilhelmum*, dum apud Vos erat, proſecutus es, quam in literis ſuis ad me deprædicare ſatis haud potuit: (Tibi enim acceptum fert, quod non ſolum, quæ apud Vos rara ſunt, perluſtrare datum ſit, ſed etiam quod Sereniſſimi Principis alloquio gaviſus ſit, Ejusque benignitatis indicio ampliſſimo honorario dotatus,) tum pro gratiſſimis literis, quibus de variis & curioſis mecum agere haud ſis gravatus. Scripſit inter alia filius Hamburgo, deſiderare Optimum Principem nummum argenteum Caracallæ, ut & Conſtantini Magni. Argentei mihi non ſunt, ſed ærei, quos ſi cupit, data commoditate mittam. Meminit etiam permutationis rerum naturalium inter nos, in quem finem cum apud Vos Muſei mei catalogum eſſe putem, (vel ſi non ſit, ubi monueris, mittam) eum luſtrare poterit Dominus *Olearius*, ac ſi quid invenerit, quod expetatur, modo bis habeam, lubens mittam. Quod modum plantas e cineribus ſuſcitandi attinet, de eo multos differentes audivi, mihique ab amicis quidam ſunt communicati, qui multum diſcrepant ab eo, quem tradidiſti. *Phil. Mullerius* in *Miraculis Chymicis, lib. 4. cap. 4.* non improbabiliter

ter de eo diſſerit. Ante annos aliquot ab amico accepi rationem hanc; Integra planta jam florens cum radice & toto in tria reſolvitur principia, quæ depurata rurſum conjunguntur, & tam diu in vaſe Hermetice clauſo digeruntur, donec ſalina forma conſiſtant, & in phiala leni calore ſpirituali exhibeant integram plantam, ex qua hæc extracta; quod mihi probabilius videtur, quam ſi ex ſolo ſemine id fiat. Sed de diſcurſibus iſtis ſollicitus non adeo ſum, cum ſolum rem ipſam cupiam, ut de artis conſtet poſſibilitate; ſcis enim, haud paucos eſſe, qui negant, hoc fieri poſſe. Legi in *Curioſites innouies Gaffarella, p.* 101. Pariſiis fuiſſe quendam, qui petentibus id pro lubitu demonſtraret. Scripſi eo ad amicum doctum, mihi ſpecimen quovis pretio ut compararet; ſed reſpondit, rem quidem ita ſe habere, ſed Auctorem ſuſpectum ob monetam fraudulenter cuſam aufugiſſe, nec quenquam, ubi ſit, ſcire. Integer proceſſus, ſi experimentum facere lubet, tibi communicabitur. Quod de capillo Veneris refers, apud quendam legi, qui in Religionem Medici commentatus eſt. *Kircherus* ni fallor, eſt, qui habet, quique in arte Magnetica gloriatur, ſe rem ſcire, ſed tum nondum experimentum feciſſe. *Lapidis Malacenſis* præter *Tulpium* mentionem ex *Garcia* facit *Anshelmus Boëtius, lib.* 2. *cap.* 182. eum nunquam vidi, nec quiſquam apud nos eſt, qui habeat, unde ejus vires experiri non licuit. Diligenter in his ab impoſturis cavendum; adeo enim Judæi Luſitani & hunc Bezoardicos alios effingere norunt, ut non niſi difficulter veri a fucatis diſcerni queant. Pulvis iſte Febrifugus Americanus mihi plane ignotus, nec *Chifletii* de eo adhuc ad nos pervenit tractatus; occaſionem inquirendi quod mihi ſuppeditaveris, gratus agnoſco. Salutat te officioſe *Bartholinus* noſter, atque ea, quæ ad *Peqvettum* & *Hoffmannum* meditatus eſt, mittit, rogans, boni ut conſulas. Meo nomine ſaluta, quæſo, *Olearium*, cujus humanitatem & benevolentiam, ut & tuam, in literis ſuis ad me deprædicare ſatis non poteſt filius; utinam Viro Optimo viciſſim gratificandi daretur occaſio, me quidem promptum & gratum haberet. Celſiſſimo Principi Deus ex alto benedicat pro tanto honore filio exhibito; cum aliud nequeam, precibus meis Ejus incolumitatem ſummo Numini commendabo. Una mihi reſtat difficultas, quod, cum quo commode mittere aliquid poſſim, raro occurrat;

rat; ordinario enim tabellario quæ committuntur, nimis care ſolvuntur. Vale, &, ut facis, amare perge. Hafniæ 1653. m. Jul.

## DCCCCLXIII.

## OLAUS WORMIUS

### *Joëli Langlotio.*

*Gottorpium.*

CLariſſime *Langloti*. Probe ad me & *Bartholinum* delatæ ſunt literæ tuæ amiciſſimæ. Gaudeo, tibi curæ eſſe eximium illud arcanum plantas ſpirituali corpore reſuſcitandi. Certe ſiquid ſit in Chymia, quod operam meretur, hoc eſt. Tibi vero facultas jam eſt ampliſſima, ſub Celſiſſimi Principis auſpicio omnia tentandi, nec tibi deerunt requiſita, nec labor erit inutilis; quocirca in propoſito conſtanter perge; ſucceſſum ſpero felicem. Quia vero meum circa hanc rem quæris conſilium, dicam brevibus, quid velim. Cum tibi tres forſan vel plures ſint præparandi modi, ego omnes, modo probabiles, ut temporis compendium facerem, uno tempore in diverſis vaſis experirer. Unum tibi mitto, tanquam ſingulare arcanum, mihi ab Amico dudum communicatum, qui certe videtur rationi conſonus, ſed experiri non licuit; temporis enim multum & diligentiam ſingularem requirit. Nec adeo abſurdus, quem proponit *Mullerus* in *Miraculis Chymicis, pag. mihi* 88. Hic vaſa apta in promptu eſſe oportet. Nec neceſſum eſſe arbitror, ut plantæ, quæ in hunc uſum veniunt, præ cæteris ſale volatili balſamico abundent, cum non ſolum quæratur ſal volatile, quod levi arte acquiritur, quodque figura ſaltem plantam repræſentare poteſt, ſed tale quid, quod figuram, colores, flores, folia & omnia exhibeat, quæ vera planta in corpore ſpirituoſo. Talia enim fuiſſe illa, quæ *Quercetanus* vidit, ipſemet noſti. Quocirca cum jam floreant calendulæ, garyophyllus apud quoſdam, Otthonna, malva roſea, ſaponaria fl. helleborus niger forſan, &c. in his & ſimilibus experimentum fieri poſſet, quæ pro tua prudentia facile judicabis. *Catalogum Muſei* nuper a quodam meo diſcipulo editum mitto. Hiſtoriam (ut ſcribit filius) expetunt *Elzevirii*, atque, ſi tuto liceret, eo mitterem;

rem; jam enim ad umbilicum perduxi. Habent enim illi & chartam nitidam & typos pulchros, tum etiam multas iconum, (antea in *Marcgravio* & *de Laet* expreſſas) quas mea requirit hiſtoria. Adeſt præterea filius meus, qui dubia, ſiquæ occurrant, enodare novit. Scripſit nuper idem filius meus Domino *Oleario*; ego cum Hamburgenſi tabellario ad Vos literas miſi, neſcio, an recte curatæ. Incluſus iis erat Catalogus antiquitatum & novem millium Numiſmatum, quæ proſtant Neomagi in Bibliotheca jam defuncti *Schmetii*. Quod ſi nondum redierit *Olearius*, reſerari literæ poſſunt, ut Illuſtriſſimus Princeps Catalogum videat & legat. Magna nobis difficultas eſt in literis & aliis ad vos mittendis, ſiquidem ordinarius Hamburgenſis tabellarius Gottorpium non veniat. Hinc factum, quod tarde adeo literæ meæ ad Te ſint delatæ. Si rationem ſcias commode literas & alia ad vos mittendi, rogo, mihi indices. Forſan Illuſtriſſimus Princeps quendam hic apud nos habet, qui ejus res curet, quem ego nondum novi. Ne ceſſes conatus meos Illuſtriſſimo Principi commendare; Literatorum enim Mæcenatem ſummum eſſe experimur, & eo nomine immortalem ſibi gloriam vindicat. Tibi reſcribit D. *Bartholinus*, & officioſe ſalutat. Vale. Hafn. 17. Sept. 1653.

## *DCCCCLXIV.*

## OLAUS WORMIUS
### Viro Clariſſimo
### *Petro Gaſſendo.*

*Pariſios.*

SCripſit ad me non ita pridem amicus meus, grata familiaritate conjunctiſſimus, *Iſaacus Peyrerius*, te conſtituiſſe, vitam *Tychonis Brahei* noſtri conſcribere, & in honorem Tanti Viri apud vos edere, ut, ſiquid haberem, quod ad rem facere poſſet, communicarem. Addidit præterea chartam, in qua conſignata erant, quæ ſcire cuperes, ſimulque in amoris & benevolentiæ tuæ erga me teſtimonium, eruditum tuum *de Vita Epicuri* commentarium, quem licet nondum acceperim, tamen & pro benevolentia, affectu prolixo & munere gratias ut ago

maximas, ita optarem, me par pari reddere, & votis tuis ita poſſe reſpondere, ut non fruſtra Te meam operam expetiiſſe agnoſceres. Re cum amicis communicata, inprimis Mathematico noſtro *Frommio*, quem non pauca tenere ſcio, quæ huc ſpectent, quique & *Craigii* Scoti ſcriptum contra *Tychonem* & ejusdem una *Apologiam* ſervat, & junctim edere conſtituit, & de *Vita Tychonis* non ita pridem in publica panegyri orationem habuit elegantem, hoc obtinui, ut ipſe, tuam ambiens amicitiam & favorem, ſe ſcripturum, &, quæ ad rem facerent, communicaturum, ſpoponderit, a quo ea procul dubio habebis, quæ apud me deſiderantur. Quæcunque vero ego in hac temporis anguſtia corradere valui, hic addo, quæ in meliorem, rogo, interpreteris partem, eaque ex iis ſeligas, quæ propalanda ex uſu & honore *Tychonis* & Patriæ fore exiſtimas. Atque ut nihil prætermiſiſſe videar eorum, quæ expetis, ſingula tuæ chartæ momenta perſequar breviſſimis.

Qvo præciſe anno natus ſit *Tycho*, docet Scheda mea N. 6. & Oratio *Jeſſenii a Jeſſen*, anno nempe 1546. 15. Decembris, intra 9. & 10. matutinam, Knudſtrupii in Scania.

Fratres habuit *Georgium*, *Axelium*, *Stenonem*, *Canutum*, omnes magna in Patria auctoritate, & ex parte Senatores Regni; Sorores *Ingeram*, *Eliſabetham* & *Sophiam*, quarum hæc Aſtronomiæ non plane erat rudis, & in thematibus erigendis inprimis expedita. Reliquit hæc filium, Daniæ Senatorem, Inclytum Dominum *Tagonem Tot* de Erichsholm, Literatorum Fautorem ſummum, cui ego Monumentum Ströenſe dicavi; Vide N. 3.

Quando Vandesburgum appulerit, & quo nomine Uxor fuerit, oratione ſua docebit *Frommius*. Uxor vero Pragæ mortua dicitur.

Qui ex liberis illius mares, &c. docebit *Frommius*, vid. N. 6, N. 11. N. 18.

Quæ vera fuerit ejus penſitatio annua, ex N. 24. colliges. Ex Regni theſauro quædam dabantur. Præbendam Roeſchildiæ obtinuit, in Norvegia Monaſterii Munckelive reditus, aliaque de quibus certo jam non conſtat. Quamdiu hic manſit, illa omnia ipſi etiam a Rege *Chriſtiano IV.* piæ memoriæ conceſſa, quamdiu Magnates ſibi habuit faventes. N. 24. Neſcio, an alios, quam ex Knudſtrup habuerit reditus proprios. Non videtur.

etur. Roeſchildenſis Canonicatus vulgo præbenda Regum ocatur, cujus annui reditus mille Daleros imperiales æquant. J. 24. Onus nullum, præterquam quod Sacellum huic beeficio junctum, in quo Regum extant Mauſolea, a poſſeſſore ırtum conſervandum ſit tectum. Jam ordinarie Cancellario egis confertur.

*De* cauſa diſceſſus, vid. N. 8. 21. 24. diſceſſit autem ano a Te notato, nempe 1597. non invito Rege, cujus ſcitu etiam rgana aſportavit, nullo Regio aut Rantzoviano navigio uſus. Iihil reliquit in Huena Inſtrumentorum, vid. N. 18. Inſula oſt abitum ſemper in feudum data Nobili cuidam ſive Viro ve fœminæ, in qua jam campus, ubi Uraniburgum ſtetit. A Iobili quadam vidua feudi titulo hodie tenetur.

Quo tempore ad *Rantzovium* acceſſerit, &c. diem & annum teræ, quas mitto, docebunt. Wandesburgi eum fuiſſe appaet in Aprili Anni 98. vid. N. 13. Inde diſceſſit Witebergam, bi commoratus fuit adhuc ultimo die ejusdem anni, & 11. Jan. 559. ut vides, N. 14. 15. Hinc ad *Rudolphum* Imperatorem onceſſit, evocatus, N. 14. Eum Pragæ invenit, ubi in ædius Curtianis aliquamdiu ſubſtitit. N. 16, 24. Prius fuit Prace; quamdiu, collige ex N. 18. Benaticæ quis ſitus & conditio. I. 17.

Incidit in morbum 13. Octobris, obiit autem 24. Octob. nno 1601. ut patet ex Oratione funebri a *Jeſſenio* habita, & N. 3. Sepultus Pragæ in templo veteris urbis primario, 4. Noembris ritu equeſtri honorificentiſſime.

Funebris oratio habita a *Jeſſenio a Jeſſen*, quæ exeuſa ragæ typis *Georgii Nigrini* anno 1601. haberi vix poteſt. Si ud nos venalis eſſet, mitterem; unicum ſaltem ejus exemplum ud amicum vidi. De tumulo & Epitaphio nil habeo præter logia multa. Orationi *Jeſſenii* adjunctum carmen prolixum *ohannis Kepleri* & *Pauli Jani Coldingii* Cimbri, qui *Tychoni* orienti adſtitit, cujus quædam vides N. 24.

Mortuo *Tychone*, organa omnia Pragam ſunt translata & ſervata in ædibus Curtianis, ubi militum ſævitia occupata a ılatinis, urbe diſtracta & deſtructa. Sed Globus antea Jeſui; in Collegio Nieſſano dono datus. Nieſſa autem Sileſiæ eſt on ignobilis urbs, ad Niſſam fluvium ſita, ſede Epiſcopali

clara, vide mappam Sileſiæ. Quo tempore Princeps Uldaricus eam ceperit, vide N. 4.

De Obſervationibus nil habeo, niſi quod Pragæ adhuc apud Virum doctum extare ajunt; ſed de iis forſan fuſius *Frommius*.

*Synopſin Obſervationum*, cujus mentionem facis, inter ſchedas *Longomontani* invenire non potuimus; credo non aliam fuiſſe, quam quæ in ejus *Aſtronomia* conſpicitur.

De *Epiſtolis* & aliis, quæ *Frommius* tenet, ipſe reſponſurus eſt.

Denique ut petitioni, quantum in me eſt, ſatisfaciam, & catalogum Studioſorum & alia, quæ in ſchedis habeo, mitto, nulla re diſſimulata, idque ut certius tibi conſtet, ecce addo hæc ludicra, (quamvis indigna, quæ referantur,) quia ita jubes: Varias fovebat *Tycho* opiniones, quæ vulgo *paradoxa Tychonis* vocabantur, ſecundum quas ſe componere ſolebat; ut exempli gratia, ſi mane e domo egredienti vetula primo occurrebat, mali ominis eſſe putabat, & regrediebatur. Pedem ſiniſtrum ſiquis primo inferebat conclavi, in quo erat, minus id fauſtum reputabat. Infinita ferme fuere ejus generis. Solebat Uraniburgi habere fatuum quendam *Jep* nomine, qui, cum prandebat aut cœnabat *Tycho*, pedibus ejus aſſidebat, aſſidue aliquid garriens. Huic ex orbe ſuo cibum porrigebat, & quandoque de variis animi gratia conſulebat. Cum coloni in Hvena refractarios ſe præbuiſſent *Tychoni*, ita ut ſeverius in ipſos animadvertere ſtatuiſſet, quærebat ex *Jeppo* ſuo, quid faciendum. Reſpondit: convoca ipſos, & ad ſatietatem cerevisia imple. At *Tycho*: quid? anne ſceleſtos iſtos, pœnæ loco, præmio afficiam? Neceſſe eſt, ut facias, regeſſit fatuus. Ac ſi conſilio huic obtemperaſſet *Tycho*, res melius cecidiſſent. Dum de obviis garriebat, quicquid in buccam venerat, ſæpe ſeria & momentoſa iis immiſcebat, quocirca ipſius deliria attente obſervare ſolebat non *Tycho* ſolum, ſed adſtantes alii. Quodam tempore cum peregre abeſſet Herus, ejusque reditum non exſpectarent diſcipuli, cœpere licentioſius genio indulgere, cumque jam præſente hoc fatuo ad ſummum deventum eſſet, inter reliqua exclamare cœpit: Dominus adeſt. Quod animadvertens unus, turrim ſpeculatum aſcendit, ac vidit *Tychonem* ſcapha littori appropinquantem, unde ſubito deſcendens reliquos

mo

onuit, qui, relictis potationibus, ſubito ad ſua ſinguli ſe ontulere penſa. Si quis in Inſula ægrotaret, ac ex *Jeppone* oc, an moriturus eſſet, quærerent, directe reſpondit victurum at moriturum, nec unquam ipſum fefellit prædictio. Quod on ſimplici vice a Domino *Longomontano* auribus meis hauſi. ed nugarum ſatis. Ignoſce, rogo, & gratificandi ſtudium bo- i conſule. Multa de *Vita Peireſcii* a te conſcripta ab amicis cepi, ſed videre nunquam licuit, ac doleo ad nos talia non eferri. Si quid præterea ſit, quo conatus tam laudabiles romovere valeam, mone, & promptum invenies. Interim ublico nomine gratias ago maximas, quod hoc honoris Civi oſtro exhibere volueris, tuoque calculo ejus ſtudia orbi lite- ito commendare. Quin amicis hic in Dania rem gratam, omnibus, qui ſe ejus oblectantur laboribus, cujuscunque nt nationis, acceptam ſis præſtiturus, nullus dubitabis. Va- tudinem Tibi precor firmam, (quam ex literis *Peyrerii* lubri- um intellexi) ut Divinis ingenii monumentis publico bono prod- ſe diu poſſis. Anno 1648. m. Majo.

## *DCCCCLXV.*

# OLAUS WORMIUS

## *Petro Gaſſendo.*

*Pariſios.*

QVantum lætitiæ tuæ mihi attulerint, quod ex iis intellexe- rim, te vivere, valere & in *Tychonis* noſtri vita conſi- nanda ſtrenue pergere, effari nequeo. Ego quidem Divina ratia, licet cum variis conflictatus affectibus, utcunque ſenio curis fractus, valeo, Tibi ad quævis amici paratus officia. nte annum obiit *Frommius* noſter. Nihil nos de *Keplero*, neditante aliquid de *Tychone* noſtro, hactenus percepimus, nec redo, eum tot habere documenta, quibus Tu inſtructus; uocirca recte facis, quod a propoſito Te abſtrahi non patiaris; t enim ſcio, quod, qui aliquid poſt Te hac de re ſcribere ten- et, poſt Homerum Iliada condat. Teſtis eſt tuus *Peireſcius*, ui in Belgio jam recuſus, teſtis *Epicurus*, tum alia præclara genii tui monumenta. Me quod attinet, ex eo quo ad Te ſcripſi,

ſcripſi, nihil peculiare in hoc genere expiſcari potui, præter Epiſtolam quandam ad Imperatorem *Rudolphum*, qua ei detegit inventum ſuum contra peſtem & morbos malignos, quam publici juris fecit *D. Caſparus Bartholinus*. Ego, ſi forte antea non videris, deſcribi curavi, & hic mitto. Credo, hanc ipſam epiſtolam illud propalare, de quo Tecum locutus eſt olim *Dn. Retzius*. Nam hoc Medicamentum nobis familiare eſt, & in pharmacopoliis noſtris venditur titulo *Elixir Tychonis*. Ego creberrime in morbis uſus ſum, magno ſucceſſu; ſudorem potenter movet, & malignitati reſiſtit. De ejus ungvento nunquam quicquam fando audivi. Dominus *Petrus Retzius*, jam Theſaurarius Regius, ejusque frater *Georgius*, Secretarius, domi non ſunt, nec ante dies quatuordecim hic exſpectantur, alioquin cum iis egiſſem hac de re, ac literas tuas legendas dediſſem; ſunt enim amici mei ſingulares. Quia vero feſtinato opus eſſe ex tuis intelligo, nolui in illorum adventum reſponſum ad tuas differre. Ubi redierint, ſiquid habuerint peculiare, faciam Te certiorem. Quia vero tam ſubito deſcribi oratio Jeſſenii non potuit, cum poſſeſſore egi, mihi ut concederet, promittens ipſi viciſſim vitam *Tychonis* a Te deſcriptam, & eandem hanc orationem Pariſinis typis nitidioribus editam. Cape igitur, & tuis uſibus accommoda. Neſcio, an Tibi ſcripſerim de Fatuo quodam, quem Uraniburgi alebat Dominus Tycho, Jeppe nomine, qui ipſi valde fuit in delitiis. Pranſurus ad pedes hunc habebat diſcumbentem, cui ex ſua quadra delicatiores cibos offerebat. Aſſidue multa garriebat ridicula male cohærentia & quandoque quædam majoris momenti. Quocirca ejus garritus curioſius obſervabat, & quandoque ex iis eliciebat, quæ ad rem facerent. Referam, quæ de eo ex ore *Longomontani*, p. m. qui tum cum *Tychone* Uraniburgi degebat, ſæpius audivi. Abiit *Tycho* Hafniam, nec reditus ejus tam ſubitus exſpectabatur; Cœperunt Studioſi, quos alebat in Uraniburgo, hilarius genio indulgere, quibus aderat hic fatuus, qui inter reliquos garritus ex improviſo exclamare cœpit: *Juncker paa Landet*, Dominus Tycho appulit. Illi ſcientes, ipſum vera quandoque prædicare, quendam ad obſervatorium ablegabant exploratum, qui rediens retulit, vera dixiſſe fatuum, unde ad ſua ſinguli dilapſi, *Jeppo* gratias egere. Quod ſi ipſius prædictionibus fidem non habuiſſent, *Tycho* ex improviſo eos

omnes

anes talia tractantes offendiſſet. Retulit præterea, quod, ſi is in familia ægrotaret, atque id huic indicaret, perquirens; moriturus eſſet, vera ſemper reſponſa dederit. Amandat Tycho duos ex ſuis diſcipulis Hafniam, negotia quædam curaturos. Interim prandente Tychone hic idem inter reliqua clamare cœpit: Ecce, ut tui jam ſe in mare lavent. Tycho, ic audito, ſuſpicabatur, quod res erat, ablegatos naufragium ſſos eſſe, juſſitque, ut ad obſervatorium ſe conferret quiſpin, viſurus, an in mari ſcapham cum ſuis videret, qui redis retulit, ſe vidiſſe eos madidos & male diſpoſitos in littore nſiſtere, ſcapham vero, qua vehebantur, ſubverſam. Plura us generis, quibus ipſe interfuit, narrare ſolitus erat Collega e meus amiciſſimus. Sed an hæc digna relatu ſint, tute meis judicaveris. Saluta, quæſo, meo nomine officioſe D. *tinum*, cujus ignotus amorem & benevolentiam toto pectore oſculor. Vale, & bono publico diu vige. Hafn. 30. Sept. 653.

## *DCCCCLXVI.*

# OLAUS WORMIUS

## *Petro Gaſſendo.*

*riſios.*

UT primum redux nobis factus eſt Nobiliſſimus *Retzius*, Quæſtor Regius, ipſum conveni, literas tuas oſtendi, & pharmaco Tychoniano percontatus ſum. Is vero pro humaitate tua & affectu candido gratias egit magnas, & conatus ios ſummopere commendavit, retulit autem, ſe non aliud inllexiſſe quam illud *Elixir*, cujus deſcriptionem habes in Epiſto ad Imperatorem *Rudolphum*, quam Tibi nuper cum Oratio *Jeſſenii* miſi; ſpero, Te jam omnia rite accepiſſe. Inter etera, quæ cum ipſo locutus ſum, mihi in mentem revocavit uædam alia medicamenta Tychonica, quæ *Henrico Ramtzovio* ro-Duci Cimbriæ communicavit *Tycho* noſter, quorum cum ihi magna ſit copia, *Retzii* noſtri inſtinctu mitto, quamvis alde dubitem, an mature ſatis ad Te ſit deventura, ſiquidem m Typographos in *Vita Tychonis* imprimenda ſuo defunctos eſſe

eſſe officio exiſtimem. Tui erit arbitrii vel ſupprimere, ſiquidem pro arcanis hactenus hæc habita ſint. Publici boni ſtudioſus non potui non, licet ſero, communicare. Clariſſimum *Patinum*, rogo, officioſe ſalutes, qui non deſinit mei in literis ad *Bartholinum* mentionem facere. Vale, & bono publico diu vige. Hafn. 22. Octobr. 1653.

## *DCCCCLXVII.*

# OLAUS WORMIUS
## *M. Brynolpho Svenonio,*
## Epiſcopo Skalholtenſi in Islandia.

Literas tuas ſimulque ea, quæ de ſtatu Iſlandiæ conſignaſti & transmiſiſti, mihi oſtendit Nobiliſſimus Secretarius Regius, *Otto Kragius*, ſed quia adeo occupatus jam eſt in opere Electionis Regis Novi, Tibi reſpondere hac vice ut nequeat, petiit, ſuas vices explere ut vellem; quod etiam lubentiſſime, tum propter mandantis authoritatem, tum propter veterem noſtram amicitiam, in me ſuſcepi. Gratias igitur agit pro navata opera, ſimulque ſibi valde placuit in eo, quod de *Conjectaneis* tuis *in Præfationem Saxonis Grammatici* refers; rogatque, ut ea, quanto ocyus poſſis, luci donare velis. Non ſibi ſolum, ſed & toti Patriæ rem Te facturum gratiſſimam, non eſt, quod dubites. De Typographia quæ ſcribis, ſe hac vice, qua Rege deſtituimur, nihil efficere potuiſſe dixit, ſed, ſi in præjudicium Collegæ tui Domini *Thorlacii* (vel contra privilegia ipſi de Typographia clementer indulta) non ſit, ſe ſequenti anno facturum, quod poſſibile, ſpopondit. Cæterum cum mihi conſtitutum ſit, *Literaturam Runicam* auctam & reviſam edere, rogo, ſiquid habeas, quod ad hanc rem faciat, mecum communices, id non ſine honorifica nominis tui mentione futurum ſpondeo. In *Catalogo Scaldrorum* ad calcem addito, quem ipſe olim mihi explicaſti, extant nomina Svecorum quorundam, *Eiſteni Sancti*, *Biornonis ad Havge*, *Erici Teſelif*, *Sturbiorni fortis*, *Jonæ Baronis Sverkerif*, *Soni Baronis Ivari fil. Caroli Baronis Sonæ fil.* Quos in eorum hiſtoriis cum non inveniam, qui & quales hi fuerunt, rogo, me doceas. Me ad offi-

cia

a ſemper viciſſim habebis paratiſſimum. Vale. Hafn. 8. aji, 1648.

## DCCCCLXVIII.

## BRYNOLFUS SVENONIUS
Clariſſimo Viro
*D. Olao Wormio*
Salutem.

NOn illud ingrati animi vitium, non beneficiorum oblivio, non denique locorum temporumque intervalla effecerunt, : tibi ſcribendi cupidiſſimus, non tamen ſcripſerim, ſed vere ındia quædam præpoſtera pudorque ruſticanus, quam opinor ισωπίαν Græci appellant, hactenus interceſſit, ac in tuam rtutem plusquam dici poteſt effuſum ſufflaminavit:

Videbam te in monumentis tuis aureolis mei nominis men- onem honeſtiſſimam plusquam merebar injeciſſe, deprehende- ım epiſtolas diſcipulorum tuorum mihi familiarium huma- iſſima ſalutatione clauſiſſe, verum ne ſic quidem a morbis il- s inolitis impetrare, an extorquere potui, ut ſilentium rum- erem: Adeo labor & opus eſt naturam excutere. Quod, te uæſo, admiſſum, qua polles humanitate, condona. Contra unc vero poſteaquam tua epiſtola ſvaviſſima humaniſſimaque tinacula manus & calami præcidit, verendum omnino erit, e quam hactenus mutus fui, tam porro loquacem, & auda- ılum me præſtem, quod tamen fiducia humanitatis virtutisque ıæ factum velim, confidentia nolim. Præſtat igitur hoc vitium, æfatione veniæ pacisque tuæ occupare, qua nunc in anteceſſ- ım cautum ſit.

Non tam quod Lybicis verritur areis, mihi charum erat, uam epiſtola illa, qua me beaſti, Vir Clariſſime, aureola, per n. *Stephanum Olavium* noſtrum illum allata, amaracinum redo- ns, gratiæ, fidei, humanitatis illius priſcæ, virtutum denique mnium. Gratulabar mihi gratia tua nondum excidiſſe, gra- ılabar de ſpe in colloquium admittendi mei. Vincit gratiam omnem

omnem adulta Virtus tua, quam animi conſtantiam firmumque pectus appellamus. Gratias tamen ago atque habeo, quas mente concipere poſſum maximas, non tantum pro hac epiſtola politiſſima, eruditiſſima, humaniſſima, verum etiam pro priſcis illis beneficiis tuis, quibus me ſæpius auxiſti, cumulaſtique. Tu pars bona illorum Virorum eruditiſſimorum optimorumque fueras, qui me rudem, impolitum, inficetum erudiendum, poliendum, informandum ſuſceperunt: Tu prælectionibus doctiſſimis prima Phyſicæ ſcientiæ, Medicæ artis fundamenta jeciſti, tu errores juveniles Rector Magnificus aliquando, & ſæpius Profeſſor Ordinarius, affectu plane paterno, tanquam vulnus obduxiſti, tu corporis valetudine laboranti conſilio artis, qua polles, gratuito ſuccurriſti. Hæc talia tantaque beneficia, gratam nominis *Wormiani* memoriam ex hoc pectore nunquam obliterabunt. Nam publica merita, quibus fugitivum Septentrionem in Septentrionem reduxiſti, ſcriptis immortalitate digniſſimis prædicabunt felicius alii: Illud hic ſaltem addam, quod ſera poſteritas tuorum laborum immortalium nunquam obliviſcatur: inter alios ego fateor, ſiquid in iſtis rebus profeci, quod equidem exiguum eſſe fateor, quantulumcunque tamen hoc eſt, tuis laboribus & induſtriæ debeo, qui me ſomno communi ſepultum, ad inquirendum priſcos antiqui Septentrionis ritus excitaſti, qua ſcriptis, qua exemplo. Abſque te foret, æternum in domeſticis rebus peregrini erraremus. Tu igitur, Patriæ noſtræ Pater, antiquitatis aſſertor, Septentrionis vindex unicus jure merito audis, & apud ſeros nepotes longum audies. Ego vero ſi pro tenuitate mea quicquam poſſum, ſtudium conatumque pro tantis meritis tibi addico.

Nunc ad reliquæ epiſtolæ tuæ capita ſtrictim reſpondebo, quoniam hæc hactenus diduxit animus tuis virtutibus & beneficiis incaleſcens. Calor autem, ex veſtris Medicorum placitis, aperit ac diducit. Principio, quod nomine nobiliſſimi Dn. Secretarii ſignificatum ivit excellentiſſimus Dn. Doctor, opellam meam ſane quam tumultuariam, nobiliſſimo Dn. Secretario non diſplicuiſſe, gratulor, ac profiteor gratiam debere me, quod illis nugamentis ignoverit: Eadem humanitate me porro animabit ad manumittenda, quæ nunc affecta habeo, in *Saxonis* præfationem conjectanea, quod in annum proximum, ſi permittat Deus,

us, ipſi ſpopondi Secretario. Verum quo minus id nunc fiat, uſas habeo ſonticas & plane decretorias, principio quod ucci monitu, ut carmen, ita ſcriptum quodlibet reprehendenm extimeſcam, quod non

*Multa dies & multa litura coërcuit* Tum vero quod ſo- collectorem, amanuenſem, correctorem, interpolatorem ſuco, nullius opera adjutus. Accedit, quod membranas inſciendi copiam, plerumque ſordidas & deletas, lux brumas malignior & dies obſcurior negat hibernis, negotiorum aut n turba & multitudo æſtivis menſibus, ut ſoli duo menſes, e illi quidem integri, Martius & Aprilis, huic negotio impenſ queant. Præterea cum opuſculum recenſerem, ne quidem n perplacuit, ideoque ſæpe ſtilum verti & lituris univerſum formavi. Addo quod alia, atque nunc eſt, forma emittenm cenſui. Hactenus enim continua ſerie, ut in *Saxone* odvis occurrit, ſine diſtinctione capitum, quod videbatur, notavi, quam tradendi rationem nunc in libello, qui ſub nu plus opinione crevit, condemno, ut confuſam & tædion lectori futuram, itaque per capita deinceps diſtinguere nſtitui & præ ſingulis capitibus argumenti ſummam enumere, more ſummorum Virorum, quo ſtatim conſpiciat Lector, id per ſingula capita ſperare debeat. Unum eſt, quod addi n poſſe doleo, nimirum quod res noſtras cum gentibus erus is conferre ſatis nequeam, Græcis dico & Romanis, partim citia rerum rituumque illarum nationum, partim inopia nporis & librorum; quod tamen ſcis quam ſordeat eruditis, eſertim illis, qui noſtra omnia condemnabunt vanitatis, niſi ſale condita. Quocirca ſi ipſum *Saxonem* unquam attingere ſim, non auſim tamen ſine id genus intrito. Multo etiam minus, quod meditor, opus *de priſco Septentrionis dogmate* in manus ſum. Ad quod exornandum præter antiquos ritus Græciæ Laque, adeundi ſunt Philoſophi omnis generis, *Platonici* inprimis *Pythagorici:* noſti enim probe quantam cum ſectis illis cognanem Theologia Septentrionalis habeat, & Mythologia præterea. oinde tuo, Vir Clariſſ. conſilio auxilioque perquam opus eſt: nſilio, ut auctores idoneos iſtis rebus nomines; auxilio, ut ſinlis annis unum, alterum, tertium bonorum auctorum id genus, eo ære per *Chriſtophorum Bremermanum*, vel alium quemvis ercatorem *Orbaccenſem* ſolvendum cures. Sunt vero, quos ani-

 mo

mo concepi, autores hi: *Plato, Procli Lycii in Platonem commentarii, Plotini Enneades, Jamblichus de Myſteriis, Syriani* quod extat, *Chalcidius in Timeum*, ſinguli quo ſcripſerunt idiomate. *Pſellus de Dæmonibus.* item *Dionyſii Halicarnaſſæi Antiquitates.* juvabunt etiam *Philoponi* & *Simplicii Commentaria: Orphei* vel potius *Onomacriti Hymni, Ori Apollinis Hieroglyphica, Pierii Hieroglyphica, Strabo cum notis Caſauboni, Solinus cum exercitationibus Salmaſii, Gyraldi Syntagmata. Patres* etiam Græci vel Latini, qui contra Gentes diſſertarunt, ut *Origenes contra Celſum, Syneſius, Lactantius, Minucius Felix, Cyrillus de Idololatria, Irenæus contra Hær. Meurſii* quicquid eſt Græcanicæ antiquitatis, *Pignorius de Servis, Magius de Equuleo, tintinnabulis, Bayſius de re Veſtiaria, Navali* &c. atque id genus alii. Audio etiam præclarum opus exſtare in *Geneſin, Merſenni*, contra Atheos. Hic tuum, Clariſſ. Vir, conſilium judiciumque ſolidiſſ. expeto, atque ita caput hoc claudo.

Quod de Typographia addis, in locum epiſtolæ alium rejicio, qui de meis poſtulatis erit. Subſidium ſibi Dn. D. præclarum opus & auro contra exiſtimandum de *Runis* iterato editurus, a nobis arceſſit: haud ſane fruſtra, ſi in meis quicquam eſſet, quo vel augere ſpartam illam vel ornare poſſem. At nunc an præter laudem & plauſum dare quicquam poſſim vehementer dubito: facit hoc *Runarum* in hac inſula paucitas, aut verius egeſtas. Enimvero, quod mirum videri merito queat, cum audiamus a conſervatis antiquitatis monumentis diligentiſſimi, neſcio tamen quemadmodum hac parte communem opinionem fallimus. Fateor in cœmiteriis quibusdam apparere Literaturæ *Runicæ* veſtigia, verum rara illa & obſcura pleraque, recentia & vulgaria, nimirum adulto Chriſtianismo & provecto omnia ſaxis incuſſa. Ut ſi conjecturam facere liceat, facile exiſtimem *Waldemarum* Daniæ Regem ſuo exemplo veternoſos Iſlandos excitaſſe. Unum audio monumentum, antiquum ſatis, extare in ſpelunca *Hiterdalia* tractus Occidentalis, quod *Biörnonem HiddalaKappa* inſculpſiſſe ajunt, qui *Gretteri* amicus & æqualis perhibetur. Verum illud monumentum aliquando viſurum tempeſtas abegit. Quod ſi alias reviſendi commodior affulgeat ſpes, ferente occaſione, locum peragrabo. Nam niſi αὐτόπτης oculis manibusque vicariis non credam. Si tamen


juſſe-

juſſeris aliena opera characteres adſimulare, dum diſtineor ego, curatum dabo.

Nuſpiam, quod ſciam, alibi monumentum extat publicum, quod vetuſtatem ſpiret. Cætera Chriſtiano ævo cœperunt omnia, *Valdemaricas* notas præ ſe ferentia, rectas aut verſas. Verum ne penitus in illo adjicialis cœnæ apparatu ἀσύμβολος conviva ſedeam, quod a *Jona Bernhartio* quodam, cum primum huc reverti, ſene, jam autem ad plures divertente, traditione accepi, lubens tibi communico. fides ſit penes auctorem.

Ajebat igitur ille, Majores, ante *Waldemari* inſtaurationem, Runis uſos in hac quidem inſula, & fortaſſis alibi, duplicibus: Aliis exotericis, quibus invicem ſenſa animi communicarunt, quæ quoniam in fago incidi vulgo ſolerent ante membranarum uſum, *Bokruner* dicerentur: Aliis Myſticis, quibus artificio Magico, quod vellent, effectum darent. Has *Myſticas Runas* dicebat artificioſa compendia eſſe carminum integrorum fere quomodo notas τῶν ταχυγραφέων Romanorum, quas aliter *Siglas* appellant, integra denotare verba volunt Antiquarii: Eſſeque Myſticos illos Characteres nihil aliud aſſerebat, quam B*ok-runarum* artificioſum contextum, qui niſi a peritisſimis reſolvi non poſſit. B*ok-runas* autem, ut ſimpliciores ita antiquiores, materiam præſtare myſticis, probabiliter ſatis ajebat.

Illas a principio nec tot nec omnes eadem, quam nunc Alphabetaria ſchemata præferunt, forma extitiſſe dixit, nec ſerie collocatas eadem. Vulgarium enim ordinem numerumque a *Valdemaro*, ad formulam Alphabeti Romani inſtitutum eſſe inquiebat. Priſcos noſtros cum Romanis nihil rei habuiſſe, ſolis duodenis, principalibus velut familiis, Normannos quondam acquieviſſe omnemque ſonum abſolviſſe & adumbraſſe, quarum hæc eſſet formularum ratio:



Porro confixas & inflatas , hoc eſt , ἐστιγμένας & δασείας , novas characterum ſpecies conſtituere negabat, verum ad ſuas tenues utraſque, tanquam ad fontes, referebat. Atque hanc ſuam rationem πατροπαράδοτον me ſequi juſſit. Quæ profecto naturæ ſatis conſentanea videtur, ut pluribus in conjectaneis diduco, ubi ſchema hoc & compendiolum, prout tradidit ille, non tamen auctore laudato , exhibeo. Pluribus illis nunc immorari tempus iniquum vetat; tuum fuerit , Vir Clariſſ. conatum tibi gratificandi æqui bonique conſulere. Erit forſan, ubi tuo deſiderio in conjectaneis non ſatisfacio, cum dies diem docebit. Ego ſiquid præterea hujus rei odorabor, tibi candide impertiar. Libellum templo *Helgafellenſi* erutum, Runicis characteribus inſignem, non ita pridem reſciveram, nec tamen, poſtquam tuas accepi, quis aut qualis eſſet, percontari licuit. Cum primum reſederint hi negotiorum decumani fluctus, ex voto & voluntate tua fideli ſtudio rem curabo: Similiter Procerum Svionum quæ refers nomina audiveram ego quidem pleraque, verum an præter nomen quicquam aliud de ſingulis polliceri queam, neſcio. Quandoquidem æſtivis menſibus membranas omnes ſeponere & ſepelire cogunt officii mei tumultuaria negotia, ſpero tamen de *Biörnone ad Hauge*, ac, ſi fors favet, etiam de *Stirbiörno forti* me non nihil exterebraturum, niſi memoriæ vehementer falſus fuero: quicquid erit, in annum proximum referetur. Paucis nunc denique tuam Excellentiam de meis rebus appellare cogor , atque Patronum impetrare. Supplicationem novo Regi noſtro Clementiſſ. exhiberi cupio geminam, unam Latinam, quod audiam latine callentiſſimum

eſſe

eſſe Regem; illa trimembris eſt; Primum abuſum deprecor a Patria & templo hoc Schalholtino metuendum ex piſcatu Salmonum in confluente Hvidaa, tractatus Borgarfiord. Nuper enim pauci quidam, nimirum Conſul *Nanſonius* & civis Hafnienſis quidam alter, cum duobus Batavis privilegium Regio nomine nuper curarunt, quo concedi videtur illis libera facultas Salmonum capiendorum in dicto confluente, qui tamen aliorum amnium fluviorumque oſtium ac orificium præſtat, in quod plenis alveis devolvuntur, ſalmonum & illi divites.

Jam ſi libere licet illis piſcatoribus ut libet oſtium cratibus transverſariis, contra leges noſtras, Lands-Leigubalk 56. *capite*, concludere, ſalmones ad unum omnes in iſtorum naſſas pertracti converrentur, qui vero ſuperius ad margines amnium undique habitant, quamvis ex legum præſcripto ante ſuum quisque fundum piſcandi jus liberum obtinent, otioſi ſpectatores licet ſedebunt, eſurie macerandi. Quod quo exactius inſpiciat Dominus D. Chorographiæ rudimentum mitto.

Nunc medium quidem confluentem piſcator Batavus cinxit. Verum piſcatus illud genus hactenus inſvetum nobis, legibus permiſſum an ſit neſcio. Et utut ſit, atque abſtineat ſe primus, dum irrepit callidus artifex: quoniam tamen diploma latius patet, quam veterator ille nunc uſurpat, merito in futurum nobis metuimus, ideoque jura noſtra tempeſtive privilegio ſatis largo, hoc eſt, non tam facto quam novo jure obduci cupimus. Etenim ſi diplomata contra civilia rerum publicarum jura, non audita parte altera, legibus præſcribere debent, nos utique, qui novas moles gravaminum non perferimus, cœlo alias & ſolo condemnati, Nos, inquam, *Patriam fugimus & dulcia linquimus arva.* Proinde cum res Cathedræ Schalholtinæ cum aliis hic agatur, quæ prædia ad quasdam dictorum amnium oras jure fundi ſolique obtinet, ſilentio rem prodere verebar. Ideo demiſſe peto, ut modus privilegio ſtatuatur, qui cum legibus noſtris conveniat, ut ſuum cuique jus ac dominium permittatur, id quod jura tum ſacra tum civilia jubent ſartum tectum conſervare. Hanc tu ſupplicationem, Vir experientiſſime, communicato cum *Jano Severinio* ſermone, qui cauſſæ favet, rei locique gnarus, legas, cenſeas ac Nobiliſſimo Dn. Secretario, cujus fidei hanc rem per literas commendavi, per-

perferendam cures tuoque patrocinio digneris. Eadem opera Cathedram hanc, & Ordinem ſacrum & univerſum tractum *Borgarfiord*, ſane quam latiſſimum, æternum demereberis, imo inſulam univerſam; quod enim hic juſtitiæ ſpecie ſancitur, ubique ſancitur. Prædia vero fluviorum oris undique inſita, pleraque omnia ſunt ruſticorum Iſlandorum & templorum propria; Regis & Coronæ haud ſcio an ullum. Quod jus in alienam poſſeſſionem ſanciendi nobis hactenus fere inſolens eſt. Alterum Supplicationis ejusdem membrum iteratam continet de Privilegio Typographico cantilenam, quam nunc Regiis auribus recento. Mirum véro tam ægre impetrari rem honeſtiſſimam utiliſſimamque, non tantum Scholæ atque Diœceſi, quibus fere neceſſaria eſt in hac librorum inopia, ſed etiam Patriæ Regnoque adeo univerſo maxime decoram. Etenim quod privatum commodum verentur alii, nihil eſt. Longe mihi mens alia, cui licet imperrare contingat, frui tamen alteri licebit. Holenſis Cathedra quid privilegii nacta ſit, ignoro; & an monopolium & hic obtinere debeat deceatque in detrimentum publicum, alii viderint. Sed enim facile damno ibitur obviam, ſi alter alterius operas exprimere, niſi diſtractis prioribus, ſevere prohibebitur; ſtatuatur hac de re utcunque libuerit, mihi certum eſt periculum nunquam tertiare. Te vero, Vir Experientiſſime, per amorem illum tuum venerandæ antiquitatis rogo, ut, quantum in te eſt, conatum longe pulcherrimum favore Tuo dignum exiſtimes, in quo ſalus in tenebras feſtinantis notitiæ priſcæ periclitatur. Pauci, mihi crede, pauci ſunt, & opinione pauciores, qui, cum Iſlandice loquuntur, intelligunt. Succeſſit priori hactenus ætas rudior,

*Mox datura progeniem vitioſiorem*:

Et quod memini obtinuiſſe, probro dabitur *Eddam* & Antiquitates alias attigiſſe. Quod ſi pariter affecti majores noſtri fuiſſent, quæſo te, nos hodie quales nepotes produxiſſent? nam per Patres Avosque non ſtetit, quo minus hic obbrutuiſſemus, verus ἄλις δρυός.

Tertium ſupplicationis membrum erat de impetrando pro uxore mea ab obitu meo, ſi fors anteverter, uſufructu prædiorum ſeptem *Skalholti* propriorum, quorum indicem in laterculum conjectum, cum reditibus annuis, *Janus Severinius* tibi

ini

piciendum dabit. Sic enim Lex naturæ ſvadet, ſuis proſpi-
'e. Et conſimili beneficio Dn *Othonis Eneri* vidua ſuperſtes
dieque fruitur, indultu inferioris Ordinis. Nam in hac
ındia genialia vota rarenter viduis Sacerdotum iterantur.
ıicquid hic præſtas, privatim nos obligabit, grata ſemper
nte recolendum. Ipſam hanc, quam hactenus deduxi, ſup-
ıtionem tuæ Excellentiæ mitto, ut poſtquam cenſueris ac
enſueris, ad Dn. Secretarium, cum Epiſtola mea, quam *Ja-
Severinius* accepit, tuis auſpiciis perferatur. Danicam alte-
ı idem Vir honeſtiſſimus, & profecto de publico noſtro
:clare meritus, *Janus Severinius*, habet, pro impetranda in
rum *Grindevikanum* oneraria navi cum commeatu
eſſario, quemadmodum hactenus poſt hominum me
riam ſolitum eſt, usque ad ſeptennium proximum, quo a-
n ſibi portum & ſtationem Societas iſta Regio indultu cu-
it, damno pauperis vulgi *Grindevikani*, damno hujus tem-
Scholæque inſigni, ob difficultatem viarum, quas emetiri
ent Grindevikani *Batſendam* usque. Unde ſtativa Grinde-
ana paulatim deſeruntur, quæ de multis ſola fere cupido
endi Cathedræ reliqua fecit. Piſcatus hic noſtri ſummam
rcemus, in quo ſalus verſatur noſtræ Scholaſticæque rei,
ım nova migratio ſtationis vehementer labefactat. Hic te
ıſultorem & fautorem mihi adfore vehementer cupio, in re
ı levi. Quod ſi impetravero, utere me lege nexi jure tuo
quæcunque poſſim officia præſtanda. *Aldrovandi* opera
e ſint, & quanti veneant in Batavis, ſcire pervelim. Satin
vide hoc antea prædixi, modum garrulitati non inventu-
ı, ſi deblaterare cœpi? meum illud *Flacci* eſſe, quamvis non
:tæ, de Poëtis dictum cenſeo:

*Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,*
*Ut nunquam inducant animum cantare rogati,*
*Injuſſi nunquam deſiſtant.*

ıoſce per Genium tuum, Te quæſo, Vir optime & excellen-
ıme, Iſlandicæ nationis præſidium ac patrocinium rari exem-
, & cum tuis omnibus longum nobis & feliciter vale. Schal-
ti Auſtralis Iſlandiæ E. A. D. III. Eidus Quintilis Anni
)CXLVIII.

# DCCCCLXIX.

# OLAUS WORMIUS

## *Brynolpho Suenonio*,

## Epiſcopo Islandiæ Skalholtenſi.

PRo prolixo tuo in me affectu maximas habeo gratias, operamque dabo, ut factis me talem, qualem deſcribis, oſtendam, Tibi ad quævis officia paratiſſimum. In egregio tuo propoſito ut pergas, etiamnum hortor, & ut conjectanea brevi habeamus, cura, quæſo. De Typographia ſerio cum Domino Cancellario egi, atque tantum obtinui, ut Tibi indulgeretur ea moderatione, nequid inde ad Collegam tuum redundaret detrimenti. De quo fuſius Tecum ut & cum Collega *Sculonio* autoritate Regia acturus eſt Nobiliſſimus *Gabriel Akeleje*, Secretarius Regius, Amicus meus, qui etiam diploma Regium ſecum fert Tibi tradendum, ſi ſine detrimento Collegæ tui fieri poſſit. Si quid Antiquitatum veſtrarum priſca lingua edideris, ſvadeo, per columnas ut fiat, in quarum altera Textus autenticus, in altera verſio probata. Sic per totam Europam tuo lucro diſtrahetur, & non vobis ſolis inſerviet. *Monumentum ſpeluncæ Hitterdalenſis*, ut & ſpecimen *libri* iſtius *Runici* in templo *Helgafieldenſi* reperti exſpecto hac commoditate, ſimul & quæ de Proceribus Sveticis anno præterito nominatis habeas. Piſcatus ille plane prohibitus, me ſingulas difficultates exponente, & in Tabula tua Topographica demonſtrante. Uxori quomodo proviſum, docebit *Janus Severinius*. De navi oneraria in tractum *Grindevicanum* amandanda vobiſcum aget Præfectus Inſulæ, Vir bonus, cui rei neceſſitatem cum omnibus circumſtantiis ſi expoſueris, cauſam veſtram hic commodius aget. Negotiorum publicorum onere obrutum tecum Laconicè agere cogit neceſſitas; alias, Deo volente, pluribus. Amiſimus nuper Clariſſimum Dominum Collegam, *Claudium Plumium I.U.* Profeſſorem P. & popularem veſtrum *Jonam Weſtmannum*, Virum certe ingenio variarumque rerum peritia inſignem, cujus obitum magnopere doleo, quia mihi fuit familiariſſimus. Pauci admodum hic proſtant librorum, quos cupis; eorum autem,

quos

quos tenent noſtrates bibliopolæ, mitto catalogum & pretium, ut, quos annuatim transmiſſos velis, innuere commodius poſſis. Pilularum panchreſtarum mitto duas doſes, ut, ubi flagitaverit neceſſitas, ex iis quindecim una vice ſumas, luna decreſcente, hora matutina ſexta, ita quidem, ut aeri externo ea die te non committas, a ſomno abſtineas, & prandium in meridiem differas. Siquid præterea ſit, quo Tibi gratificari valeam, promptum me invenies: Vale. Hafn. 10. Maji, 1649.

## *DCCCCLXX.*

## BRYNOLFUS SVENONIUS

Clariſſimo Viro

*D. Olao Wormio*

Salutem.

TOt ſunt ac tanta in me collata beneficia tua, Vir Clariſſime, ut facillimum etiam illud gratiæ genus, verba, ſuperare cœperint, nec ingratum duntaxat me, ſed mutum etiam atque elinguem decedere cogant. Nam quo me cunque vertam, circumfundor illa tuæ benignitatis luce, ut ne referendi quidem facultas ſupereſſe videatur. Ut in vehemente caloris æſtu radius fortiſſimi Sideris τὴν ἀνάψυξιν præcludit animantibus, præſertim inſuetis: ita nobis fervor hic beneficentiæ, frigori adſuetis, vulgaris gratiarum actionis vias omnes obſtruit, atque ad ſolitas functiones obeundas marcentes languidosque relinquit. Quid enim primum, quid poſtremum commemorem? facilitatemne καὶ τὸ εὐπρόσιτον τοῦ ἤθους? raram in magna dignitate virtutem, rariorem in curis, quæ Magnificum Rectorem cumulo circumvallant. An fidem? qua res & rationes meas tam diligenter expediviſti, quam ſi pars nonnulla ad tuam dignitatem pertineret. An laborem? quem pro immerito gratis ſuſtinuiſti. An accurationem? qua ad minutias etiam petitiuncularum mearum deſcendere non piguit. Omnia ſumma, ſingula talia ſunt, ut tacita veneratione admirari, quam φληνάφῳ multiloquio temerare præſtet.

Ut adyta templorum ingreſſi, Majeſtate Numinis tacita reverentia percellimur, quam verbis exprimere nec audent nec poſſunt: ſic me dignitas virtutum meritorumque tuorum perpetuo nexu obligatum addicat tibi, quorum nec rationem inire verbis, nec officiis pariare ſummam, res anguſta domi & inopia ingenii patiuntur. Nihilominus cupiam tamen utrumque, & pro re nata nunquam non conabor obſtrictam liberare fidem.

Sed nunc ad Epiſtolæ capita deſcendam; ordine quo tu, Vir Clariſſime, præiviſti. Hortaris, ut Conjectanea mea cures, ut brevi habeatis: factum velim, ſed alia atque alia incidunt, quo minus inoffenſo pede progrediar. Cœperam quidem opuſculum recenſere atque in pericula (ſic enim Capita inſcribere placuit) pro varietate rerum diſtribuere vernis menſibus, cum ſe in lucem & auram benigniorem aperit annus; duplex intervenit neceſſitas, quæ manum injecit. Principio nebulones quidam ſemi-Batavi portum Orbaccanum quinto milliari Germanico diſtantem ingrediuntur, merces effracta inſtitoris taberna egerunt, omnia falſis rumoribus miſcent, & nos inermes præſidio deſtitutos vaſa colligere, ac rerum ſuarum quemque ſolicitos, omnem eventum expectare ſuadent. Supervenit huic motui tabellaria navis ex Dania, cum felicioribus mandatis Regiis a Præſide miſſa, hæc diplomatis ἀπόγραφον exhibuit, quo omnes Inſulæ Ordines ad ſacramentum Sereniſſimo Regi dicendum evocabantur. Cui, ut par erat, obſequium delaturus, cœptam opellam interjungo, & epiſtolas ad Sacerdotes in omnes Diœceſis partes ſcribo, ne non Regium negotium recte ac diligenter curetur. Itaque rebus illis intentum, necdum perfunctum ſatis ex animi ſententia, deprehendit a Commiſſariis ac præſertim nobiliſſimo *Bielkio* Præſide noſtro miſſus nuncius, quo Beſſaſtadas in colloquium de rebus variis poſtulor & proficiſcor; reverſus ex hoc itinere cauſſarum Eccleſiaſticarum in Synodo expediendarum indagine cingor; aliis conſilia per literas petentibus reſpondere, alios audire, alios ad Synodi cognitionem citare, datis quibusque tempeſtive literis, officii ratione cogor. Hinc turba convenientium, & in conventu moles inſana occupationum perdium & pernoctem obruit. Domum redeuntem perſequuntur agmina viatorum forenſium, reſponſa in loca remotiora omnes poſtulant, uno tempore,

quæ

quæ reddant quique ſuis. Dum ſaxum hoc Siſyphium volvo ac revolvo, tacito pede labitur æſtas, naves oram ſolvere minitantur; ſiquid ad fautores in Dania ſcribendum eſt, furtim ſubducere momenta oportet. Interea vero ne nihil omnino actum exiſtimes, plagulas aliquot inchoatæ opellæ tuæ humanitati primum cenſendas ac recognoſcendas, hinc Nobiliſſimo Dn. *Kragio* Secretario offerendas mitto: Cui & literas dare viſum, quibus & meam tenuitatem, & perendinationem perfecti opuſculi excuſo; Dedicare fœturam informem non audeo, priusquam hæ laboris primitiæ ut excipiantur conſtiterit. Habui in promptu paullo pluſcula, quæ deſcriptoris manus, quem nunc bonis avibus ex Dania nactus eram, abſolvere non potuit, illa cum cæteris *perculis* in annum, ſi Deus volet, perficientur, nam diutius in hoc vado hærere ne quidem ipſe ſuſtineo. Te vero, Vir Excellentiſſime, quam poſſum demiſſe obſecro, ut hæc paucula perlegas, caſtiges & recenſeas libere, qui tuus eſt candor, errorum qua rem qua phraſin & dictionem qua ſcripturam moneas, & omnia in meliorem partem accipias, & Nobiliſſimo Secretario interpreteris.

Pro affectu, cura & fide plusquam paternis, quæ promovendis rebus meis impendiſti, maximas ago habeoque gratias, majores perpetuo debiturus; Utinam referre pares in me ſitum eſſet! Sed enim quantumvis a te, Vir Clariſſime, impenſum favoris & gratiæ fuit, mihi tamen hactenus hunc fructum frui non licuit, quod nec Regis mei Clementiſſimi animo adſcripſerim nec tuo ſtudio, ſed quorundam aliorum interventui, quos largitionibus demereri nec animus eſt nec facultas. Diplomatis quidem exemplum deſcriptum pro typographia obtinenda mihi monſtravit nobiliſſimus *Ackelejus*, ſed res ad colloquium cum Dn. Epiſcopo *Sculonio* auctoritate non minus Dn. Præſidis *Bielkii*, quam voluntate *Ackeleji* prolata eſt. Cæterum in foro noſtro univerſali res ultro citroque diſceptari cœpit, coram Nobiliſſimis Dn. Commiſſariis, qui ſaltem obiter auditas partium rationes ad arbitrium Magnifici D. Cancellarii revolvere, & illi nos rationum pondera per libellos patefacienda proponere mandavere. Ego pro publica neceſſitate quod viſum erat oravi, & literas D. *Bielkio* commiſi; diverſam partem pro commodo privato dicturam cauſſam nullus dubito. Hic te, Vir Excellentiſſime, vehementer obſecro, ut ſi (quod non dubito) in conſilium

ſilium vocatus venias, momenta rationum ſine perſonis expendas, & cauſam, quæ magis e re publica videbitur, tuo patrocinio foveas & ſubleves.

Cedat noſtrum compendium publico incremento! Dn. *Thorlacum Skulonium* de Regio Privilegio ſciſcitatus, nihil certi retuli, nec eſſe, nunc certioribus indiciis colligere videor, ſaltem illam ratiocinationem audivi: *Qualiter meo Deceſſori typographicum exercitium contigit, taliter & mihi permiſſum eſt; Sed illi ſic evenit uti, ut nemini præterea alteri: Ergo & mihi ſic permiſſum eſt.* Minorem negaturus *Jonam Joneum Nupufellium* oppoſui, quem noveram illo tempore pariter artem ſuis typis & impenſis exercuiſſe. Reſponſum tuli, ſed non offirmatum, indultu forſan D. *Gudbrandi* id iſti licuiſſe; hoc probatum cupienti nihil relatum. Sed ego nullum Diploma pro monopolio iſto ſubeſſe, nunc magis magisque ſubodorari videor. Pro obtinendis Uxori prædiis promiſſum ſaltem D. *Bielkii*, non Regium privilegium impetravi, quo tamen acquieſco.

Piſcatum ἄνομον & iniquiſſimum tempeſtive inhibitum gratulor, & tuæ Dignitati gratias ago. Deus nova gravamina avertat! Nunc perſcripturus quid tuo rogatu & quam nihil promovere potuerim, jure merito rubore perfundor. Scripſi quidem utrique Paſtori, Dn. *Thorlaco Bernhartio Helgafellio*, & doctiſſimo humaniſſimoque Viro Dn. *Theodoro Jonæo Hitardalio* ſatis mature, ut ſuam uterque partem exſequeretur, gratis hactenus: alter inopiam periti Runarum deſcriptoris obtendit, nec, ut arbitror, ſine cauſſa: Serio enim hoc profiteor, neminem quod ſciam Runiæ peritum hodie in tota Inſula reperiri, poſtquam deceſſit Vir Magnus Dn. *Arngrimus Jonas* publicum Iſlandiæ ornamentum, & *Jonas Gudmundius*, ære dirutus verius quam rude donatus, ſibi & aliis inutilis in angulo conſenuit.

*Biorno* etiam *Skardſajus* nuper oculis captus languet. Nedum ut perverſam illam, ut audio, literaturam quisquam recte delineet; proinde gratiam ſibi fieri laboris irriti & inutilis poſtulavit, donec ipſe juſto tempore viſitaturus locum inviſerem, quod hac æſtate, volente Deo, prope eſt ut fiat, nec te diutius expectationem ferre patiar. Nam ſive intelligam, ſive non intelligam, ductus characterum quam poſſum ſimillime propria manu mentiar. Alter ſibi librum Runicum, qualem ſcribis, viſum

viſum unquam pernegat , verbis quæ heic ex epiſtola ad verbum referam, quia te noſtri idiomatis peritum novi:

Um bock Gudrunar Oſveifsdottur (rectius Oſvifursd.) ſeige eg ydur þad einfaldlega, ad hana heſe eg aldreige ſied, þo ydur þad ſagt haſe vered, En Munnmæle heſe eg þau heyrt, ad hun ſkule haſa ått ad liggja hjer under Altarenu i Molldü. Hvad Olijklegt vera ma, ad hun i ſvo langan tijma orotinn i Jord liggia kunne. Ock vejt eg þad er ecke annad enn hjegoma romur folkſons. Hactenus ille in literis datis Helgafelli, Anno. 1649 30. Martii.

Nunc an tellurem ipſam conſulendam arbitreris, tui judicii rem facio, quamvis non ſine multorum offenſa rem illam tentari proſpicio.

Venio nunc ad Proceres, de quibus retuliſti, Svionas.

*Eyſtenum Sanctum* nusquam invenio, nec *Ericum Tefeli filium*, nec *Carolum Sonæ filium*: Oportet hos recentiores eſſe, quam ut in tempora ſuperſtitum nobis memoriarum incidant, qui Svionum recentes habemus nullas. De *Eyſteno* certum eſt a cognomine: Sero Svecia Chriſtianam fidem admiſit, paganiſmi tenaciſſima: ſerius Chriſtianos, ut conſentaneum eſt, indigitavit. Suſpicor & extremum, non e priſcis, quod *Caroli* nomen ante milleſimum Chriſti annum vix deprehendas, profectum, ut arbitror, e Germania in Septentriones, moribus per commercia togata manſvefactis.

At *Biornonis ad Hauge* mentio fit in Epitome *Harfageri* hiſtoriæ *Hauks thatte Häbrökar*: Verba ſunt hæc:

Beorn at Hauge var i Suiþiod þa er Haraldr tok Kongdom at Noregi. eptir þat var Kongr i Suiþiod fioratuge vetra edr leingr Aunundr. þa Eirekr ſon hans. hann aate Ingigerdi dotr Haralds Haarfagra. hoc eſt: *Beorno at Hauge fuit in Svionia tum, cum Haraldus regnum auſpicatus eſt in Norego; Poſtea fuit Rex in Suionia Aunundus quadraginta annis vel amplius. Deinde Ericus hujus filius: Is in matrimonio habuit Ingerdam filiam Haraldi Haarfageri.* Unde colligo 1. Regem vel Dynaſtam Svioniæ *Biornonem* hunc extitiſſe, quoniam ejus ſucceſſor *Aunundus* diſſerte Rex appellatur. 2. Majorem natu eſſe *Haraldo Haarfagero*, ac proinde circiter annum Chriſti 760. & deinceps impe-

imperium in Svionas obtinuiſſe, quandoquidem tertius ab illo Ericus filiam Haraldi uxorem habuit. De *Styrbiorno* occurrit fere nihil, prætarquam quod in *Hiſtoria Tryggonica* frater appellatur *Erici* Regis Svioniæ cognomento *Sigurſala*, patruus *Olafi* Svioniæ Regis, qui *Tryggonium* una cum *Suenone* Daniæ Rege & *Erico Hagonio* Noregi Comite in fatali conflictu Svoldrano adortus afflixit. Qui *Styrbiorno* cæſus dicitur decennio prius quam frater *Ericus* Svioniæ Rex deceſſit, unde colligo σύγχρονον vixiſſe *Styrbiornum Haconi Adalſteinsfoſtra* & *Gunhildi* filiis anno 980. ac deinceps. Verba in *Olafi Tryggonii hiſtoria* extant, quam ſcio penes te eſſe. (Conferatur *S. Olafi Hiſtoria*, Oratione quam *Thorgryr Nomophylax Tiandalandiæ* ad Regem *Olafum Ericium* Svioniæ Regem in Comitiis Upſalenſibus habuit, ubi numerantur ordine Reges aliquot, *Aunundus*, *Ericus at Upſaulum*, *Biorno*, (qui profecto hic eſt *at Hauge*) *Ericus Sigurſale*, frater *Styrbiornonis*, *Olafus Ericius*.)

*Jona Sorqueris* meminit *Knytlinga Saga* Cap. 65. his verbis, quæ deſcribam: Hinn Heilage Knutur Lavardur og Ingebiorg attu thrjar dættur Margretu, Chriſtinu og Katrinu, Hun var gipt i Auſturveg, Enn Chriſtinu atte Magnus Blinde Noregs Kongur. Margretu atte Stigur Hvitalejd a Skaney, þeirra Børn voru þau Nicolus og Chriſtin er atte Carl Sviæ Kongur Sorkvis Son, þeirra Son var Sorqver Svia Kongur. Hann atte Ingerde Dottur Byrgis Jarls Broſu, þeirra Son var Jon Svia Kongur. Hactenus illa. Ubi noto *Jonam Sorquis filium*, non Baronem ſed Regem, hoc eſt, ut opinor, Regulum appellari.

Tantum habui, quod in gratiam tuam, Vir Clariſſime, ex antiquitatibus noſtris citerioribus fugitivis & illis obſervare potui; tuum vero fuerit conatum imbecillem innata benignitate ſublevare.

Pro medicamento gratis exhibito gratias habeo ingentes: quod ſpero in loco profuturum; nam hactenus uti per negotia non licuit. His abſque foret, & mihi & fautoribus liberius vacarem. Sed ferenda ſunt, quæ mutari non poſſunt. Indiculum librorum in Bibliothecis veſtris extantium recte accepi, gratias humanitati tuæ ago, quod tam facilis in has precularum nugas deſcendere paſſus es. Bona fide me tibi viciſſim obli-

obligo, ut jure tuo utaris ad quæcunque officiorum genera præſtanda. Vale, Vir Clariſſime, bono ſeculi nate, Reipublicæ noſtræ præſidium, & perituri ſine te Septentrionis firmamentum. Deus te nobis tuisque longum conſervet. Iterum vale. Skalholti Auſtralis Iſlandiæ Anno MDCXLIX. E. A. D. IX. Kal. Sextilis.

Qui fit, Clariſſime Dn. Doctor, Patrone perbenigne, quod *Thorarinus Ericius*, diſcipulus, ut audio, hactenus tuus, &, ſi credendum eſt famæ, atteſtatus, ad nos redeat inops tui teſtimonii, atteſtationis, Magnifici D. Rectoris teſtificationis honorariæ? Mirum ni ſubeſt ὕπουλόν τι, & tamen more talium τὰ πρωτεῖα affectat: peto igitur ut rationes ejus mihi pateſiant; intereſt enim & mea & Eccleſiæ videre, ut pii probique juvenes in vineam Domini mittantur, quo nomine de ſalute Diœceſis ratione boni exempli præclare promereberis. Vale, Vir excellentiſſime, Dn. Fautor optime, iterumque Vale.

## *DCCCCLXXI.*

# OLAUS WORMIUS

## *M. Brynolpho Svenonio.*

*Skalholtum.*

PRolixum tuum in me affectum, literis proximis abunde declaratum, quo officiorum genere excipiam, non video; grata viciſſitudine ut, re magis quam verbis, eam recompenſare valeam, allaborabo. *Conjectaneorum* tuorum *ſpecimen* magna cum delectatione legi, ac lectum mox Nobiliſſimo Domino Secretario Regio *Kragio* exhibui, qui illud adhuc detinet. Magnam certe inibis ab omnibus Antiquitatum Septentrionalium cultoribus gratiam, ſi, quam fieri poſſit maturrime, opus totum in lucem protrudas. Adeo exacte omnia ſunt penſitata, & e fontibus noſtris fuſe deducta, ut vix credam, quemquam quicquam habiturum, quod in iis deſideret. Lucem certe ritibus priſcis & Antiquitatibus neglectis adferent clariſſimam, quæ non poteſt non ab omnibus grato animo ex-

cipi,

cipi. Exoptaſſem ego talia mihi contigiſſe adjumenta, dum operam aliqualem huic ſtudio dabam; quin accuratius multa perſequi potuiſſem, non diffidebam. Me quod attinet, nihil certe offendi, quod ullam meretur caſtigationem aut animadverſionem; notas ſaltem quasdam *Literarum Runicarum* inveni diverſas ob omnibus, quas mihi aut Saxa & obeliſci noſtri aut Manuſcripta hactenus ſuppeditarunt; unde vero petitæ, vehementer ſcire aveo. Sunt autem ſingularium figurarum literæ, quæ ibi pro B. R. V. S. D. P. F. &c. occurrunt, de quibus & aliis conferendi forſan commodior dabitur occaſio, ſi voluntati Regiæ mox morem geſſeris. Rumpe igitur moras, hic ad nutum præla habebis noſtra, nec erit, quod ex aliorum dependeas arbitrio. In cauſa Typographica in conſilium non ſum vocatus, ſed quantum ex Magnatibus intellexi, commodo & utili medio rem tranſigi poſſe exiſtimant, quod procul dubio exponet Præſes veſter. Pro navata opera in inveſtigandis iis, quæ ad nos rumore ſunt delata, gratias ago, nec dubito, quin, ſi quid certi aut ab *Helgafellio* aut *Hitterdalo* acceperis, mecum ſis communicaturus. De Proceribus iſtis Sveticis quæ narras, gratiſſima certe fuere; conſultus enim ab amico quodam in Svecia, non erat, quod reſpondere potueram, antequam eruditam hanc tuam deductionem acceperam. Circa finem menſis Aprilis diem ſuum obiit bonus noſter *Stephanius*, Hiſtoricus Regius, cujus obitum multi ægerrime ferunt. Fuit enim in hanc rem natus & educatus. Valetudo infirmior, quæ ultra menſem detinuit, plura non ſinit. Vale, & bono publico diu ſoſpes vive. Hafn. Calend. Maji, 1650.

## *DCCCCLXXII.*

# OLAUS WORMIUS

## *M. Brynolpho Suenonio.*

*Skalholtum.*

GRatiſſimum intellectu mihi fuit, mi *Brynolphe*, pondus aliquod apud Te habuiſſe literas noſtras, quibus præclaras tuas in *Saxonis Præfationem* meditationes publici juris ut, quanto poſſes, ocius faceres, urgebamus. Speramus itaque cum hiſce

ce noſtris Mercatoribus voti nos compotes futuros. Certe n dubitabis, quin hoc ipſo Tibi non modo populares ſis de- ꝺ̃urus omnes, ſed etiam eos, quos Aquilonaris gloriæ aliqua igit cura. Pro *Hiſtoria Sturbiornonis* maximas ago gratias; ultum enim ad illuſtrationem *Saxonis* facit, & ea continet, æ nec apud Suecos nec apud Danos Hiſtoricos continentur, in & diverſa. Digna certe, quæ ſocco donetur Romano, notis Antiquitatem concernentibus illuſtretur. Ni omnem n horum curam ſepoſuiſſem, morbis, ſenio & aliis curis ctus, aliquid tentarem. Tibi lampada trado, ut & hanc & *dbrogi*, quam Te poſſidere ſcio, aliquando bono publico in cem edas. Speraveram in *Runicis* peculiaria quædam, quæ ebantur apud Vos nupere reperta, ſed quia ſpe excidi, in rata *Literaturæ* meæ editione Typograhum progredi paſſus n. Hujus jam mitto exemplum cum aliis nonnullis, (reli- a enim dudum Te habuiſſe mihi perſuadeo) ut boni conſu- ;, & perlegas, rogo, atque, ſi quid offenderis, quod mi s ad palatum, audacter moneas, quo emendari ſuo tem re poſſit. A nullo enim jam harum rerum peritiore quic- tam hujus generis exſpectamus. Perge igitur, & tenues hos eos conatus auge, orna, & ad exacti judicii tui limam ad- itte. Nil unquam mihi gratius futurum, quam ut intelli m, me hiſce præclara excitaſſe ingenia ad res Patriæ deper tas recuperandas & gloriam ſeptentrionalium vindicandam. ui ſtudio ſi Te mancipaveris, nominis & famæ immortalita- m quin Tibi conciliaveris, non dubito. Perge, vale, & me, cœpiſti, ama. Hafn. 8. Maji 1651.

*Muſei* mei addo *Catalogum*, ut, ſiquid hujus generis a d Vos occurrat rarum, mei memor, Theſaurum hunc ſym la tua exornare haud deſinas, gratam memoriam in *Hiſto-* hujus reportaturus.

## DCCCCLXXIII.

# Obſervationes tumultuariæ
# ad
# Opus aureolum,
# Danicam Literaturam
# Viri Clariſſimi, Domini
# D. OLAFI WORMII,
# Medicinæ in alma Hafnienſi Academia
# Doctoris & Profeſſoris Publici,
# fugitivi ex Septentrione Septentrionis Statoris
# & Vindicis unici,
# Juſſu Auctoris,
# inter inſanas negotiorum turbas carptim
# & vellicatim conceptæ.

QVando ita vis, Clariſſime Vir, fiat: & quod inter lectitandum paulo aliter a tua Dignitate traditum, atque noſtris Majoribus creditum deprehendo, juſſu tuo adnotabo, ſed, quod vis, libere; quod nolim, ſed vaga negotiorum agmina cogunt, temere. Tuum fuerit, Vir omnium doctiſſime & optime, diſcipuli ſtudium boni conſulere, ac opellæ temeritatem curis imputare, libertatem tibi.

Pag. 1. verſic. 15. *Danos veteres Runicam Literaturam invenisse* ſcribis. Non Antiquitates: quæ *Odini*, *Aſis*, *Alfis*, *Jotunis* Runarum inventum adſcribunt. *Odin* ipſe in *Runa* þatti apud *Semundum* *Föda*:

"Runar munt þu finna,
"Ok radna ſtafe,
"Miok ſtora ſtafi,
"Miok ſtinna ſtafi,
"Er faadi fimbultſulur,
"Ok gorþo Ginregin,
"Ok reiſt hroptur Raugna. Hoc eſt: *Runas*

*Runas invenies & conſulto formatas literas,*
*Admodum grandes literas, admodum firmas literas,*
*Quas ornavit Princeps homo, confecerunt Dipotes* (Aſæ)
*Exaravit incidendo Odin* ( princeps *Aſarum.*)

Et continuo:
"Odin med Aſum,
"Enn fyrer Alfum Dualin,
"Dain oh duergum fyrer,
"Alvidur Jotnum fyrer,
"Eg reiſt ſumar ſialfur. hoc eſt:

*Odin* (ſcilicet incidere cœpit, hoc enim immediate præceſſit & nunc ſententiam hujus verſus claudit) *Aſis, Alfis, Dualin, Dain etiam Durgis,*

*Aſvidus Jotnis* (id eſt, Gigantibus) *Ego incidi quasdam ipſe.* Quis autem hic *ipſe* videatur, in Conjectaneis expoſui.

*Brynhildis Budlenia* in *Sigurdi Fafnicida* hiſtoria confitetur, certe Runas principes *Odinis* clypeo inciſas fuiſſe atque inde raſas, diſperſasque alias alio dilapſas eſſe his verbis:

"Hroptrar ſkilde voru riſtnar þeim er ſtendur fyrer, ſkinanda
"godi Alſvinns haufdi &c. *In Clypeo Odinis* (ille enim inter alia nomina multa etiam *Hroptur* dicitur) *inciſa erant, qui ſtat ante ſplendens numen Alſvinni caput.*

Et paulo poſt:
"Allar voru affkafnar,
"Er a oro riſtnar,
"Ok hrærdar vid hinn helga miod,
"Ok ſendar a vida vego.
"Sumar ro med Alfum,
"Sumar med Aſum,
"Sumar med viſum Vaunum
"Sumar hafa menſker menn. hoc eſt.

*Omnes deraſa ſunt, quæ fuerant inciſa, & cum ſacro mulſo commixta, atque in varias vias miſſa, quædam ſunt inter Aſas, quædam inter Alfas, quædam inter ſapientes Vanas, quasdam habent homines ſeminio humano orti.*

Vides Runas etiam, quas retinent homines, ramenta eſſe ex *Odinis* clypeo Plura non congeram. Pagani certe nihilnon ab *Aſis* accepiſſe ſe credidere, cujus quidem in humana vita uſus eſſet.

Cap. 2. pag. 12. v. 9. ſcribis: *Jam vero tam claros &*

*limpidos nos ipſi hujus vocis* ᚴᚢ *tenemus fontes, quod ſupra mon-ſtratum*, &c. Ecquos vero fontes, Vir Clariſſime? nimirum, inquies, qui aperti ſunt ſupra Cap. 1. pag 1. & 2. illic videlicet a *Ren* Danica voce corrupta, & nuper deformata, duci *Run* videtur, olim *Renna* dicta, quæ vox *fluxum* & *canalem*, per quem labuntur liquores aut minuta arida, ut pulvis, arena, cinis &c. ſignificat.

*Liquores notat a verbo eg renn, labor, fluo.*) Heic a *Rynnur* ſulcis aratri, quam priſcam & nativam vocem aſſeris, quod crederem Doctoris Wormii cauſa, niſi renueret priſca nativaque vox *Rein*, quæ non ſulcorum tantum, ſed rerum quarumcunque continuarum rectam extenſionem, diſcretarum ordinem denotat, cujusque pluralis *Reinar* ipſiſſimum παραλληλισμὸν ſignificat: Non admodum agrorum colendorum cura, illo ſeculo, magnis animis placuit, ut ſuum inventum ab ejus rebus appellarent; ſervitiis & imbellicioribus, ac proinde vilioribus, commendabatur, ut alibi dixi.

Nolim igitur alluſiones illas, pro fontibus τῆς ἐτυμότητος, iisque claris & limpidis venditari, cum lacunæ ſint & ciſternæ turbidum laticem excipientes linguæ jam diu corruptæ. Quanto rectius, principio tuoque judicio convenientius, *Runa* vocabulum primitivum ſtatuiſti, a qua ſententia ſuſpiciones alluſionum te nullæ dimoverint. *Spelmanni* aliorumque ſententiæ Normannice peritis lienem cient, a magico abuſu meretricioque Virginem *Runam* appellatam ſtatuentibus. Quaſi non & illæ virgines naſcantur, quæ poſtea pudorem vendunt. Prius lecta & intellecta eſt *Runa*, quam operata, an tantiſper nomine caruit? Imo vero magicus character *Runa* non eſt, ſed Runarum contextus carmen integrum artificioſo compendio abſcondens, ut in conjectaneis diſſerui, καταχρηστικῶς autem, quia unitatis ſpecie ſenſu multiplex oculos incurrit, *Runa* dicitur, ut a ᛒᚴᚢ *Brun*, acumen, ora in acumen deſinens, verbum *eg Bryne*, acuo: Sic a *Run* character *eg Ryne*, oculos in rem tenuem ut minutos characteres intendo, & conſequenter, magico characteriſmo intercedente, quidpiam inveſtigo, ut ex *Hrolfi Krake hiſtoria* in *Conject.* doceo.

Cap. 3. v. 24. *Huic etenim literatura rerum naturalium inqui-*

*quiſitioni, Aſtronomiæ, Magiæ, quin etiam qui ſe conſecrarunt, Runer* & *Adelruner vocarunt.*)

Nusquam hoc obſervavi, harum artium peritos aut ſtudioſos a Nordmannis *Runas* aut *Adelrunas* vocatos eſſe, nec ex illorum credo monumentis id probari poſſe. *Rune* pro familiari & marito, ut pro uxore *Runa* apud Poetas poſitum extat ſive his artibus inſtructis ſive illiteratis, *Voloſpaa* (de pœnis inferorum loquens;)

"Sa hun þar vada þunga ſtrauma
"Menn meinſuara ok morduarga
"Ok þann annars glepur eyra Runo &c. id eſt;
*Vidit illic incedere per graves æſtus*
*Homines perjuros* & *ſicarios*
*Et qui alterius corrumpit viri uxorem.*

*Aldaruna* vocem omnino peregrinitatis arceſſo. Veterum tabulæ litem judicent. Proprium fœminæ cujusdam nomen *Alf-Runem*, non *Adal-Runem* novi. *Aulrunam Brynhildis Budlonia* inter Magicos characteriſmos refert in Hiſtoria *Faſnicida*. *Adalrunum* hominem virum, aut *Adalrunam* fœminam a ſtudio vel ex profeſſione dici, nullus credo. Sed nec vox *Adall* nobilitati nominandæ olim ceſſit, ut hodie pro ipſa uſurpatur; verum ingenium, indolem naturamqne ſuam cuique propriam priſco ſermone expreſſit ſine diſcrimine ignobilis a nobili.

*Odin* in *Hafamälum*

"Fimbul-fambe heiter ſa er fatt Kann, ſeigia
"Þad er Oſnoturs adall. hoc eſt:
*Immanis Curgulio appellatur qui loqui nihil poteſt,*
*Hæc inficeti eſt indoles.*

Poſtea nobilibus illa vox acceſſit, quaſi nativis ingenuis & genuinis, contra plebis colluviem & confuſaneum genus vulgi diſtinguendis, quod ſeminium cum ſervis & peregrinis miſcuit. Jam & *Halfrodi* carmen, ubi R*un* pro aulico poſitus videtur, a tua Excellentia citatum, ita interpretor;

"Grams Rune letur glymja
"Gunrikur hinn er huot likar
"Hogna hamre ſlegnar
"Heipt bradur um ſik vader.

*Regi familiaris* ( ſatelles ) *facit reſonare*
*Bellona potens, cui prælium placet*
*Haugna malleis cuſa*
*Ira præceps circum ſe veſtimenta.*

Ordo hic eſt:

*Familiaris Regis* ( ſatelles ) *bellico numine plenus iraque præceps, cui prælia cordi, circa ſe facit ſtrepere* ( nimirum per μετάληψιν *induit* ) *fabrili malleo cuſa Hogna veſtimenta*, id eſt, ferream loricam. Ubi vox *Rune* θέσει *aulicum*, φύσει autem alioqui *virum interioris admiſſionis* denotat, paululum laxato variatoque maritali ſignificatu. Male igitur *Lipſius Alurinıam* apud *Tacitum* legit; ſiquid tamen heic video ) male *Schedius*, qui *Alironiam*, quod nihili eſt, propius vero tu *Adalrunam*, ſed ( quod pace tua Vir, Magne, dixerim ) non ſatis integre, quam nullus dubito *Alf-Runam* fuiſſe, hoc eſt, *Alforum numine inſpiratam* atque illis familiarem fœminam, *Alforum* velut contubernalem atque eorundem velut conjugem, qua cum familiarius verſarentur, ὀαριςὺν, quomodo & apud *Jornandem* legam. Duravit ad Patrum usque memoriam internos Alficæ illius conſuetudinis, atque ex conſuetudine divinationis aut figmenta aut exempla, quæ vereor ne non bona fide hodieque deſita ſint. *Alfruna* igitur quaſi *Alfi* cujusdam uxor, aut amica certe familiaris, meo periculo reponendum in Auctoribus præſtare auſim. Dixi quædam de Numinum varii cenſus inter ſe, & omnium cum humano genere commixtionibus, *periculo ultimo Conjectaneorum*: plura, niſi obruerer aliis, dicturus *lib. de priſco Septentrionis dogmate & ritu*. Pro Viris familiaribus & maritis quoties vox illa occurrit, ſemper ſcribitur maſculino fine *Rune*, ut cum pro Uxore & fœmina muliebri *Runa*: atque ſic appellativa ſive communia ſunt nomina; at cum Literam notat, aut proprium ſignificatum in muliebribus nominibus habet, *Run* ſcribitur, quare loca ex *Edda* allata corrigenda ſunt, & ubi ᚱᚢᚿᛦᛅ ſcriptum eſt, ᚱᚢᚿᛅ eſt reſcribendum, quod meum exemplar habet: Nunquam vero aut ᚱᚢᚿᛦ aut ᚱᚢᚿ niſi in Poëſi hactenus obſervavi.

Locus ex *Havamälum* adlatus in meo exemplari integer ſic habet:

Maal

"Maal er ad þylia þulur ſtörar
"þular ſtole at, Urdar brunne at
"Sa ek ok þagdak, ſaa ek ok hugdak
"Hlyddak à manna maal
"Um Runar heyrdak ok regindoma
"Ne of riſting þaugdo, ne of radom þaugdo
"Haafa haullo at, haafa haullo i,
"Heyrdak ſegia ſuo. id eſt;
*Tempus eſt enarrare narrationes magnas*
*Apud cathedram ſenis, juxta fontem Urdis* (nornis)
*Vidi ego & tacui ego, vidi ego & conſideravi ego*;
*De Runis audivi & Deorum potentium ſententiis* (myſteriis)
*Nec incidendi modos tacuerunt, nec legendi rationem tacuerunt, juxta aulam ſublimem in aula ſublimi, audivi loqui ſic.*

Ibid. pag. 22. *Dune mune, qua antiquitus Dumine dicta videtur*) imo *Dinumynne.* Flumen proprio nomine *Dino*, oſtium *mynne*, ab ore *munn*, appellaſſe priſcos exiſtimo. *Krako màl*, quæ Dani hodie nomine tenus norunt, rei vulgo neſcii, Krages maal, atque ad *garritum Cornicis* male referunt, cum ſit poëma, quod tu, Vir Clariſſime, primus publico dediſti, *Ragnaris Lodbrokis* geſta recenſens, partim ab ipſo in carcere, partim ab uxore *Aſlauge*, quæ dum in *Spangarſeide* Norwegiæ latuit, *Kraaka* dicta eſt, ut manuſcripta hiſtoria docet. Et poëma in membranaceo Codice meo titulum hunc rubrica ſcriptum præfert. Illa igitur *Kraakomaal*

"Unnum atta Jarla "Auſtur j Dino mynne. *Superavimus octo Comites in Oriente* (loco) *Dinomynne.*

Pag. 23. De *Ofrunis* ex *Haſamaalum* concepta opinio ex vitioſa ſcriptura loci antea prolati orta eſt, ubi legendum erat, *ok regindoma*, ut paulo ſupra vides. Sciendum præterea priſcos voculam *of* ſæpius uſurpaſſe, ubi nos hodie *um* ſcribimus. *Egillus Skallagrimus*;

"Sva er mitt offar, *talis eſt mea circuitio.* Nusquam non illius rei teſtimonia occurrunt. Locus alter ex *Haafamaalum* de *Eyra-runo* conferri debet cum illo, quem ex *Vauloſpaa* principio adduxi. Præſens ita habet

"Annars kono teyg þu þer aldregi
"Eyra-runo at. hoc eſt:

*Alienam Uxorem ne pellicias unquam tibi in familiarem con fabulatricem.* Sive quod idem eſt:

*Ne tam familiariter illa utitor, ut ſuſpicionem injicias uxoris loco illam tibi eſſe.*

De *Runarum ſpeciebus* nulla ſuſpicio ſit.

*Gaman-Runer* ſunt ſermones & colloquia jocoſa pariter & literata. locus eſt:

"Godan Mann teyg þu ther at gamanrunom. hoc eſt,

*Virum bonum concilia tibi jocoſis literatisque ſermonibus.*

*Brybildis* in ſuis *Gaman Runis*, hoc eſt, ſermonibus id genus.

"Bjor fære ek ther Brynthings apaldur
"Megni blandinn ok megin tiri,
"Fullur er liotha ok likn ſtafa
"Godra galdra ok gaman-runa. id eſt,

*Cereviſiam tibi adfero lorica fori, male* (Vir militaris)
*Virtute mixtam & vi Deorum, plena eſt* (hæc) *Gratiis & literis ſalutaribus*
*Bonis carminibus & jocoſis literatisque verbis.*

pro Carmine vocem *Run*, ſed ſimpliciore, poſitam invenies apud *Sturlaſonem* in *Edda* parte altera, quem locum in *Conjectaneis* exhibeo.

Cap. 5. pag. 31. *Ofruna* mulieris nomen legiſſe non memini.

P. 32. An *Danica lingua*, ſic ſimpliciter intellecta, *Runam* ad unquam dici reperiatur, inquiro.

pag. 35. de *Sigrunis* ex *Ragnaris* hiſtoria locus adlatus ita reſtituendus:

"Sigrunar ſkaltu riſta ef thu uilt ſigur hafa, ok riſta a hial-"te hiors. Ita *Sæmundi Edda* habet. Et res ipſa poſtulat, *Sigur*, hoc eſt, *victoriam*, (non facundiam aut prudentiam) *per Sigrunas procurari*; quæ nomen a fine obtinuere, quaſi *victrices Runa. Saxo victrix ſignum* hic appellaſſe videtur:

*Ante ſacraturus victrici lumina ſigno.* Ibidem, ubi *Brum-Runas* nominaſti, reſcribendum eſt *Brim-Runa.* Eſt autem *Brim* fluctus maris objectu littoris fractus: præter enim quod in *Edda Sæmundi* M. S. ubi totum id *Colloquium Brynbildis cum*

Faſ

*Faſnicida* refertur, & ipſius *Faſnicida* hiſtoria vetere, *Brimruna* ſcribuntur expreſſe; ſenſus moniti *Brynhildiani* idem poſtulat. Sic enim ipſa: "Brimrunar ſkaltu riſta, ef thu uilt borgit haſa a "ſunde ſegl maurom; a ſtafne ſkal riſta ok ſtiornarblade ok leg-"gia eld j ar, era ſua brattur breke ne blar unn, tho kiemur "heill af haſi. hoc eſt:

Brimrunas, aut, *fluctus præcipitis Runas, incidere debes, ſi vis opem ferre in freto naviculatoribus, illas incidito proræ clavoque, & ignem ſulco inducito. Non erit fluctus tam arduus, nec ſalum cæruleum, quin opem ex alto venturum ſcias.*

Pag. 37. *Gudrunus*] videndum cenſeo, anne *Gudraudus* rectè ſcribendum ſit, aut, ut exteri ſolent, *Gudrodus*, quod nomen ſeptentrioni familiare obſervo; *Gudruni* haud perinde.

Ibid. *Rungeir*, pro quo quidam *Rutgeir*) Genuinum & vernaculum eſt *Rodgeir*, aut *Hrodgeir*, aut, ut volunt alii, *Raudgeir*, quorum illa *vaſtantem*, hoc *rubentem gladium* notat. *Run* Geir non memini, aut potius memini non legiſſe.

Cap. 16. pag. 87. Þurs *Gigantem* ſignificat ſemper, & rupes montium, ut veterum ſuperſtitio fuit, incolentem, non *pumilionis*, ſed immanis corporis ſpecie ſemper conſpicuum.

Os, diductis labiis pleno ſono pronunciandum, non *Oys* ſcribi debet. Nec *ſinum* ſed *oſtium fluvii* ſignificat, quo ſe in mare exonerat.

*Ridur* aut *Reid*, quamvis vulgo *Rhedam* currumque interpretantur, *Thrideilicas* adluſiones inſecuti; ſuſpicio tamen ſedet, per *fulmen* exponendum eſſe, quod horum utriſque nominibus olim appellatum.

*Runatbattur Odins*:

"Þat kann ek hid tiunda, ef ek ſe tun-ridur leika lopti a, hoc eſt:

*Decimum hoc novi, quod ſi fulmina tonantia videro in aere ludere.*

Codex noſter *de Empt. & Vendit: Cap.* 16. "edur lyſtur reid, *vel ſi de cœlo tangitur.* Certe vox prior *Currum* non ſignificat, poſterior utrumque. Jam ut a tempeſtatibus aeris aliæ literæ nomina accepere, ut *Ur* imber, *Hagal* grando, ſic *Reid* fulmen potius, quam currum expoſuero, violentæ literæ nomen, cujus illa ſtrepitum imitari videtur. Certe literarum nomina reliqua a rebus naturalibus magis quam arte factis accepiſſe obſervo.

Ibid.

Ibid. *Tyr* non Taurum ſed *Tyem* Aſam *Thrideilica* adluſiones exponunt, cum *Aſam* una manu interpretantur.

Cap. 19. pag. 97. ᚼ non *ſie*, ſed *ſe* ſemper ſcriptum, ſemper ſcribendum & pronunciandum eſt. *Je* inculcavit vitioſa recentiorum conſuetndo, qua laborant inter noſtrates inprimis Septentrionalis Quadrantis incolæ, adeo nt *e* Vocalem etiam *je* pronuncient, ab illis autem ad alios longe lateque ſerpſit.

Pag. 99. ᚦurſ *Spectrum deſignat quandoque Duergur.*) Diverſiſſima genera ᚦ*urs* ac *Duergur* confundi nullo modo convenit; Origine, tempore, inſtituto majoribus quam diſtent, ne quid de corporum ſtatura & habitaculis dicam, antiquas membranas, inter quas *Vauloſpaa* princeps, conſulenti, & paſſivam hodieque multitudinis opinionem conſideranti liquet.

Ibid. "Enn ſkalpur er Suerda. *Gladius acutus eſſe ſolet, quaſi* ſkalp *aut* ſklap *gladium ſignificet*) at non hunc, ſed hujus *vaginam*. *Kroka-Refus* in Logogripho, cum *Skalp Grana* Haraldi Sigurdii ſatellitem occidiſſet, circumſcripſit, cum ænigmatice Regi cædem nuntiaſſet, his verbis:

"Vid urdum ſaupſatter i dag, Sverdhus Grane ok ek, hoc eſt;
*Diſſenſimus hodie gladii domus Granas & ego.*

Quem nodum divinus conjector Haraldus paulo poſt ita reſolvit' "Skalp er hus Sverdſins, i. e. *Skalp domus eſt gladii*, hoc eſt, *vagina*.

Ibid. *Ragn er ſverdit bradaſta*) de gladio, cui nomen *Ragn* fuerit, non memini mentionem in *Edda* obſervaſſe, verum fallere potuit. Ego hujus χρείας aliam ſententiam conjicio, nimirum hanc: *Ragn*, dira execratio, gladius eſt acutiſſimus. Sciendum *Ragn* & *Blot* pro diris execrationibus & devotionibus, poſt Chriſti Religionem admiſſam, majoribus noſtris dici cœpiſſe. Cum proprie *Ragn* ſit per *Aſas*, quos *Raugn*, & *Regin* & *Rakna* vocabant, obſecratio: *Blot* ſacrificium illorum ipſorum. Poſtea Chriſtiani in malam dirarum partem acceperint, Et nos hodie *Ragn* vehementem imprecationem perinde ut & *blot* dicimus, *ad ragna* & *ad blota* imprecari. Vult ergo illa γνώμη, *diras lingua maledica gladiorum omnium acutiſſimum eſſe.*

Pag. 100. *Raun* ulcus majus, non ſcabiem aut pruriginem notat. Sententiam χρειώδη ſic interſtinguo & conſtituo:

"Naud

"Naul er beggia barna Böl. giorer naul fol varna. hoc eſt, *Ulcus eſt* (quod doleat) *duum liberum infelicitas. Orcus labiorum inducit pallorem.*

ᚼ *Anni proventus ingens.* Gumna *bona*, *delicias*, *proventum deſignat*) non hæc; ſed homines *Gumar* & *Gumnar* poetis ea voce dicuntur. *Merlini Spaa*, vernacule a *Gunnlaugo Monacho*, *Skalda* auctore, verſa:

"Het Merlinus Marquitur gume, hoc eſt, *vocatus eſt Merlinus multiſcius homo.* Senſus eſt ergo: *Annonam hominum felicitatem eſſe.*

ᛏ. Hoc diſtichon in mendo cubare non dubito, cujus poſterior verſus, ut concipitur, ſenſum relinquit nullum. Tentabo ex memoria, ut quondam videor audiviſſe, reſtituere, nam pleraque horum vulgo circumferuntur.

ᛚ ſive integre " Laugurin fellur ur fialle,
"Fautt eru giauld hia Jarle.

Hoc eſt, *liquor*, & in ſpecie, *lacus Gautlandiæ*, (Svionice qui *Laugur*, *Edda* aliiſque monumentis teſtibus, dictus eſt,) *fluit ex monte, fixa ſunt ſtipendia apud Comitem.*

Queri nimirum Auctor videtur de *Jarls*, quem *Jallum* pronunciamus (& ipſe ſic forſan ob conſonantiam Poëta ſcripſit) de Comitis Domini ſui tenacitate, ſtipendia militum ſatellitumque velut fixa retinentis.

Ibidem: "Mikil er greip a hauke] *Greip* quod inter eſt digitos ſpatium ſignificat a verbo *eg grip*, *rapio*, *teneo*, *arripio*, *capio*, ſenſus illi *Heſiodico* ſimilis:

Νήπιος ὃς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν

Item illi:

*An neſcis longas Regibus eſſe manus.*

ad verbum ſic:

*Magnum interſtitium ungvium accipitri.*

Cap. 20. pag. 107. Chronologia *Haraldi Hildetanni* atque adeo Daniæ Regum omnium incerta ſuſpectaque omnino videtur, quod alibi oſtendere conor. Monſtroſa illa vetuſtas a προλήψει quadam, *Saxone* non ſatis recte intellecto, manans originem traxit. Nobis certum eſt, per Antiquitates Manuſcriptas, ſeculis ante *Aſarum* in Aquilonem ingreſſum, certi

nihil

nihil quicquam innotuiſſe, qui & linguam & literas in Septentrionem invexerunt. *Hildetanni*, ut aliorum plerornmque, vetuſtas tanta nequivit eſſe, ut Gallieni regno anno Chriſti 270. floruerit, ſi vera eſt Regum Daniæ Genealogia, quæ *Sigurdum Hringum*, *Ragnaris* Patrem, illius ex uterino fratre *Randvere* nepotem fuiſſe faciunt, quem hic etiam ſenio confectum bello ſuperavit. Quod fragmentum *Pugnæ Bravallicæ* manuſcriptum nuper a me erutum docet. Verum hæc forſan alias.

Pag. 108. *Fimbul* aut *Fimbul tyr* proprium nomen haud eſt, ſed pluribus ſubſtantivis præmiſſum adjectivi loco invenitur, ubi immanitas aut inſana magnitudo intelligenda relinquitur, ut in *Edda* Fimbul-vetur, *inſanum magna hiems*, quæ tres annos abſque æſtatis interventu continuavit.

Fimbul-Fambi, *inſanum fatuus*, in *Haſamaalum*. Ita hic Fimbul-tyr *immane inſanum magnus*. *Jotun* intelligendus eſt, a quo *Odin* literarum plures accepiſſe ſe refert. Credo, *Baulthornem Archigigantem* innuere vult, aut alium ſimilis farinæ. Sic fimbul-liod *immane inſanum graves voces*, *verba*, *carmina*, novem ab hoc *Baulthorne* didiciſſe idem *Odin* in *Runaþatte* ait, his

"Fimbul-liod, niu nam eg af inum froda Jotne Baul thorni
"Berſlu fodur.

*Immane graves voces* (etiam pro literis *liod* accipitur) *didici ex perito illo Gigante* Baulthorne *Berſla Patre*.

Þulur etiam *hominem ætate, corpore, annis grandem* notare didici, e quo pleraque diſcere poteram, *Sæmundo* in *Vaſþrudnis-malum* his:

"Tha ſkal freiſta, hver er fleira Viti,
"Geſtur edur hinn gamli gamli þulur.

Ita *Gigas Vaſþrudner* ſe ipſum appellant, hoc eſt:

*Tentandum ergo erit, uter plura ſciat,*
*Hoſpes, aut vetulus hic Senecio.*

Ita Fimbul-þulur *inſanum-grandis homo vel Gigas*, circumſcriptione priſcis familiari. Heic pro *Baulthorne* intelligi par eſt, aut Archigigante alio: Proprium certæ perſonæ nomen per vocem *Fimbul*, quæ tot præmittitur diverſis rebus, intelligere non eſt.

Cap. 23. pag. 118. *Tradla*) ſcribendum cenſeo *Tradka*, qnod noſtratibus quotidianum eſt; *tradla* ne priſcis quidem innotuit.

Pag.

Pag. 125. *mer ſer* legi vult Clariſſ. Vir, *Mier ſier*. Fateor nunc vitioſe paſſim ita pronunciari, ſed peſſime: Omnes antiquæ membranæ conſtanter absque ſpurio hoc *i* Boreali, tales voces omnes ſcriptas referunt, nihil eſt aliud *mier ſier* quam prava conſuetudo.

Pag. 146. In pyctacio *Gloſſarii Poetici* pluſcula animadvertenda occurrunt, præſertim quæ ad flexiones & declinatus nominum ac verborum attinent; paucula quædam alterius etiam ſignificatus crediderim, nonnulla etiam vulgari omnium ſeculorum uſu frequentiſſima ſunt; quæ tamen pro Poeticis adnotantur; ſed minutias illas perſequi nec otium eſt, nec animus, ſatis eſt in genere ſubmonuiſſe. Sunt etiam in perſonarum Nomenclatore quædam, quæ nullus intelligo, nec tamen illa propterea improbem; alia de quibus dubitem, propriane hominum nomina ſint, an appellativa rerum vocabula. Certe nomen *Lifraudur*, niſi cognomen Viri ſit, propius nihil eſt, quam ut adjectivum nomen cenſeam, vulgo nobis tritum, qui *Lifraudan* dicimus colorem, qui ruborem hepaticum refert.

Plura nunc non poſſum, qui ad difficillimum Viſitationis iter, nimium ſerus, Orientem verſus accingor. Tuum vero fuerit, Vir Clariſſime & optime, Fautor ac Præceptor æternum ſuſpiciende, hæc levia & oculis tuis eruditiſſimis, niſi aliter velles, indigna æqui bonique conſulere, ac de humanitatis meæ ſtudio exiſtimare, ut qui Tuæ Excellentiæ primas, ut diſcipulum decet, nunquam non atque merito deferam. Niſi hanc enim glaciem nobis tua Claritas perfregiſſet, æternum non ſolum ego, ſed univerſus, audeo dicere, ſeptentrio veternoſo frigore conſtrictus exanimisque torpuiſſet. Tu ſolus & primus oculos in domeſticis, quibus uti debeant, quicunque cœcutire nolunt, poſt longam noctem omnibus reddidiſti: quo nomine gratias tibi totus debet habetque Aquilo nunquam intermorituras, ac ſibi ſe tua induſtria redditum, nunquam ſine Statoris *Wormii* grato præconio, recordabitur.

Vale Vir Clariſſime, publice Gentium Septentrionalium Doctor, Vindex & æternum præſidium. Iterum Vale & Spicilegium hoc magnæ meſſis tuæ optimi conſule, cui ſolidam diem

æſtuante

æſtuante curis animo impendi. Dabat Skalholti V. Kal. Sext. Anni MDCLI.

T. Cl. Dign.
ſtudioſiſſ.

BRYNOLFUS SVENONIUS.

P. S.

Ductus characterum inelegantes, mendas & membrorum confuſiones atque innumera peccata alia, partim a me partim rudi manu tironis exſcriptoris admiſſa, boni conſulas & benigne reſtituas. V. V. Clariſſime.

## DCCCCLXXIV.

Fx litteris

OLAI WORMII

ad

*M. Brynolphum Svenonium*

*Epiſcopum Schalholtenſem.*

* * *

VErum jam agnoſco quod vulgo fertur, *minuit præſentia famam.* Ex transmiſſis enim *ſiglis* illis *Hitardalenſibus*, in quibus maxima myſteria contineri mihi relatum fuit, nil niſi nugas colligo & nominum quorundam propriorum involutas notas, eorum forſan, qui, ubi locum iſtum viſitarunt, ſui memoriam hiſce relinquere voluerunt. Gratias autem ago pro labore & communicatione; non minus enim laboris in eorum vindicatione opus erat, ac ſi maximi momenti res iis conſignata fuiſſent. Reliqua pericula tua exſpectamus, nam non ſine periculo diutius differuntur tantopere deſiderata, & promiſſum omne cadit in debitum. Si quid rarum & ad rem noſtram faciens hactenus obſervaveris, communica, rogo. Vale, &, ut facis, ama. Hafn. 14. Maji, 1652.

DCCCCLXXV.

## *DCCCCLXXV.*

# Ex literis
# ENARI ARNFINNII
# ad
# *Olaum Wormium.*

* * *

Cce in manus, cum præſentibus, trado, & ad oculos ſiſto aliquid rari; lapillum nempe, de quo quidem relatum mihi in cygni nido repertum eſſe; oculatus tamen rei teſtis ego exſtiti. Qui ſi quid ſingulare & eximium præ vulgari la e habeat, totum hoc, Vir doctiſſime, tuum eſto, cum re uis naturæ & fortunæ bonis, quæ tibi a Deo indulta eſſe idemus. Malui hoc quicquid eſt tecum communicare, am *Johanni Marco Mummio*, Danis & Iſlandis ſatis noto, contemnendo pretio relinquere. Alter ille albicans & ali ex parte pellucidus, quem litoralem exiſtimo, dignus pro to non eſt qui transmittatur.

Vidua optimi noſtri *Arngrimi*, (qui e valle terreſtris litiæ ad cœleſtem aulam evocatus eſt, anni præſentis die 27. aii) maritum meritiſſimum nondum eluxit. Ea ſalutatum millime te cupit, Dominum fautorem & amicum, ut quon m conjugis, ita nunc filii, imo filiorum, qui reſtant, *Thorla*. ſcilicet, *Bernhardi*, *Gudbrandi*, quorum primus 17. ſecundus . tertius 8. annorum eſt. Sperat etiam, imo confidit fore, ut *orchillum Arngrimi*, natu maximum, jam civem apud vos A lemicum ſalutaribus juves conſiliis, ſi (ita diſponente Deo,) ntingere poſſit honeſta ac commoda occaſio, ut in paterna ſidentia ſucceſſor fiat. Quæ palma ſi forte intervertatur, con ltius videtur vivere inter Muſas, doctis ſe tradere Muſis, quam ſtiſſimo hoc tempore, poſt malam & duram hyemem, pejus durius ver, peſſimam & duriſſimam æſtatis ſegetem, penu im rerum omnium portendentem, in negotia & res pœnitens s ſeſe conjicere. Qua de re paucis ad ipſum *Torchillum* per eras ago * * Deceſſit b. *Dn. Arngrimus* Simeonis inſtar, in to ſedens, ſuis convocatis concionatus, ad patientiam in fide hortando, poſtremaque verba Pſalmo claudendo; mox veluti

dors

dormiturus ſuaviter recubans, atque ſic eodem mox momento animam Creatori reddidiſſe animadverſus eſt. Merito ergo mihi hic aſſumenda ſunt tetraſtichi tui, ad Epicedium Arngrimianum appoſiti, ultima verba, heic accommodatiſſima: *Crede mihi, haud moritur, qui bene ſic moritur.* * * * Dab. Stad Hrutaſiordenſium Nonis Auguſti 1648.

## DCCCCLXXVI.

### Ex literis

# ENARI ARNFINNII

### ad

### *Olaum Wormium*

* * *

A quodam audivi, tribus a mea domo milliaribus eſſe colliculum lapidoſum, qui quondam habuerit lapillos, ut coloris ita ponderis & quantitatis differentis, vulgaribus abſimiles. Verum quia operæ ruſticæ ex improviſo non permittunt eo evagari, quod interim oportuno tempore in gratiam Dn. Amici facturus ſum; ego, bona cum Tua venia, nunc audeo rudem, incultum, & tantum non turpem lapillum hiſce adjungere; ſi forte ejusmodi alium antea non adeptus ſis. Dicitur noſtris *Marbendils-ſmiide*, ſeu rectius *Marmennils-ſmijde*, quod ad literam ſonat, *homuncionis marini fabricatio*; *Marbendil* enim corrupte legitur, pro *Marmennill*, a *mar* (mare) & *mennil* (homuncio) diminutivo ab accuſativo *Mann* formato, qui a nominativo *Madur*, i. e. homo. Bendill autem eſt a *Bandi*, ligamen. Fluxiones ventris ſiſtere dicitur, ſi cadens in lacte reſtinguatur, lacque ipſum ſic bibatur. Memini me adoleſcentem a quodam nugatore ſciolo audiviſſe, non ſine magna difficultate ex eo parari poſſe *Orci* vel *Plutonis galeam*, Iſlandis *Hülenshialm*. Ita nobis dicitur, quicquid eam habet a natura vim, ut qui hoc geſtaverit, occultetur & nemini ſit conſpicuus. *Hulenshialmur* dicitur ab *eg hyl*, i. e. occulto, tego, & *hialmr*, galea. Modum nolebat logodædalus ille indicare, quem & forſan ignoravit ipſe, niſi quod manui & quidem volæ quaſi inſeri deberet, ut exiſteret inter carnem & cutem; quod fabuloſum admodum & nemini ſano perſuadendum mihi viſum eſt. Eſt

Eſt porro quiddam, de quo mentionem facere eſt animus, nimirum, ſi R. Tuæ allubeſcit ſcrutari antiquæ noſtræ Poëſeos hieroglyphica dicta, & ænigmata. Degit jam nempe inter vos, ut ſpero, homo noſtras, *Gudmundus Andreas*, Poëta inter noſtros inſignis, multæ lectionis, nec mediocriter ſubacti ingenii. Accidit illi, ut ob conſcriptum Diſcurſum polemicum, in ſanctionem quandam noſtratium pragmaticam, non tam accuſaretur, quam veluti turbulenter ex itinere abriperetur, ita ut neceſſe ipſi fuerit ad Regiam appellare Majeſtatem. Atque ut is poſſit (*Gudmundus* ſcilicet) Dn. Amico in aliquo ſcrutinio antiquitatis gratificari, mitto illi *Voluſpan*, & *Gvidons maal*, cum nonnullis annexis, ad poëſin pertinentibus, nec non literis ad eum vernaculis; Quæ omnia ad tuas optimas manus fideliter perferri velim, ob argenteos unciales duos, Gudmundi literis inſertos eique tranſmiſſos. * * * Dabam Stadio Rutafiordenſium, 15. Auguſti An. 1649.

## *DCCCCLXXVII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Einaro Arnfindio.*

STudium tuum in colligendis & tranſmittendis Naturæ raris valde mihi placet; eo enim ſpero meo Muſeo Auctarium haud leve acceſſurum. Non enim dubito, quin lapides, quorum mentionem facis, quique figura ac pondere a vulgaribus diſtant, pulchri quid præ ſe ferant ac rari. Is, quem miſiſti, e genere eſt *Stalagmitis*, ac ad littora Norvegiæ quibusdam in locis frequens invenitur; ex ſpuma maris & vi quadam lapidifica concretus. Credo habere vim adſtringendi, ac Dyſentericis utilem. Sed quæ de *Plutonis Galea* adjiciuntur, plane ſunt fabuloſa. *Gudmundus* veſter in magno verſabatur diſcrimine, & niſi ego cauſam ejus, in tui gratiam, egiſſem, actum forſan eſſet de ejus vita, & frigore ac inedia periiſſet. Sed non dubito, quin ipſe ſingula particularius ſit narraturus. Periculoſum eſt, decreta Principum convellere, & contra eos ſcribere, qui poſſunt proſcribere. Quæ ipſi miſiſti, bona fide curavi. Tibi vero jam Teſtamentum N. mere Græcum, ſed Ar-

Argentoratenſis editionis, quam meliorem arbitrantur Belgica, transmitto, boni ut conſulas, rogans; ſpero, Mercatorem veſtrum rite curaturum. Vale, & Erlandum, ſi datur facultas, ſaluta. Hafn. Calend. Maji, 1650.

## *DCCCCLXXVIII.*

## Ex literis
## STEPHANI OLAVII
## ad
## *Olaum Wormium.*

* * *

IN hiſce turbis nihil potueram earum rerum acquirere, quibus impenſe novi Tuam Clar. delectari. Interim tamen tria mitto lapidum genera. Primus lapis, qui mihi elegantiſſimus videtur, ante annos 50. in templo Kyrkebæenſi repertus eſt, diligenter ab illo tempore aſſervatus: Colore viridi & tribus capitibus, fere rotundis, inſignis; quamvis exiſtimem, tres ejusdem generis lapides, mediante ſucco lapideſcente, in unum hic coaluiſſe, quod externa lapidis facies indicare videtur. Alterum invenit Patris mei operarius in iſthmo quodam, Gelldingsnes dicto, adeo fortiter ſaxo adhærentem, ut digitis vix avelli potuerit. Apicibus & tuberculis, quibus ornatus eſt, ſuam ex terra generationem oſtendere videtur: Præterea , ſi in loco ſubobſcuro tractetur , iunumeris micantibus granulis ſcatet. Tertius luteus eſt, ſilicem referens, quem in monte Hellers-heidi inveni: Sed quia ferro illiſus ignem excutere nequit, peculiare quoddam genus conſtituere arbitror. De ſingulis tuam ſententiam accipere valde deſidero. His adjungo pyxidem, a quodam juvene Iſlando ex dente balænæ formatam, qua Nicotianam pulverizatam ſternutamentis evocandis aſſervari voluit. Hic juvenis pleraque artificioſa, quæ oculis uſurpat, imitatur, ipſe ſibi Magiſter; in primis vero latrunculos Scacchidis affabre format & mediocri pretio vendit. Plura non habui . . . Kyrkebæ in Iſlandia 15. Sept. 1648.

DCCCCLXXIX.

## DCCCCLXXIX.

## OLAUS WORMIUS

### *Stephano Olavio.*

AMiciſſime Dom. *Stephane*, Quod a me aliquot annorum decurſu nullas habueris literas, nolo, amicitiæ obliteratæ adſcribas, ſed partim quod ignoraverim,quiMercatotum noſtrorum portum veſtrum petant, partim quod diſceſſerint, me inſcio; Non enim ejus animi jam ſunt diſcipuli mei Iſlandi, cujus tu & alii ſimiles olim erant, ut de Mercatoribus diſcedentibus moneant, &, qui aut quos petunt, doceant. Præterito vero anno confuſa erant, ob motus Anglicanos, omnia, nec certi erant, an in Iſlandiam naves eſſent ablegandæ. Cæterum de meo in Te affectu ſecurum Te eſſe volo, & ſiquid ſit, quo rebus tuis prodeſſe valeam, promptum invenies. Cæterum pro exuviis avium transmiſſis gratias habeo maximas; tum enim, quas tenebam, teredine ferme confectæ erant. *Cluſius Mergum maximum Farenſem* vocat. Sed ejus hiſtoria mihi a Te communicata gratiſſima fuit, quod rara habeat, nec a *Cluſio*, nec ab aliis animadverſa. Curavi ( facta tui honorifica mentione) Hiſtoriæ mei Muſei inſeri, quæ jam Lugduni Batavorum ab Elzeviriis excuditur Quantopere vero Muſeum ab abitu tuo ab amicis locupleratum ſit, videbis ex adjuncto, quem mitto, catalogo. Tu porro, ſiquid occurrat rari, communicare haud deſine. Certo Tibi perſuadeas, id ſine tuo honore non fieri. Peſtis apud nos graſſari cœpit, & multos ſuſtulit; mihi eo hoc accidit gravius, quod hujus anni Rectoratum in me devolverunt Collegæ. Deus nos benigne conſervet! & tuis precibus nos habe commendatos. Vale. Hafn. 23. Maji, 1654.

## DCCCCLXXX.

## Viro Nobili, Celeberrimo, Excell. Dn.

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

MAgnifice Dn. Rector, Fautor & Promotor æternum colende

de. Præcipiti profectione mea, quam urgebat Illuſtris Dn. Archithalaſſus, factum eſt, ut coram Tuæ Magnificentiæ gratias agere non licuerit, quanquam haud unquam ſatis dignas reddere potero, ita agnoſco beneficia in immerentem collata longe maxima. Quod potero tamen, enitar omni cura atque induſtria, ut exſpectationi ſatisfaciam. Exſpectabat enim abs te, Vir Magnifice, Illuſtris Dominus meus, ut ſibi commendares hominem probum atque fidelem; eum me fore judicaſti: Indigniſſimus ergo ſim hujus lucis uſura, ſi fallam tanti Viri judicium. Interim rogo, ut, quando me ipſo interprete tantum valuit abſentis commendatio, ne graveris hunc hominem eidem Illuſtri Domino coram, ſi detur occaſio, laudare vel ultra meritum; quo enim majora de me conceperit ipſe, eo magis ad æquandam illius ſpem exſuſcitabor. Vale & fave. Dab. in arce Jonckshoffvit 4. Id. Sept. Anni 1648.

Tuæ Magnificentiæ
Servus humilis
NICOLAUS MERCATOR.

## *DCCCCLXXXI.*

## FRANCISCUS BERTALDUS
Clariſſimo & Doctiſſimo Viro
*D. Olao Wormio*
S. P. D.

*Hafniam.*

ETſi vereor, doctiſſime Wormi, ne memoria mei prorſus omnis & inchoatæ olim inter nos per aliquot dies in Dania familiaritatis, per tot annorum & terrarum intervallum animo tuo exciderit; non poſſum tamen *Iſaaco Voſſio*, Haffniam petenti, literas ad te aliquas non dare; non quidem ut eum, quod moris eſt, commendem, Virum quippe eximium & tibi paterno ſuoque nomine ſatis notum, ſatis charum, ſed ut per

eum

eum potius me ipſum tibi ſiſtam, & vetus erga te ſtudium eo fidejuſſore obteſter, a quo nihil niſi gratum & acceptum ſis habiturus. De Illuſtribus Arctico orbe Viris me, antequam eo proficiſceretur, percontanti, te unum nominavi, qui omnium mihi inſtar eſſes, & illi, quamvis avido & in omni diſciplina verſato, ſufficeres. Nec illi novum fuit, talia de te audire, non difficile talibus aſſentiri, tuam in perſcrutandis Vandalorum monumentis diligentiam & pervicacitatem jamdudum apud patrem edocto. Viam profecto inveniſti minime tritam, qua omnes Litterarum amantes tibi devincires, de literis ipſis tam bene merendo, &, qua mortalibus omnibus innoteſceres, abſtruſa & remota adeo eorum oculis ſubjiciendo. Id doctorum præcipuum eſt præmium; prædicantur ab iis, quibus ignoti ſunt; pervagantur loca ubi non ſunt; & ab omnibus eorum vita ſuſpicitur, incolumitas ſcitur, memoria celebratur. Obſcuro vero homini amici magno cum labore comparandi ſunt ſinguli, alloquiis fovendi, epiſtolis colendi. Quoniam itaque mihi hac ratione ſolum licet, recordationem tuam excito, amicitiam aucupor, honorifica de te mentione Pariſiis apud *Puteanos* Fratres ſæpe recreatus, & tuorum, qui maximo applauſu evolvebantur, librorum aſpectu in antiquo erga te amore non ſemel confirmatus. Aderat & *Pererius* noſter, cui conſuetudine tua per *Thuillerii* moram diu Haffniæ uti licuit, & multa narrabat, quibus interfuiſſe optarem. Ego cui nullum contra oblivionem tui ſubſidium a quinquennio fuit, mihi tandem, ſero licet, hac epiſtola inpræſentiarum provideo, omniaque mea inſuper tum Pariſiis, tum hic, ubi aliquantulum forſan morabor, exhibeo. Vale. Datum Monaſterii Weſtphalorum die 19. Januarii anni milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi noni.

## *DCCCCLXXXII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Franciſco Bertaldo.*

*Pariſios.*

QUam gratæ mihi tuæ fuerint, quas per *Iſaacum Voſſium* miſi-

miſiſti, effari nequeo; non ſolum enim veteris amicitiæ refricabant memoriam, ſed & in familiaritatem Viri iſtius literatiſſimi me inſinuabant. Mecum fuit aliquoties, antequam in Sueciam iret, ac de rebus variis gratos miſcuimus ſermones. Paulo poſt abitum fama accepimus, Parentem ejus diem ſuum obiiſſe. Dolemus, Rempublicam literariam tanto privatam eſſe ornamento, tum quod egregio iſti adoleſcenti ea non obtigerit felicitas, ut domi moribundo Parenti aſſiſtere potuerit. Cæterum quo grati animi documento tantum tuum amorem & benevolentiam excipere debeam, non video, qua non ſolum favori Nobiliſſimorum *Puteanorum* me inſinuare, ſed & nugas meas adeo doctis commendare non vereris, ut inde meæ famæ & honori haud parum accedat. Agnoſco amorem, agnoſco candidi pectoris igniculos, qui nec hac loci intercapedine nec tanto temporis tractu exſtingui ſe patiantur. Me certe non raro tui memoriam apud *Hennequinum* veſtrum, qui has fert, refricaſſe, ipſe teſtis erit. Optaſſem equidem, tam ſuavi tamque jucunda tua converſatione frui diutius hic licuiſſet, ſed, quod invidebant fata, literarum commercia non inhibuiſſe gaudeo. Proinde inchoatam quin foveamus familiaritatem, per me non ſtabit, qui hiſce oris officia & animum ſervo paratiſſimum. Dominum *Gaſſendum*, *du Marignini* alioſque notos officioſe ſaluto. Hafn. 29. Maji.

## *DCCCCLXXXIII.*

Incomparabili Viro

D. OLAO WORMIO

*Med. in Reg. Academia Havnienſi Doctori & Profeſſori Publico & p. t. Academiæ Rectori Magnifico, Antiquitatum Patriæ Vindici Pio, Felici, Patrono meo magno*

S. P. D.

SI illi, qui Patriam civeſque ab imminenti exitio vindicarunt, coronis ſtatuiſque jure ſunt honorati, atque poſt exceſſum

ceſſum inter Heroas ac Semideos habiti, tu qui Patriæ tuæ vi tam, ſplendidiſſimis civibus famam atque æternitatem conciliaſti, atque ab eo exitio, quod pluribus ſeculis omnem noſtrarum rerum memoriam involverat, ita vindicaſti, ut Eruditorum luce denuo frui poſſent, quanto majori jure omni honorum genere es proſequendus? Quanto enim fama atque exiſtimatio (quam ipſa vita potiorem omnium ſeculorum ſapientes judicarunt,) omnibus aliis rebus præſtat: tanto etiam majora omnium aliorum meritis tua ſunt cenſenda, quibus ea vindicaveris, quæ Patriæ tuæ ac præſtantiſſimorum civium famam atque æternum nomen conſervabunt. Equidem apud Romanos aliasque gentes Hiſtorici rerum bene & naviter geſtarum memoriam libris conſervare ac æternitati conſecrare ſunt conati. Sed ea tamen omnia fatali flammæ ita ceſſerunt, ut vel nullum plane ſui veſtigium, vel cadavera tantum lacera ac mutila nobis reliquerint. Noſtri vero majores aliam rationem ſunt ſequuti, cautibusque ac rupibus ita ſuorum geſta inſculpſere, ut nec igni nec aquæ facile eſſent obnoxiæ. Vicit tamen tempus, ac fatalis illa rerum omnium viciſſitudo; nec tam rupes cauteſve, quam hominum animos corrupit. Ipſa enim Patriæ lingua ipſique adeo apud omnes gentes venerabiles Danorum characteres, ita apud ipſosmet Danos in oblivionem venere, ut nuſpiam magis quam in ipſa Patria peregrini eſſemus: Cumque alias aliarum gentium linguas ſatis bene calleremus; patriam ſcripturam neque legere neque intelligere poſſemus. Dolendum quidem illud atque deplorandum, ſi ullis lacrymis tanta clades reſarciri poſſet. Ita enim plurima nos venerandæ vetuſtatis monumenta amiſimus, cum imperiti homines, quid rerum ignotis illis ſignis indicaretur, neſcirent. Et plura amiſiſſemus, imo æternis tenebris omnia noſtra obvoluta fuiſſent, niſi tu non minus pie quam feliciter ex ſitu & oblivione hæc eruiſſes, & quaſi alter Hercules ab inferis reduxiſſes. Ita ergo tu, Magne Vir, non ſolum ipſam Patriæ ac Majorum famam, verum etiam ea, quibus hæc continebantur, ab extremo exitio liberaſti, atque æternitate ac perpetua memoria donaſti. Pro quibus beneficiis quid Patria tibi debet? imo quid non debet? Equidem meritus es, cui omnes publice ſtatuas ponant, coronasque & alia dona offerant. Sed cum ea nonniſi a publicis perſonis nunc dari poſſint, nos privati te iis, quibus poſſimus, donis hono-

honorabimus. Ego quidem tenue hoc atque vile donum ingenii ac laborum meorum fœtum primigenium, quem cum præſentium exhibitore transmitto, tuo nunc genio offerre ac conſecrare cogor, cum nihil habeam te dignum. Sed ſi meliora Numen dederint, & tibi meliora cedent. Id tantum peto, ut parva hæc eo amore ac benevolentia complecti velis, quo Patriam tuam, atque in illa bonos omnes, ſemper proſequeris. Ego vero nihil magis in votis habeo, quam ut incomparabili tuæ eruditionis penu inſtructus atque adjutus, aliquam his rebus operam dulciſſimæ Patriæ navare poſſim, atque ita jure gloriari, me & tanto Præceptore uſum, & tanta ab ipſo didiciſſe. Vale.

Lugduni Batavorum 3. Eidus
Februarias CIƆIƆCXLIX.

Tuæ Clariſſ.
addictiſſimus cliens
WILHELMUS LANGIUS.

## DCCCCLXXXIV.

## OLAUS WORMIUS
*Wilhelmo Langio.*

**Lugdunum**

Literas tuas, doctiſſime *Langi*, una cum erudito tuo *de Annis Christi* libro, probe accepi, pro quibus gratias Tibi ago maximas. Rem certe aggreſſus es difficilem, quæ multorum & maximorum Literatorum defatigavit ingenia ; quod feliciter ſit expedita, tibi ex animo gratulor, & proſperos porro opto conatuum ſucceſſus. Non diffiteor, multos apud nos miratos fuiſſe, a te tantum negotium tam feliciter confectum, ſed ſcio, inviam virtuti nullam eſſe viam. Perge Reipublicæ literariæ porro prodeſſe, non tibi deerit laboris in templo honoris & gloriæ perennis merces, nec patria tantum decus indotatum relinquet. Cæterum cum te in temporum ratione accuratum adeo videam, non poſſum, quin in hoc genere tibi dubi-

dubium proponam, quod me adhuc torquet, cujus ſi mihi enodaveris rationes, amplius in ære tuo ſum futurus. Anni ſunt elapſi pluſculi, ex quo vitam Hippocratis noſtri ex Sorano excerptam, quæ extare ſolet ad calcem operum Hippocratis, legi, ubi inter alia offendi, natum fuiſſe Hippocratem noſtrum μηνὸς Αγριανῦ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ, ubi quidam pro Αγριανῦ legunt Αγρινῦ, quidam Αβριανῦ. Quis igitur apud Græcos hic fuerit menſis, & cui Romanorum reſpondeat, ſollicite inquiſivi. Conſului auctores haud paucos, etiam rerum Græcarum callentiſſimos Magiſtros, ſed omnes hactenus ſpe me fruſtrarunt. Si Tu in hac palæſtra verſatiſſimus, quid de hoc menſe tenendum, me docueris, rem feceris gratiſſimam. Porro de benevolo tuo de meis conatibus judicio merito gratias ago, & quia te iisdem contemplationibus olim delectatum fuiſſe novi, ut has curas non deſeras, rogo. Ego laborum & annorum ſatur, tibi lubens lampada tradam. Vale, &, ut facis, ſtrenue in nobili perge propoſito; Deus conatibus haud eſt defuturus. Hafn. Calend. Jun. 1649.

## *DCCCCLXXXV.*

### Incomparabili Viro

### *D. Olao Wormio*

### S. P. D.

### WILHELMUS LANGIUS.

*Haſniam.*

Literas tuas, Vir ſumme, ad ipſum diem Kalendarum Junii Havniæ datas, trigeſimo ſexto, pridie nempe Nonas Quintileis recte accepi; ex quibus, ſicut ex ungue Leonem, ita te tuamque incredibilem humanitatem cognoſcere licuit. Neque enim ſimplex officium exhibere contentus, gratias tantum pro debito munere agere voluiſti, meosque conatus miris laudibus prædicare: verum etiam eo me honore afficere, quo majorem a Deo immortali ne optandum quidem haberem. Etenim eru-

eruditam illam quæſtionem tuam proponendo; cum mihi honorem exhibuiſti, qui non niſi ſummis ingeniis ſummaque eruditione præditis, hoc eſt tui ſimilibus, debetur, ipſoque facto me inter Clariſſimos Doctores recepiſti, quibus tantum abeſt ut me acceuſeam, ut potius optem in diſcipulorum tuorum numero eſſe, ut ita ſumma eruditione imbutus, aliquid de Patriæ antiquitatibus (quod diu meditatus ſum,) eruditorum auribus oculisque dignum edere poſſem. Cum igitur me tibi obſtrictum adeo ſentiám, non verbis modo gratias agere volui, verum etiam facto ac obedientia, (quam ſolam præſtare poſſum,) propenſam animi mei voluntatem declarare, ut ita certo conſtaret, me non in recipiendo officio quam gratiis reddendis eſſe promtiorem. Et hæc unica cauſa eſt, ob quam ego grave illud ac eruditiſſimorum Virorum humeris nequicquam tentatum onus ſubire ſuſtinuerim, ut temeritatis potius quam contumaciæ vitium apud te incurrerem. Quod igitur natalem Divini illius Senis menſem attinet, de eo, ut tibi V. Cl. obſervatum fuit, nec ipſi codices inter ſe conveniunt, cum alii Αγριανῦ, alii Αβριανῦ, alii denique Αγρινῦ legant. Mihi vero nulla ex his lectionibus probari poteſt, quod nulla ſatis Græca ſit, ſed vel ipſa terminatione manifeſte indicet Latinam vocem eſſe debere, ideoque has, quæ Latine non ſint, vitioſas eſſe. Sane multos menſium indiculos penes me habeo, ut Paphiorum ſive Cypriorum, Athenienſium, Macedonum, Bithynorum, Aſiaticorum, Tyriorum, Sidoniorum, Alexandrinorum, Cappadocum, Cretenſium, Seleuciorum, Lyciorum, Arabum, Perſarum, Heliopolitarum, Syrorum &c. quos ex variis codicibus *Theonis* εἰς τῦς προχείρυς κάνονας ſatis antiquis ac optimæ notæ accepi. Sed in illis indiculis nihil occurrit, quod cum voce Αγριανῦ vel Αβριανῦ ullo modo conveniat. Neque apud alios auctores vel novos vel veteres iſtum menſem unquam reperi. Equidem tum plures propter harum rerum cognitionem ſcriptores percurrerem, nihil uſpiam inveni, quod ad iſtud verbum explicandum pertinere poſſet. Ut autem genuina lectio facilius & felicius inveniatur, unaque demonſtretur, cui menſium Julianorum hic convenerit, non nihil de menſium originibus aliisque ex *primo de annis Chriſti libro* repetendum fuit. Equidem primi mortales, qui cum

cum ipſo vitæ initio tempora juxta cœleſtium corporum motus numerare cœperant, ſpatium illud quod binis interluniis comprehenditur, menſem appellarunt. Neque tamen tunc alia menſium nomina impoſita erant, quam quæ ex ordine dependerent: Juxta quem is qui æquinoctio verno (a quo omnis temporis initium) conveniret, primus dicebatur, quique illum exciperet, ſecundus. Nec alia ratio in Judæorum Republica erat, primo Templo ſtante, ut doctiſſimo & harum rerum peritiſſimo *Abrahamo Aben-Ezra* demonſtratum eſt. Poſtea vero, ſicut diebus, ita etiam menſibus propria nomina indita fuere, partim a Diis, partim etiam ex rebus, quæ iſti tempori maxime convenirent. Ac primi quique menſes, qui annos Gentium inchoabant, a Diis nomina habebant, tum propter ominis felicitatem, tum propter Deûm honorem. Ita *Thoth* Ægyptiorum a Mercurio, Ἑκατομβαιὼν Athenienſium ab omnium Deorum Hecatombis ſacris, *Martius* Romanorum a Gentis Patre & tutelari Numine denominationem invenerunt. Idem apud noſtros homines factum fuiſſe, tu antiquitatum noſtrarum Stator in erudito illo Faſtorum opere pluribus probatum dediſti. Tempori vero rebusque in eo enatis conveniebat Ἀνθεστηριὼν Athenienſium, & *Aprilis* Romanorum. Poſtea vero cum multi Heroes ac ipſi denique Romanorum Principes Divis annumerarentur, etiam eorum nomina menſibus fuere impoſita. Sic *Julius* Quintilem, *Auguſtus* Sextilem, *Domitianus* & *Commodus* omnes fere menſes occuparunt. Atque priorum quidem duum nomina manſerunt, poſteriorum ut tali honore indigna ſublata. Græci vero non nomina tantum Imperatorum, ſed omnes quoque eorum titulos menſibus indidere. Sic Paphii totum ſuum annum Juliæ genti Divoque Auguſto dicarunt. Primum namque menſem Ἀφροδίσιον vocarunt; Venus namque Æneadum mater. Alterum omnibus illis ἀπογόνοις Veneris & Anchiſæ; inter quos Cæſar ut ſydus emicabat. Tertius Patri gentis Æneæ; Quartus hujus filio Julo datus fuit: Quintus vero Auguſto, Σεβαστὸς dictus: reliqui honori ejus, ut Αὐτοκρατόρικος, Δημαρχεξούσιος, Ἀρχιερεύς &c. Id vero maxime in hac ὀνοματοθεσίᾳ obſervatum fuit, ut is menſis

ſis Herois aut Principis nomine proprie inſigniretur, quo vel ipſe natus eſſet, vel aliquod eximium facinus patraverat. Patet id ex Julio & Auguſto, ut de ſimilibus idem plane judicium eſſe debeat. Quibus cognitis, facile erit, menſis nomen & ſitum noviſſe. Græci eorumque ἄποικοι tam in Aſia, quam alibi, primitus quidem proprios menſes habuerunt. Poſt vero expeditionem Macedonum, duce Alexandro, omnes fere, qui Aſiam aut Africam incolerent, Macedonicos receperunt. Idem poſtea Romanorum jugo ſuſcepto factum fuit, ut nobis 1. *libro de annis Chriſti* demonſtratum eſt. Nec anni tantum rationem ad Juliani formam immutarunt: verum etiam ipſa Victorum & Principum nomina menſibus ſuis impoſuere, ut ex Paphiis antea probavimus, annoſque ſuos ab eorum victoriis aliisve operibus eximiis numerarunt; ſic Alexandrini diem, quo Civitas ipſorum ab Auguſto capta fuit, primum anni ſui eſſe voluerunt. Græci quoque maximis ab Adriano Imperatore beneficiis affecti, propter inſtitutum ab eo XVI. Indictionum Cyclum, qui Septembri menſe iniret, annum a Septembri inchoarunt: qua de re pluribus diſputatum fuit *lib.* 1. *de ann. Chriſt. capite de Indictionib.* Sane inter omnes Imperatores nemo fuit unquam, qui majore Græcos honore afficeret, quam ipſe Hadrianus. Nam & publice in veſte Græca Dionyſia Athenis, ſupremo eorum Magiſtratu functus, celebravit, magniſque præmiis ac integra quadam regione Athenienſes donavit. Ob quam rem templum vivo illi tam Athenis quam alibi apud Græcos dicatum fuit. Neque dubito, quin, cum in ipſius gratiam annum ſuum, quem antea ab æſtivo cardine incipere ſolebant, a Septembri inchoaverint, tum etiam ſolenni illo more primum illum menſem nomini ac Numini ipſius dicaverint. Atque ita, cum nec Αγριανὸς nec Αβριανὸς quicquam denotet, pro ſecunda litera, quam vitioſam eſſe codicum diverſitas arguit, ego δ ponendum cenſerem, legendumque Αδριανοῦ pro Αγριανοῦ. Juxta quam quidem opinionem Princeps ille Medicorum natus fuiſſet Septembris die XXVI. Objici quidem poteſt, *Hippocratem* multis antea ſeculis floruiſſe. Verum Auctor ille qui vitam ipſius deſcripſit, Adriano poſterior fuit, qui aliorum ſcriptorum more, cum menſem diemque natalem exprimere vellet, non antiquis menſibus uſus eſt, qui plebi, cui maxime ſcribebat,

in-

incogniti erant, ſed eos per novos qui omnibus noti erant expoſuit. Illud quoque contra hanc ſententiam urgeri poteſt, menſis hujus nullam neque in Auctoribus neque indiculis mentionem exſtare. Sed ad poſterius quidem reſpondeo, illud neque in Commodi Domitianive factum fuiſſe, quos tamen menſes ſuos habuiſſe *Macrobius* & antiqua ſaxa teſtantur. Cauſa fuit Senatus voluntas, quæ non omnibus, ſed ſoli Julio & Auguſto honorem illum tribui volebat, ne maximorum Principum, quique imperium illud primi conſtituerant, nomen vileſceret. Etiam Commodi Domitianique malorum Principum ſicut ſtatuæ parietibus, ita nomina menſibus detracta fuere, ut poſteris exemplo eſſent, ne inſanire vellent. Et quid ſi id ipſum de Adriano dicamus, quem Senatus poſt obitum in Divorum numerum referre noluit, eo quod initio Principatus cives quosdam interfecerat, ac Magiæ infamia ſemper laboraverat, ut *Dioni* apud *Xiphilinum* notatum eſt? Alios Scriptores quod attinet, dolendum inter paucos iſtos, qui de illo tempore ſcripſerunt, neminem fere ad noſtras manus perveniſſe. Sane ſi ipſius *Dionis* libros hac de ætate haberemus, non dubito quin illius rei manifeſta darentur veſtigia. In Latinis ſcriptoribus quod hoc omiſſum ſit, mirum videri non debet, cum illi hæc aliena, quæque nunquam potius facta volebant, non libenter attigerint. Equidem ſi ex facillima & minime coacta vocis emendatione res dijudicari debeat, nulla vox melius & cum ipſis literis, & cum re ac hiſtoria convenire poteſt. Frequens enim in Codicibus Γ pro Λ & hoc pro Δ, usque adeo, ut acutiſſimos ſæpe fallat. Ex Δ ergo omiſſa transverſali factum fuit Λ, ex illo Γ, quod quam frequens, tu, Vir ſumme, in iſtis ſtudiis verſatiſſime, optime cognitum habes. Concludo igitur menſem hunc Αδριανον dici debere Septembrique Juliano convenire. At vero, Maxime Philologe, non hæc ideo a me ſcripta aut dicta ſunt, ut aſſenſum tuum applauſumve impetrarem. Mihi enim affectum ac promtam bene merendi voluntatem declaraſſe ſatis eſt. Vale, Vir Clariſſime, & me amare perge. Ex Muſeo meo III. Eidus Quintil. Anni MDCXLVIIII.

DCCCCLXXXVI.

## *DCCCCLXXXVI.*

## Clariſſimo atque Excellentiſſ. Viro
## *D. Olao Wormio,*
## S. P. D.
## WILHELMUS LANGIUS.

*Hafniam.*

QUamvis antea literas tibi deſtinaverim, tamen cum itineri hucusque intentum alia me ſemper negotia occupaverint, nunc tandem & voluntati & promiſſis meis ſatisfacere potui. De itinere autem meo multa ſcribere opus non eſt, cum nihil fere in ea occurrerit tua cognitione dignum. Equidem Technotheca Dreſdenſis ab omnibus ſummis laudibus efferebatur. Ideoque ſummo flagrabam deſiderio ejus accuratius perſpiciendæ. Sed poſtquam omnia diligentius contemplatus eram, nihil inveni, quo vel tuæ vel aliorum, quas vidi, æquari poſſent. Magnus ſatis apparatus ac plurimæ cameræ, ſed res ipſæ vulgares, quædam tamen erant mihi antea non viſa, quæ hic notabo, totiusque Technotheeæ brevem ideam una dabo. Diſtribuitur hæc in ſex cameras. Prima varia inſtrumenta mechanica habet, ut Aurifabrorum, Lignariorum & Chirurgorum: in altera varia poculorum genera variis modis ex varia materia efformata. Præcipuà erant ungues gryphis, teſtudines variæ, pſittacus & gallina ex conchis margaritarum artificioſe coagmentatis effiċta. Vitrum ſeptem metallorum, quod tamen ab alio Veneto, quod Pragæ in domo *Coloredi* poſtea vidi, nec colore nec aliis diſtingui poterat. Globus quoque ex ſolido & unico Cryſtallo miræ magnitudinis libr. 20. viſu erat digniſſimus. Plures illic lapides pretioſi ſatis magni, ut Adamantes Bohemici pulcherrimi ut & Rubini aliique; ſed iſta minoris pretii. Tertia Camera artificioſas picturas *Alberti Dureri*, *Lucæ Kranachii* & aliorum. Quarta camera varia Mathematica inſtrumenta habebat, ſed parva. Conſpicuum illic erat Organum muſicum majus ex lapide, & aliud ex vitro, cum tibiis lapideis in uno & vitreis in altero, ſuaviſſimum ſonum edentibus. In quinta varia ſunt Naturalia, lapis informis ſatis magnus ex cœlo delapſus librar. 72, crediderim fragmen rupis fuiſſe

fuiſſe. Unicornu a Rege Daniæ Duci d. datum, aurea ex catena pendens, quod tamen neque cum illo, quod Rex Daniæ ante triennium Regi Galliæ obtulit, neque cum tribus illis Ultrajectenſibus, conferri poteſt. Equidem albiſſimum eſt, & longe nitidius tribus illis Ultrajectenſibus, quæ ſubflava ſunt; ſed neque tam longum eſt, neque tam craſſum neque tam contortum uti illa. Videtur multo longius fuiſſe & partem poſteriorem amiſiſſe. Phœnix quoque Avis illic videbatur. Sed ſuſpectam mihi reddebant antiquorum ſcriptorum placita, qui unicam tantum eſſe toto in orbe volunt, atque ex ejus demortuæ cineribus aliam generari; quamvis non omnes in eo conveniant. Nec forma aut color ſatis cum antiquorum relationibus conveniebat: pulcherrimum tamen colorem habebat ex flavo & rubro. Manucodiata viſebatur magna cum pedibus, & aliæ parvæ ſine pedibus; Dens Elephanti valde magnus librar. CL. Variæ quoque mineræ variaque metalla non præparata. In ſexta camera Artificialia continebantur: Statuæ variæ ex gypſo, ære, marmore. Inter has precioſas cervus erat totus ex C. C. philoſophice calcinato factus librarum 2800. Automata varia & multiplicia varias figuras habentia, quorum quædam Solis, Lunæ, Planetarumque omnium motus exhibebant. Unum inter hæc valde eximium, quod viginti quatuor horis movebatur: Cochleam habebat in circuitu orichalceam, per quam globulus cryſtallinus decurrebat, cumque ad finem ejus pervenerat, intro ſe abdebat, & ſtatim in ſuperiori parte, quaſi in inſtanti rurſum egrediebatur, & prius iter abſolvebat, eandem tamdiu actionem reiterans, quamdiu αὐτόματον movebatur. Erat quoque illic omnium votis adeo expetitum, perpetuum mobile, quamvis eo nomine minime dignum. Idem tamen aut ſaltem tale fuiſſe crediderim, quale *Drebelii*. Humor erat cæruleus vitro rotundo in circulum circumacto incluſus, qui, ubi ſuperior vitri pars manu tantum tangebatur, ſtatim ſe movebat, atque ſenſim ſenſimque aſcendebat, donec abſolutis 24. horis iterum quieſceret. Vitrum pro baſi horologium habebat, quod a tali humore dirigi dicebant, quod in tam arcto temporis ſpatio obſervare non potuimus. Id quidem verum, quod humor antea plane quietus ex ſola manus impoſitione, poſteaquam minimum caloris perſenſerat, moveretur in circulum, ac ſemper

ver-

verſus partem dextram æquali & lento motu aſcenderet: Si vero manus denuo imponeretur, humor vehementius movebatur, quod propria me experientia ſæpius docuit: Omnia autem ſatis diligenter examinare atque explorare temporis brevitas & Technothecæ cuſtodis moroſa invidia prohibuerunt. Alia quoque tornatilia illic erant. Catena eburnea ex uno fruſto elaborata, quæ centum & triginta annulos habebat omnes geminos. Navis quoque eburnea valde artificioſa, quæ Ducum Saxoniæ nomina & natales in coſtis monſtrabat. Sed omnia hæc exſuperabat os ceraſi, cui centenæ & ultra humanæ facies, Pontificum, Imperatorum, Regum, Cardinalium, Principum, Epiſcoporum aliorumque, cum ſuis ſingularibus capitegminibus erant inciſæ. Atque hæc pauca ſunt, quæ in tanta multitudine digna æſtimavi, quæ tibi perſcriberentur. Equidem *Auguſtus* Elector, qui hanc anno 1567. fundavit, (ſicut inſcriptio ultimæ januæ impoſita docet,) optimæ Technothecæ fundamenta jecerat, eo præſertim ævo, quo nondum literæ ad vigorem pervenerant, vel ob id ſolum æterna memoria digniſſimus: Sed poſteri ipſius hæc omnia negligunt, immodicis venationibus ac piſcationibus, nocturnisque & diurnis compotationibus addicti. Sed forte poſt Parentis obitum deſignatus Elector nonnihil reſtituet. Dicunt ipſum Mathematicis rebus ac Muſica aliiſque homine ingenuo dignis valde delectari: ſed nunc quidem alieno ſub imperio ſuum ingenium ad alterius conformare cogitur. Cum Pragam veneram, ſtatim de D. *Marco Marci* quæſivi, conventumque tuo nomine ſalutavi. Vir eſt longe doctiſſimus, Profeſſor Medicinæ & Archiater ac Cubicularius Imperatoris. Is mihi omnia ſua ſcripta dono dedit, quæ hæc ſunt: *Idearum operatricium Idea ſive Hypotypoſis & detectio illius occultæ virtutis, quæ ſemina fœcundat, & ex iisdem corpora organica producit, Pragæ* 1635. in 4. *Thaumantias, liber de arcu cœleſti deque colorum apparentium natura, ortu & cauſis*, in 4. *De proportione motus figurarum rectilinearum & circuli quadratura ex motu, Pragæ* 1648. in 4. *De proportione motus, ſeu regula ſphygmica ad celeritatem & tarditatem pulſuum ex illius motu ponderibus geometricis librato abſque errore metiendam*, in 4. *Tractatus de Iride, & alter de angulo Iridis contra P. Balthaſarem Conradum Jeſuitam*, in 8vo. *De natura Pluviæ purpureæ Bruxellenſis*. Hæc omnia opera ego cum aliis rebus

una

una domum cum Legato mittam, ſi Deus volet, fratrique meo *Eraſmo Langio* ſcribam, ut iſta tibi tradat. Prædictus *D. Marcus Marci* pollicitus eſt, ſe prima occaſione tibi ſcripturum. Legit jampridem *Cornu* illud Principis tuum, quod maximi æſtimat: Ego *Literaturam* ipſi *Runicam* dedi, & ſpopondi me in Daniam reverſum *Monumenta* illi *Danica* miſſurum. Conveni alias in tranſitu P. illum Jeſuitam *Balthaſarem Conradum*, cum quo illi de Iride controverſia. Hic quidem Matheſin Pragæ hucusque profeſſus eſt, nunc Wratiſlaviam abit. Opticæ maxime ſtuduit. Novum quoque tuborum præparandorum artificium ſe reperiſſe exiſtimat. Sed cum quærerem, quid de *Hevelii* modo ſentiret, quem in ſua *Selenographia* propoſuerat, repoſuit ſe *Hevelium* non vidiſſe. Ego adhuc judicare non poſſum, aliquid novi hac in re eum habere. Duos hoſce de Tychonicis Obſervationibus conſului, quo evaſerant; uterque in eo conveniebat, quod ante octennium Viennam miſſæ eſſent, ac uni in Aula datæ, cui autem, æque ignorabant. Hic quidem Imperatori, alter alii ex Miniſtris exhibitas fuiſſe exiſtimabat. Verum *D. Marcus Marci* ſe conventurum *Tegnagelium* ſpopondit, unum ex nepotibus *Tychonis*, Pragæ quidem domicilium habentem, ſed tum ruri in prædio quodam ſuo commorantem, ab eoque quæſiturum penes quem ſint, & an præſens poſſeſſor eas edere aut alteri vendere velit, mihique ea de re ſcripturum, qua de re pluribus egi in literis ad Magnificum Cancellarium, cum prioris hebdomadæ poſta transmiſſis. Heic nihil adhuc inter doctos reperire potui celebritate loci ſatis dignum. Solus Bartolus & Baldus eorumque ſequaces æmulive hic regnant: De reliquis altum ſilentium. Sed tempus forte meliora mihi monſtrabit: Et ego tum plura ſcribam. Interea Vale, & *Langio* tuo, ut cœpiſti, perpetim fave. Viennæ Auſtriæ MDCL. IV. Nonas Novembris Juliani.


## *DCCCCLXXXVII.*

## WILH. LANGIUS

### *D. Olao Wormio.*

*Hafniam.*

SCripſi tibi Vienna omniaque ea, quæ in itinere Germanico ob-

obvenerant ſcitu digna, indicavi. Viennæ nihil obſervavi di-gnum quod tibi ſcriberetur. Venetias ubi veneram, ſperavi me illic *Fratrem Angelicum Aproſium a Vintimiglia* reperturum, ut tuo illum nomine ſalutarem: Sed ab aliis intellexi annum eſſe & quod excurrit, ex quo inde Genuam diſceſſerit, ubi nunc moratur. Patavii, propter hyemis inclementiam, bi-nis quaſi menſibus ſubſtiti; quamprimum per illam licuit, Ateſtam perrexi, theſauros illos & antiquos & reconditos quæſiturus. Sed proh dolor! nihil reperi, quod tibi ſatisfacere poſſet. Ingredienti quidem hortum lapis iſte pyramidalis ſtatim occurrebat. Sed nihil in eo reperi, quod noſtris lite-ris conveniret. Speculatus tamen ſum diligenter omnia, cun-ctaque notavi, ne fruſtra illuc perrexiſſe viderer. Ac lapis quidem pyramidalis eſt, inferius cubum habens palmorum qua-ſi trium, tota longitudo lapidis palmorum novem eſt, qua-dratum ſuperius ſenum digitorum eſt quamproxime. Duo illic literarum ordines, prior incipit a vertice & verſus baſin tendit, alter a baſi orditur, & in ipſo apice terminatur. Prio-ris ordinis hæ ſunt literæ  po-ſterioris autem iſtæ 
figura lapidis talis fere eſt  Atque iſtæ literæ Gothicæ plane hæ ſunt. Si Etruſcæ, Lydicæ, Phrygicæ, aut potius Latinæ antiquæ, quod quidam heic credunt, ego neſcio. Reperitur quidem heic in agro Patavino & aliud ſaxum, lite-ris quibusdam inſignitum, quæ cum prioribus aliqua ratione convenire videantur; quamvis ego alias ac plane diverſas eſ-ſe judicaverim, non minus quam Latinas & Gothicas. Saxi inſcriptio hæc eſt:  In altera linea  *Kircherus* hunc lapidem ab antiquis La-tinis poſitum arbitratur, aut ſaltem literas Latinas eſſe, qua auctoritate, ego neſcio. Cum autem viderem, me heic nihil reperiſſe, percurri omnia loca, omnes angulos perreptavi ac perluſtravi, adeo ut teſtari poſſim nullum in iſto horto vel minimum vel abjectiſſimum locum eſſe, quem non viderim & in quo non quæſiverim. Rogavi hortulanum, uxorem, libe-ros ipſius ac ſervitia, anne alium illic lapidem vidiſſent; pre-tium obtuli, ſi monſtrare vellent. Retulit ille, decem ſe an-

nos

ıe illic moratum, nihil tale unquam vidiſſe, juravitque nihil le illic eſſe. Alias multas Inſcriptiones antiquas, Græcas & ıtinas ibi inveni, ac tria veterum Græcorum Romanorumque clinia cum Græcis ſubſcriptionibus. Sequenti die Patavium verſus, quendam Patrem Eremitanum, amicum meum, *Ja. bum Quaglie* conveni, apud quem pulcherrimos atque rariſ. nos numos, ſtatuas, ſigna, picturas fibulasque & alia, quæ antiquitates ſpectant, videram. Atque huic quidem, infe. :em me eſſe deprædicavi, quod lapidem iſtum invenire mihi ın licuiſſet. Ille vero primum dubitare cœpit, an tale ſaxum ic unquam fuiſſet, poſtea polliceri, ſe, quamprimum Vene ıs veniret, ab ipſomet *Georgio Contareno*, cujus ille hortus t, quæſiturum, quo lapis iſte delatus ſit. Tres dies poſtea :netias una proficiſcimur, & ſequenti mane, poſtquam de ali. negotiis *Contarenum* convenerat, poſtea de lapide rogat. Ille cit talem ſe lapidem nunquam habuiſſe, quod ſciat, indices men ſuos cum otio atque tempore perlecturum, & poſtea de re inquiſiturum. Tantum eſt, quod in hoc negotio hucus ıe præſtare potui. Octiduum poſtea Venetiis digreſſus, Flo. ntiam ivi atqne inde recta Romam, ſtatimque heic *Abbatem* *ſſianum del Pozzo* tuo nomine ſalutavi atque inter alia de *iſtoria Mexicana* rogavi. Reſpondit, nunc quidem Hiſtoriam am abſolutam eſſe, nondum vero publice divendi. Quidam ıim *Don Alonſo de las Torres*, qui ultimam huic operi manum ıpoſuerat, in Hiſpaniam diſcedens, partem librorum ſecum mpſit, partem Religioſis quibusdam novis, a *Barberinis* inſti tis, reliquit heic vendendam. Atque ille quidem Neapolim :niens obiit, librique in hominum quorundam manus perve :runt, qui iſta vendere nolunt. Religioſi autem, qui heic omæ ſunt, Partem alteram vendere non audent, ob metum ontificis, qui ſub quolibet minimo prætextu omnibus Barbe. nianis nocere quærit. Promiſit tamen *Caſſianus*, bina mihi, vellem, exemplaria procuraturum, ſingula 25. Paulinis re. menda. *Kircherus* nuper *Obeliſcum Pamphilium* edidit, quo libro omnes illas notas hieroglyphicas explicuit, quæ in O. :liſco iſto inveniuntur, quem Pontifex in area Navonenſi nella piazza *Navona* vulgo dicta ) erigi nunc curat. Superio. anno *Muſurgiam* ſuam edidit. Quod ſi hi aliique libri ad ɔs nondum pervenerint, meaque opera hic emptos vis, pri

obvenerant ſci… ma occaſione in Hollandiam, atque inde in Patriam transmiſ
gnum … ram: quæque alia expedienda hic habueris, ea diligentia exſe
me il… qui conſtor, quæ tibi obligatiſſimum decet. Interea ſi Tu,
ut t… Vir Clariſſime, famam atque exiſtimationem meam contra ma-
eſſe… levolos, ut cœpiſti, defendere perrexeris, rem feceris te tuis-
n… que virtutibus ac ingentibus in Patriam meritis longe dignis-
ſimam. Vale & me ama. Romæ VIII. Eidus Martias ſtyl. Juliano MDCLI.

## *DCCCCLXXXVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Wilhelmo Langio.*

*Romam.*

TErnas a tuo abitu abs te habui literas; primas Viennæ Auſtriæ exaratas, quibus de totius itineris ratione, inprimis de Electoralis ταμίειυ conſtitutione, certiorem me reddis, merito exoſculatus ſum; ſiquidem, quod ab aliis ſæpius fruſtra expetii, tua ope jam demum accepi, pro quo officio multum me tibi debere fateor. Inprimis gratum, quod in amicitiam *D. Marci* Pragæ inſinuaveris. Rediit quidem ad nos Legatus ante ſeptimanam, ſed nec tuarum rerum nec librorum aliquid attulit. Si fratri aut mihi inſinuaveris, cui res tuas commendaveris, de iis inquiſitio accuratior inſtitui poteſt. Alteræ tuæ Romæ datæ me etiam de iis, quæ expetebam, erudiebant, præterquam de *Rhodio*, qui quod nihil meis hactenus reſponderit, miror, ſed aſperioris hyemis gelu diriguiſſe calamum ejus percepi, qui æſtivo tempore forſan ſuæ reſtituetur alacritati. De Monumento Ateſtenſi jam plane deſpero; tuæ enim relationes & characterum figuræ reſpondent iis, quas hactenus habui. Ad ultimas tuas & Romæ Nonis Aprilis datas venio, quæ ut mihi ingratæ fuerunt, quod valetudinem tuam adverſam nunciarunt, quam tanti nominis apud Vos Medicos reſtituere non poſſe miror, cum vel hic ſub gelida Arcto invenires, qui ſe fortiter tantis malis opponerent. Commendati tibi ſint clyſteres emollientes & anodyni, julebus quoque ex Syrup de Althea Fernel.

cum

cum aqua Ononidis & Petroſelini. Sed quid ego noctuas Athenas? Gratiſſimum interim fuit auditu, quod opus illud *Rerum Medicinalium Mexicanarum* ab Illuſtriſſimo *Equite Caſſiano de Puteo* acceperis, utinam commode huc transferri poſſet. Quam vellem, ſi poſſem, Ei antidori loco transmittere *Opera* mea *Runica*, quæ jam omnia in folio ſimul ſunt excuſa. Omnem captabo opportunitatem, voti compos ut fiam. Deus te firmæ reſtituat valetudini, ut tandem redux, ora quorundam Zoilorum obſtruere valeas. De meo in te propenſo affectu, faxo, dubitare ut nequeas. Interea ſanitatem tuam cura diligenter, & ſoſpes ad nos, completo curriculo, redi. Vale. Quod ſingulis tuis non reſponderim, ignoſce; certe non voluntas ſed facultas literas mittendi mihi defuit. Haſn. 27. Maji, 1651.

## *DCCCCLXXXIX.*

## Doctiſſimo & Celeberrimo Viro,

### *Domino D. Olao Wormio*

## PETRUS CHANUT

### S. P. D.

*Haſniam.*

CUm anno nuper elapſo, quas a te Dominus *de Henneqnin* acceperat monetas ad Illuſtriſſimum *Comitem de Harlay* miſiſſem, ſtatim curavit ille tibi pari munere gratiam rependere, ſed capſula mercatori commiſſa mihi demum tradita eſt hiſce diebus. In qua cum inveneris duplo majorem numerum numiſmatum, quam tu in Galliam miſeras, fateberis optimum eſſe mercaturæ genus, quod cum probis exerceatur: Amabisque *Comitem Harlæum*, qui ſplendidis natalibus adjunxit ornamenta litterarum, & claros ubicumque viros, in quorum cenſu plurimos infra te vides, ſumma benevolentia & honore proſequitur. Capſulam tradidi Nobili Viro *Dn. du May*, qui & ipſe dignus rerum æſtimator eximie lætatus eſt, quod ſalutandi te cauſſas haberet. Quantum ad me, credas velim, Clariſſime

Wormi, ſummam tuam eruditionem, & rerum pulcherrimarum ſtudium ſummæ admirationi mihi eſſe, & vehementer eſſe delectatum, quod ineundæ tibi cum Dn. *Comite Harlæo* neceſſitudinis proxeneta fuerim. Si quid ad illum ſcribere animus eſt, literas tuas deferri procurabit Dn. *de Hennequin*. In cujus egregiis laudibus cum multa ſint, quæ mihi pariter contigiſſe valde cuperem, inter illa non eſt hoc poſtremum, quod te amicum habeat, & ſuaviſſimis tuis colloquiis frequenter uti poſſit: Mea opera ſi quid hic in Suecia factum velis, intelliges virtutem tuam, multos etiam facie, etiam nomine non cognitos amicos tibi comparaſſe. Vale. Datum Stockholmiæ 24. (14.) Martii Ann. 1649.

## *DCCCCXC.*

# OLAUS WORMIUS

## Illuſtri Viro,

## *Petro Chanut*,

## Regis Chriſtianiſſimi apud Suecos Legato.

RES mira, homini, qui nunquam mercaturam didicit, multo minus exercuit, ita faviſſe Mercurium, ut tantum ex primo tyrocinio emerſerit lucrum, quantum multorum annorum negotiatione ſibi vix polliceri poſſent alii in hac arte verſatiſſimi, Tanti ſcilicet Mæcenatis favor, & argenti tantum pondus; quamvis hoc præ illo vili pendam.

Quicquid hic in lucro eſt, Tibi, Vir maxime, debeo, qui non modo Tantum mihi conciliaveris Mæcenatem, ſed & cum Viro tam polito & egregie docto *Domino du May* hoc negotium expeditum volueris, cujus converſatio non ſolum mihi grata, ſed etiam lucroſa, utpote quæ mihi Illuſtriſſimi Principis Wurtenbergici attraxerit favorem & benevolentiam. Simul enim hic in ædibus meis fuerunt cum Domino *Erico*. B*annero*, & Muſeum luſtrarunt, non ſine delectatione. Quibus vero modis tam prolixum tuum in me amorem excipiam, non video; utinam tantæ humanitati & benevolentiæ reſpondere factis poſſem, intelligeres tuarum virtutum & meritorum æſtimatorem

torem in hiſce Septentrionalibus Te non habiturum majorem. Domino *Hennequino* literas meas ad Illuſtriſſimum Comitem *Harlaum* tradidi, cui pro munere gratias ago, ac libros apud nos rariſſimos mitto, *Leges* nempe *Cimbricas* cum Latina interpretatione *Canuti, Epiſcopi Viburgenſis*, & *Scanicas*, interprete *Andrea Sunonis, Archi-Epiſcopo Lundenſi*, quos codices, mucidos licet & detritos, vix magno labore ab Amicis nactus ſum, ſiquidem nuſpiam proſtant. Spero, Illuſtriſſimum Dominum æqui conſulturum, & conatibus meis porro favore ſuo proſecuturum. Tu vale, &, ut cœpiſti, fave. Hafn. 6. April. 1649.

## *DCCCCXCI.*

# OLAUS WORMIUS

## *Illuſtriſſimo Comiti de Harlay,*

*Pariſios.*

QUæ Excellentia Tua mihi deſtinavit Regum Galliarum Numiſmata, cum literis ſuis ad me tranſmiſit Nobiliſſimus Dn. *Chanut*, apud Suecos Chriſtianiſſimi Regis Legatus, pro quibus gratias, ut debeo, ago maximas, optaremque in mea eſſe facultate, mutuum ut valerem præſtare. Quem in finem mitto *Catalogum Muſei*, ut, ſi quid in eo inveneris, cujus tenearis deſiderio, cujusque mihi ſit copia, monitus, data occaſione tranſmittere poſſim. Legum noſtrarum codicem idiomate Romano conſcriptum expetere Tuam Excellentiam, monuit Dn. *Chanut*; ſed non omnium Provinciarum Leges ea toga ſunt donatæ; deſiderantur namque *Selandicæ*. *Scanicas* & *Cimbricas Leges* olim verterunt Epiſcopi quidam, ſed exempla adeo ſunt rara, ut non niſi magna cum difficultate acquiri poſſint. Tandem unum apud Amicum inveni, ſed adeo male habitum, ut pudeat tranſmittere; tamen, ut Excellentiæ Tuæ aliquo modo gratificarer, & aliquod potius quam nullum mittam, illud hic ſiſto. Conſulat boni, & voluntatem affectu ut metiatur, rogo. Si Numiſmatum veterum Hiſpanorum & Anglorum ſit copia, quorundam particeps fieri deſidero. Hujus Regis noſtri nullos mitto, quia hoc officio ſe functurum dixit

*Hennequinus* noſter. Valeat & faveat Excellentia Tua. Hafniæ VII. Id. April. CIƆIƆCXLIX.

## DCCCCXCII.

## Clariſſimo Doctiſſimoque Viro
## *D. Olao Wormio,*
## Danorum Suecorumque Catoni,
## ACHILLES HARLÆUS
## S. P.

*Hafniam.*

Clariſſime Domine. Quas ad me dominatio veſtra Hafniæ conſcripſit literas VII. Id. Aprilis anni currentis, eæ mihi per Dominum *Chanut*, chariſſimum amicum noſtrum, redditæ ſunt, cum duobus *Statutorum* voluminibus, & catalogo pulcherrimarum rerum, quæ in locupletiſſimo ejus Muſeo aſſeruantur. Hæc omnia lubens accipio, tanquam præclara Illius erga me ſtudii teſtimonia, quo nomine gratias ampliſſimas ago. Cum autem noſtrorum Galliæ Regum nuper aliquot numiſmata D. V. mitterem, ei ſimul ſignificavi, me plura miſſurum, & prolixiorem eorum ſeriem tum tertiæ, tum ſecundæ familiæ, tum vero etiam primæ. Quod ſi gratum ei fore intelligam, dabo operam, ut commode ipſi accurateque prima quaque occaſione perferantur: Quibus, ſi lubet, etiam nonnullos Italiæ, Hiſpaniæque nummos, quorum mihi aliquanta copia eſt, adjungam. Præterea, ſi qui ſint in his partibus libri, quorum deſiderio D. V. teneatur, eos, ſi monitus fuero, perquirendos, & ad eam ſimul transmittendos curabo. Ut autem ad gratiſſimum munus D. V. revertar, eo me duplici nomine profiteor obligatum, & quod eas mihi res donaverit, quas anxie dudum quæritabam, & quod eas tam prolixo benevolentique animo donaverit, offerens inſuper de præſtantiſſimis Muſei opibus, quas ſagaciſſimum quemque iſtiusmodi rerum indagatorem plurimi æſtimaturum eſſe non dubito. *Dn. de la Perere* paucos abhinc dies me inviſit, & tuas literas mihi oſtendit, & expoſ-

fuit

ſuit quam familiariter tecum ageret, qua de cauſa magna mihi lætitia mentem perfudit. Jam vero, antequam manum de tabula tollam, dicam, ſi placet, ei Statutorum, quæ D. V. mihi dedit, codici, quem rariorem aſſerit, videri folia deeſſe ad finem nonnulla. Quapropter etiam atque etiam rogo, ut ſicubi integrum aliud exemplar reperiri queat, ea quæ a noſtro auulſa ſunt deſuntque, ex eo adſcribantur, & eadem, qua uſa eſt D. V. benevolentia ad me mittantur. Ideo poſtremas hujus codicis lineas deſcribendas curavi, eaque verba, & literas, quæ paginarum ſequelam denotant. Valeat. Lutetiæ Pariſiorum VI. Kal. Septemb. MDCXLIX.

## DCCCCXCIII.

## OLAUS WORMIUS

### *Illuſtriſſimo Comiti de Harlay.*

*Pariſios.*

ILluſtriſſime Comes. Gaudeo ad Tuam Excellentiam pervenisse libellos, quos miſi; gratulor vero mihi, quod Tuæ Excellentiæ grati acceptique fuerint. Certe nitidiores & integriores lubentiſſime miſiſſem, ſi acquirere uſpiam potuiſſem. Id quod deerat in codice *Legum Cimbricarum*, accepto ab amico exemplari, ſupplevi, & hiſce transmitto; poterunt nitidiore manu deſcribi, & codici adjungi. Literas priſcas ſecutus eſt meus Amanuenſis, ut codici quadrarent, quamvis in Orthographiam haud raro impingant. Rogo, boni conſulat. Cæterum pro oblatis tam humaniter Numiſmatum ſeriebus, eſt, quod gratias agam, atque rogem, ut, ſi ſuppetat copia ex ſerie prima, ſecunda & tertia, ut & Italicis ac Hiſpanicis, quibus carere poſſit, mecum communicare haud gravetur; magno certe mei Muſei fiet hoc ornamento, & grata memoria Excellentia Tua in ſcriptis meis ſuo tempore celebrabitur. In transmiſſa ſerie deſiderabatur nummus Franciſci II. qui haberi ſi poſſet, mihi gratiſſimum foret, ut completam illam tenerem. Audio, in Galliis quendam, *Triſtanum* nomine, de Numiſmatis Romanorum accurate ſcripſiſſe; Auctorem non vidi, ſi daretur commoditas eum huc mittendi, pretium cum ſumma

gratiarum actione lubentiſſime ſolverem. Ignoſcat mihi Illuſtriſſimus Comes, ſi importunus nimis ſim flagitator; Excellentiæ Tuæ adſcribendum hoc eſt humanitati & prolixæ in literis ſuis oblatæ benevolentiæ. Si quid in hiſce Arctoi mundi plagis ſit, quod per me præſtari poſſit, imperet modo, & facilem ac promptum me habebit. Vale. Hafn. 12. Sept. 1649.

## *DCCCCXCIV.*

## Doctiſſimo Clariſſimoque Viro
## *D. Olao Wormio,*
## S. P. D.
## ACHILLES HARLÆUS.

Literas tuas, Vir doctiſſime, lubenti prolixoque animo accepi, cum *Cimbricarum Legum* ſupplemento; quo nomine magnam tibi gratiam habeo. Illud jam ad formam, & characterem codicis, qui penes me erat, tranſcribendum curavi, volumenque illud jam pro more noſtro colligatum compactumque habeo cum aliis diverſarum gentium ſtatutis, quæ in Bibliotheca noſtra ſunt, repoſitum. Franciſci II. numiſma ad te non miſi, quod ſane unicum tantummodo haberem, nec eſſet unde illud recuperare poſſem, utpote rariſſimum, usque adeo ut monetarum libri illud prætermiſerint, quod ad eorum auctores ejus notitia non deveniſſet. Quo tamen in conquirendo diligentiam adhibiturus ſum, curamque quantum potero maximam, ut ad te illud ſicunde reperiatur tranſmittam. Interea ſeponam tibi aliquot Hiſpanicarum, Italicarumque monetarum ſequelas, quæ prima quaque occaſione ad te perferantur. Quod ſi domi fuiſſem, quum Dn. *Chanutus* diſceſſit, jam profecto eas teneres. Liber autem *Triſtani*, de quo ſcribis, Hiſtoria eſt Romana, quam ex Imperatorum nummis, lingua noſtra gallicana deſcripſit tribus amplis voluminibus chartæ explicatæ, ſeu (ut vocant) in folio; quod opus ſtudio Auctoris & multa cura elaboratum, eruditis Viris ſatis approbatum videtur: in quo rariſſima quæque numiſmata, quæ quidem conſequi potuit, depingenda curavit, quibus luculentam hiſtoriam,

&

& temporum ſeriem ſedulo atque feliciter attexuit. Qui libri, quia majoris ſunt molis, difficilius ad nos tranſportabuntur. Eos tamen ad manum comparatosque ſemper habebo primo quoque tempore ad te perferendos, Dominumque *Perere* identidem rogabo, ut me admoneat, ſi quam hujus rei faciendæ commoditatem prius quam ego nanciſcatur. Quas vero ad eum ſcripſiſti literas, eas accepit paulo ſerius ac voluiſſem, quoniam certe non multos abhinc dies rure redii, & ipſe diu etiam abfuit. Jam vero in Urbe ſum, ſtatione manſioneque magis certa ad totam hyemem ipſamque adeo veris tempeſtatem continuo commoraturus, qua ratione commodius te literis frequentioribus compellare dabitur. Impræſentiarum te velim, ut mihi ſignifices, ſi qui ſint libri, in quibus monetæ Danicæ conſignatæ conſculptæque, cujusmodi libri ad nummulariorum trapezitarumque uſum videntur inſtituti. Tales Hamburgo ad me delati ſunt Codices aliquot, in quibus Richedalorum omne genus exhibetur eorum, qui in Germania viciniſque regionibus excuduntur. Ex Flandria, Hollandiaque conſimiles itidem habeo, in quibus monetarum ingens copia, quibus pleræque nationes utuntur, congeſta depiċtaque eſt. Si nulli ſint apud vos hujus generis libri, enixe a te flagito, ut ſi quando tuis ab opere vacare contigerit, aliquem mihi catalogum conſcribant Danicarum monetarum omnis generis, ſaltem magis cognitarum, cum nominibus unicuique ſuis tam Danicis quam Latinis, adjuncto earum pretio ac valore, quantum quidem fieri poterit, & quantum (iterum dico) per tempus licebit. Neque enim hoc officium urgere animus eſt. Simulque iisdem precibus a te contendo, ut mihi ſignifices, ſi qui ſint apud vos calculi, nummive propter obſidiones, direptionesve urbium, certamina, Regum inaugurationes, matrimonia, aut caſus actionesque inſignes, hujusmodi memoria monumentisque publicis dignas, procuſi: Quarum rerum jam copia mihi ſuppetit aliquanta. Pergratum certe iis in rebus mihi feceris. Vale. Lutetiæ Pariſiorum tertio nonas Decembris MDCXLIX.

DCCCCXCV.

## DCCCCXCV.

# OLAUS WORMIUS

## *Illuſtriſſimo Comiti, Achilli Harlæo, Conſiliario Regio.*

*Pariſios.*

GAudeo ſupplementnm *Legum Cimbricarum* probe curatum, & pro affectu benevolo gratias ago. Nolo Excellentiam Tuam nimium defatigari in nummo Franciſci II. conquirendo; ex hiſtoriis namque colligo, cum diu imperio non præfuiſſe, unde probabile, non multos quoque excudi curaſſe. Vereor, ne nimis moleſtus & importunus ſim flagitator Operis *Triſtani*, cum audiam tantæ molis eſſe. Interim ſi mittendi daretur facultas, lubentiſſime pretium ſolverem, cum tanti ingenii eſſe intelligam. Per noſtrum apud Vos Legatum ordinarium, Dn. *Retzium*, amicum meum, forſan expediri negotium poſſet. Libri, in quibus monetæ Danicæ ſunt exſculptæ, apud nos nulli ſunt, nec unquam extiterunt. Quos allegas in Germania & Belgio extare, vidi, ſed nihil unquam apud nos tale tentatum. *Joannes Jacobus Luckius* Argentorati edidit *Syllogen Numiſmatum* elegantiorum Anno 1620. in qua pag. 45. invenies expreſſum Numiſma *Chriſtierni II.* quod tamen ego nunquam vidi, & pag. 208. *Friderici II.* duo extant, quorum minoris ut cum reliquis habeas exemplum, curabo, & pag. 365. *Chriſtiani IV.* extat Ab aliis noſtra expreſſa fuiſſe numiſmata, non vidi. Rei apud nos nummariæ quæ ſit ratio, ex adjuncta videbis charta. Ipſa Numiſmata, data opportunitate, ſubjungam.

Res nummaria Danorum in duplici videtur eſſe differentia; vel enim peregrinis & aliarum nationum utimur nummis, vel iis, qui apud nos ſunt cuſi. Peregrinis utimur tam aureis quam argenteis, in Hiſpania, Gallia, Anglia, Germania & Belgio conflatis, eodem ferme valore, quo apud ſuos vigent, niſi quod pro conditione ſtatus Reipublicæ noſtræ, quandoque mandato Regio pretium augeatur & minuatur. *Imperiales* tamen *Daleri* & *Roſa nobiles* ac *Ducati* ſunt frequentiſſimi. Apud nos

nos cuduntur monetæ *aurea*, *argentea*, *area*. Aureæ *Roſa nobiles*, Roſenobler dictæ, quæ olim æſtimabantur quatuor Daleris Imperialibus, jam vero addita una quarta: *Coronati*, Kroner, tribus Imperialibus: *Ducati*, Ducater, duobus, hi etiam dimidii pretio unius Daleri extant. Argenteæ ſunt *Daleri Imperiales*, Rixdaler, ſex Marcis noſtratibus æſtimati, & *Daleri communes*, Slettedaler, valore quatuor Marcarum noſtratium. Eſt & tertium genus, quod vocant *Dalerum currentem*, nomine ſaltem, non re extans, Current Daler vulgo, quinque Marcis æſtimatum vulgaribus. Et quamvis ejus corpus integrum non extet, partes tamen, Current Marck dictæ, ſunt in uſu, quarum quatuor *Dalerum currentem* conſtituunt. Ex argento quoque ſunt *Daleri communes dimidii* & *Marca*. *Marca*, En Marck, ſedecim valet ſolidis ſeu Skilling, ſed *Marca currens*, En Current Marck, 20. ſolidis; ſunt & *dimidia Marca* 8. ſolidorum. Ex ære conflantur minores monetæ, quæ valore inferiores ſunt dimidia marca. Variorum autem ſunt generum & figurarum. Minima moneta ordinaria eſt *ſolidus*, En Skilling, quorum 96. conſtituunt Dalerum imperialem, 80. Dalerum currentem, 64. Dalerum communem. Extant monetæ hujus cenſus minores, quarum quædam valore ſunt ſolidi unius, quædam duorum, quædam quatuor, quædam octo ſeu dimidiæ Marcæ. Sunt &, quæ valeant $5\frac{1}{3}$ ſolidis, quarum tres conſtituunt marcam, item quæ $6\frac{2}{3}$ ſolidis, quarum tres Marcam currentem faciunt, item $3\frac{1}{3}$, quarum ſex Marcæ currenti æquiparantur, vulgo Rytter ab impreſſa Equitis effigie vocantur. Olim ſolido minores etiam in uſu erant monetæ, *dimidia* nempe ejus pars, vulgo En Syſling, & *tertia* En Hvid ſeu *Albus*, & *ſexta* En Blaffert, ſed jam raro ejusmodi viſuntur. Nummi apud nos propter obſidiones, direptiones aut certamina cuſi rari admodum ſunt, nec ulla vidi præter miſſilia, quæ in Coronationibus Regum populo diſtribui ſolent. Cum Sveci ante paucos annos nos inopinato invaderent, *Chriſtianus IV*. piæ memoriæ Monetæ publicæ inſculpi curavit hæc verba: *Juſtus Jehova Judex*. Omnium enumeratorum cum ſuo valore mittam exempla, ubi ſeſe commoda obtulerit occaſio. Hoc tantum ſignificare hac vice potui, ut Excellentiæ Tuæ reſponderem literis. Nummos ipſos exſpectabit data opportunitate. Ferunt, Dominum *Hennequinum*

*num* brevi ad Vos reverſurum, quod ſi ita ſit, per ipſum transmittendi utrinque forſan dabitur commoditas. Vale. Hafn. 14. Cal. Febr. An. 1650.

## *DCCCCXCVI.*

# PETRUS SCAVENIUS,

## *D. Olao Wormio,*

*Hafniam.*

VIr Clariſſ. Simul ac tuam mentem ex ſchedula incluſa literis Clariſſ. Dn. *Bartholini* intellexeram, nihil mihi magis curæ fuit, quam Tuæ ſatisfacere petitioni. Et licet temporis anguſtia impeditus, ſingula ex voto perficere non potuerim, vetuit tamen tuus in me ſingularis affectus, meaque erga te ſumma obſervantia, reſponſionem ulterius differre, ne meo officio deeſſe viderer. Heri, ſtatim poſt traditas literas, conveni Illuſtriſſ. D*n. Equitem de* P*uteo*, tuoque nomine compellavi de obtinendo quodam exemplari *Hiſtoriæ Naturalis Mexicanæ*; at reſponſum tuli, iſtum librum impenſis cujusdam Secretarii Legati Regis Hiſpaniarum editum eſſe, ac ob certas cauſas adhuc ſupprimi. Promiſit nihilominus Nobiliſſimus idem Eques, ſe prima occaſione exemplar tibi procuraturum; mihique in manus conſignaturum. Interea tibi officioſiſſimam ſalutem impertire juſſit, mihique vel recordatione tui nominis, quod ſancte ab ipſo colitur, quævis humanitatis officia exhibuit. Cum nihil novi in re literaria occurrat ſcriptione dignum, hæc inpræſentiarum attigiſſe ſufficit. Quod ſupereſt, Deum ſupplex rogo, Te diu incolumem in patriæ decus & commodum conſervet. Tu, Vir magne, vale, meisque rebus fave. Romæ 15. Januar. 1650.

Præſtantiſſ. Dn. *Haranda* Brugenſis, una cum ſocio itineris Nobiliſſ. Dn. *Broſtrupio Gedde*, te ſalutat.

DCCCCXCVII.

## *DCCCCXCVII.*

# JOH. CONRADUS SAURIUS

## M. D.

*D. Olao Wormio*

Ὑγιαίνειν.

CUm Excellentia tua, Ao. 1646. 3. Aprilis die, Catalogo Antiquitatum Muſei ſui honorifice me decoraret atque do(n)aret, & inter alias res Cornu Rhinocerotis minimum atque (p)arvum oſtenderet, ego aliud, parum majus tuo, allaturum tum (p)romittebam: Illud porrectum, diſſectum quidem in corona & (p)rophylactico tuo minus conveniens, amice mihi reddidiſti. Jam (a)lterum nactus, cujus iconem nunc mitto, minus diſpliciturum (e)xiſtimo. Longitudo ejusdem unius eſt cubiti; circumferen(t)ia ſequi-ulnæ Stralſundenſis; ponderat denique ſeptem pondo (r)oſtratia. Quapropter, cum in Aureo Cornu Illuſtriſſimi Principis p. m. ingenioſiſſimum & nervoſiſſimum te præſtitiſti, in (h)oc enodando, virtutesque ejus explicando, Virum te exhi(b)ebis. Noviſti enim antea, quomodo ad ægritudines, palpita(t)iones cordis, paralyſin, Apoplexiam &c. glorioſe, chymice præparatum, applicari poſſit. Hanc ſcientiam blande excepi(ſ)ti, hilariter amplexus es, & vere ille, qui illam non amat, imo non amplectitur, nec Philoſophiam amat, neque ſuæ neque aliorum vitæ diſcrimina, unquam curat. Venditor pretii loco expoſtulat 100. imperiales; Ego in emptione 60. ipſi obtuli, putem, illam conditionem ipſi tibi placituram. Si ita, reſcribas protinus (accinctus enim itineri, alio ire cogito) & mittam proxima quaque occaſione. Ad Michaëlem Mederum, civitatis Typographum, Affinem meum, reſcribendum erit, ille literas transmiſſas ad me curabit. Interea obſecro, Cl. T. Iævidenſe hoc officiolum ne aſpernetur, in majoribus habitura ſemper me paratiorem, meque promovere & amare ut non deſiſtat. Ocyius Stralſundiæ d. 7. Martii An. 1650.

## DCCCCXCVIII.

## OLAUS WORMIUS

### *Jonæ Areſonio.*

*Watzfordam in Iſlandia occidentali.*

Literas tuas, Vir Clariſſime, amoris & benevolentiæ plenas anno præterito probe accepi, una cum ſpeciminibus Poëſeôs veſtræ in Lingua Danica. Perplacuere, & non poſſum non conatus iſtos laudare, ſed ego ſtudia iſta dudum ſepoſui, cum hiſce vacare non permittant tum curæ ſeveriores, tum valetudo infirmior. Interim pro oblatis officiis & humanitate gratias ago Ingenue fateor, multum me adjutum fuiſſe opera Clariſſimi Domini *Arngrimi*, mihi, dum in vivis fuit, conjunctiſſimi, quocirca non poteram, quin publice in ſcriptis meis teſtatum id redderem, meque viduæ & liberis gratum oſtenderem; ſed, eo exſtincto, periit etiam apud me harum Antiquitatum ardor, quem vobis relinquo, inprimis Domino Epiſcopo *Brynolpho*, quem pulchra & egregia in hoc genere meditari, ex ſpeciminibus huc miſſis video. Si vero qua in re tibi tuisque gratificari valeam, ſi Deus vitam prolongaverit, promptum inveniet. Hæc namque ægra ſcribo manu, & valetudine haud ex voto proſpera. Tu cum tuis vale. Hafn. Calend. Maji, 1650.

## DCCCCXCIX.

## OLAUS WORMIUS

### Generoſæ Dominæ

### *Brigittæ Tot, de Tureby.*

Nobiliſſima Patrona Quod elegantiſſimis tuis literis tardius reſpondeam, fecit adverſa valetudo, qua ultra ſex ſeptimanas detentus fui, quæ poſt ſe reliquit capitis dolores & gravedinem, adhuc adeo me vexantem, ut nec quicquam ſerio meditari, nec cogitationes meas ſine diſtractione calamo mandare

are valeam, quod, vereor, ne majus mihi anno hoc climaterico magno minetur incommodum; moræ igitur ignoſcas, ogo. Cæterum quanta lætita erudititiſſima hæc epiſtola me ffecerit, effari nequeo, cum non ſolum benevoli in me affectus ndex ſit locupletiſſimus, ſed & rariſſimum antiquitatis una apportarit κειμήλιον, eleganti & ſvavi oratione ita conditum c depictum, ut, literarum nitorem cum muneris præſtania certare, jure affirmare poſſim. Gratias itaque ago mmortales, utque officiis & cultu devoto tantum mihi exhibium honorem excipere valeam, ſemper allaborabo. Præter acrarum rerum ac virtutis ſtudium indefeſſum tantam Linguaum exoticarum, Romanæ inprimis, peritiam ac diſciplinarum neliorum ardorem conſtantem in eo ſexu ac ordine mirari ſais nequeo, præſertim cum indies adhuc tam calide urgeas, ut nultos doctorum, qui ſe hiſce totos dederunt, atque ex iisdem amam & auctoritatem aucupantur, infinitis paraſangis poſt Te elinquas. Tantas animi dotes, tanta humanitate & benevoentia conditas, in tam nobili fœmina, quis non æſtimaret, & lignis præconiis celebrandas duceret? Me certe in ſui admiraionem adeo traxere, ut, ſi iis deprædicandis me totum darem, parem tamen meritis gratiam referre nunquam poſſe exiſtimem. Euge igitur, Muſarum flos, Charitum decus, ut cœpiſti, perge; in gloriæ theatro coronam Tibi paratam exſpectabis immortalem. Rarum certe ac charum valde fuit, quo me beaſti, munus, quippe quod tot retro ſeculis a majoribus noſtris ita elaboratum video, ut, ſive ſtructuram ſive ad ictus exeipiendos robur conſiderem, non poſſim, quin Veterum in armorum ſuorum textura (a nemine, quod ſciam, adhuc ſatis animadverſam) admirer prudentiam & induſtriam. Scutum enim hoc geſtantem ne gravaret, ex leviſſimis confectum video, corio nempe & ligno (ni fallor tiliaceo) ita junctis, ut facile omnes adverſariorum ictus eludere valeat. Quatuor cum conſtet laminis, coriaceis duabus & ligneis totidem, tali artificio unita & ordinata conſpiciuntur omnia, ut vel maxima vi diffringi nequeant. Exterior quædam lamina coriacea glutine peculiari ligneæ primæ ita nectitur, ut aciei gladii hebetandæ ſufficiat, aſſerumque fibras ita unitas teneat, ut ex ictu non dehiſcant. Superficiem exteriorem rubrica infectam arbitror, ut ſanguine geſtantis ſi tingatur, terrorem nulli incutiat. Excipit

hanc incruſtationem lignea lamina ex aſſerculis fibris tranſverſis præditis, quæ rectas & perpendiculares tertiæ ambit, artificioſa agglutinatione, ut ſive perpendiculariter ſive tranſverſim ictus inferatur, non niſi unicam penetret, & geſtantem a vulnere immunem reddat. Cui multum confert interior coriacea & figura totius operis incurva & oblonga, toti corpori tegendo apta. Anſarum trium obſervo veſtigia, quarum beneficio brachio ſiniſtro ita aptabatur, ut non facile excideret, duabus partem ejus ſuperiorem, tertia inferiorem ſeu cubitum amplectente. In *Columna Trajana* Romæ exiſtente, ſimilibus clypeis ornatos vidi milites quosdam Romanos, figuram ſi attendas; ſed an contextus par fuerit, dicere nequeo. Interim pro tam raro, tam pretioſo, tantaque antiquitate conſpicuo ſcuto gratias iteratо ago ingenteis, quod inter Muſei mei pretioſa una cum literis tuis memoriam tanti in me favoris & benevolentiæ æternam conſervabit, meique Muſei hiſtoriæ non ſine nominis tui honorifica mentione ejus delineationem gratus inſeram. Vive ac vale, Generoſa Domina, ſexus tui rarum decus, & ſeculi noſtri ornamentum eximium. Hafn. 21. Maij, 1650.

Si quid porro ejus generis occurrat, mei memor ut ſis, rogito.

## M.

# ERASMIUS JOHANNIS BROCHMAND

## *D. Olao Wormio.*

CLariſſ. & Celeberrime Vir, Affinis colende. Non neceſſitudo tantum illa, quæ te & domum noſtram intercedit, ſed & celebritas nominis tui, qua non minus noſtram, quam tuam familiam illuſtras, effecerunt, ut meum exiſtimaverim eſſe, una nunc te abſentem, ex merito celeberrimæ famæ, literis meis ſalutare ac colere, ut olim colloquio coram, ex affinitatis lege, colui atque obſervavi. Quæ tamen cum iterum atque iterum animum ſubierit cogitatio, eadem tamen hucusque propoſitum diſtulit memoria meritorum, quibus me tibi obſtrinxiſti ac debendi reum feciſti. Nunc poſtquam ex Belgio in Angliam, intra paucos dies, modo Deus ac ventus faverit, trajicere ſtatuerim, nolui committere, quin de eo itinere prius tibi indicium facerem, ut, ſiquid ſit, quod illic me curare velis; non

quod

[q]uod de eo dubitare te ullatenus exiſtimem, ſed quod non al-
[t]erius quam meo indicio cognoſcere deberes, in me nihil de-
[ſ]iderari, quin, quantum in me eſt, prompte exſequar. Quia
[c]um defuncto b. m. Dn. *de Laët* amicitiam te coluiſſe ſcio, nolo
[t]e eo te neſcire, quod ille, adhuc vivus, *Lexicon Anglo Saxoni-
cum* conſcripſerit & abſolutum ſuaque manu nitide exſcriptum
[a]d prælum paraverit: cujus edendi curam ipſius hæredes non
[it]a dudum Clariſſ. *Dn. M. Z. Boxhornio* commiſerunt, quem illarum
[a]ntiquitatum, perinde ut noſtrarum Septentrionalium, ſtudioſum
[e]ſſe non ignorabant. Ille vero, quod in ſe recepit, cum pri-
[m]is effectum dabit, non minus ad famam Celeberrimi Viri,
[c]ujus nomen præferet, augendam, quam ad illius gentis anti-
[q]uitates, quæ quoque magna ſui parte noſtræ ſunt, celebran-
[d]as. Ipſe ex M. S. ſuo codice nuper vulgavit *Religionis Chriſtia-
næ fundamenta* Anglo-Saxonum & Alemannorum Lingua ſcripta,
[q]uemadmodum ante DCC. annos his gentibus tradita ſunt,
[a]nnexa particula *Legum Alvredi* eadem lingua, cum ipſius
*[B]oxhornii* interpretatione. Quibus libellis *Hiſtoriam Eccleſiaſ-
ticam Haimonis Epiſcopi Halberſtadenſis* præmiſit: quæ pauca
[q]uaſi ad guſtum faciendum exhibuit, promiſitque in poſterum
[a]lia, quæ eodem viderentur pertinere, modo conatum doctis
[n]on diſplicere cognoſceret. In animum quoque habet brevi
[e]dere catalogum Bibliothecæ ſuæ, quam in eo genere & omni-
[b]us totius prope orbis terrarum linguis inſtructiſſimam habet.
Quem deſcriptum Suecorum Reginæ, ut illius poſtulatis ſatis-
[f]aceret, miſit. Editum quin ad te mittat, non dubito, quem
[m]agni facit, & inter maximos Europæ noſtræ Viros numerat,
[n]oſtrarum antiquitatum gratia, quæ te vindice, lucem ac lau-
[d]em acceperunt, tuque per illas immortalem gloriam. Ita-
[q]ue emolumento Patriæ diu vive, qui decus ejus es, tuaque
[ſ]tudia, quibus pro Dania tua illuſtranda adhuc eniteris, ut olim
[p]ro nomine ac fama contendiſti, Deus Opt. Max. porro ſecun-
[d]et, tibique vires ac vegetam ſenectutem conſervet! Mihi ve-
[r]o favere perge, meisque verbis tuam Uxorem ac liberos ſalu-
[t]a. Amſtelodami 28. Junii 1650.

POſtquam Regimontium, in Boruſſiam , Neptuno non
modum irato, delatus ſum, mari locisque maritimis, :
iis Amicis & benefactoribus meis, quos inprimis Haffniæ fa
tiſſimos expertus ſum, ultimum vale dicturus, extemplo
veſtræ Excell. ſumma illa benevolentia, qua me indignum
plecti ſemper ac proſequi dignata eſt, in occurſum venit,
præter animum, beneficiorum memorem, quid offerrem ,
nihil omnino invenirem, tandem leviculam hanc, quam v
ſphærulam cum 9. vel 10. cuneis, duobus globulis & 3. teſſ
lis incluſis, loci hujus, ubi ſuccini plurimum invenitur &
tificioſa manu in varias figuras efformatur , ſuppeditavit
nignitas. Quod vile monuſculum , utut Muſeo Wormi
abſolutiſſimo illo Naturæ & Artis Theatro, indignum ju
rem; nihilominus tamen ineptum me haberi, quam ingra
malui. Æſtimabis igitur hoc leviculum non ex precio ſu
ex animo offerentis, qui cum gratus eſſe voluerit, non
deceret, ſed quid poſſet, obtulit. Præterea cum huc ven
tem me ædes *Dn. Schmeiſſii* exceperunt , inveni ibi Dn.
*Schultzium*, antehac Haffniæ Dn. *D. Fabricii Junioris* conv
rem. Is nunquam deſinit benevolentiam ac favorem a V
Excell. ſibi exhibitum deprædicare; ipſius conſilio & inſti
quoque factum, ut Dn. *D. Löſelium* Profeſſ. heic celeberrin
adierim, Tuoque nomine ſalutarim, qui Tui cupidiſſimus, non
do benevolentiſſime me excepit, ſed & cum rebus nonn
Muſeo forſan non ingratis, quas tamen, quia in exiguo p
pretio, ſua ſcriptione noluit commendare, dimiſit. Sunt
tem eadem. Par tubarum & par tibiarum Lithuanicorum

Ganß;) dens major aprugnus; pes von einem Rohrdrommel. Habet & alia egregia rara D. *Löſelius*, quæ lubens ipſe tecum communicaret, ut pellem anguis Braſilianæ 9. ulnas longæ, nidos veſparum, adamantes Prutenicos, variasque plantas ad littus maris Prutenici enatas, modo certior eſſet, ea Muſeo veſtro nondum ineſſe. Si igitur quicquam horum cupias, verbulo id indicabis laudato M. *Chriſtophoro Schulzio* in ædibus Dn. *Schmeiſſii* commoranti, vel, quod melius eſſet, Dn. *D. Löſelium* tuis literis, ſi commodum videtur, ipſe compellabis. Mihi is indicavit, ſibi gratum fore, ſi librum, quem conſcripſiſti *de Runica Literatura*, poſſit impetrare, nec non rara nonnulla Arctica, quæ in duplo poſſideret Muſeum Veſtrum, & hæc Regio non ferret. Valeas optime, ac Reip. literariæ bono diu ſuperſis. Regiomonti die 13. (23.) Sept. An. 1650.

## *MII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Friderico Klingero.*

*Regiomontum.*

TUum in me affectum non ſolum ex literis ad me datis abunde percepi, ſed etiam ex iis, quæ miſiſti, Muſei mei ornamentis, pro quibus gratias ut ago maximas, ita in memorem quod ſint collata, faxo agnoſcas. Inprimis gratum mihi quam maxime fuit, quod in amicitiam Clariſſimi *Loiſelii* me inſinuaveris, viri ut eruditiſſimi ita ex ſcriptis doctiſſimis mihi notiſſimi. Ejus enim *de Podagra* Tractatum olim non ſine delectatione legi, & ex ungue leonem agnovi. Egregia certe fuere & gratiſſima, quæ ex ejus liberalitate ad me miſiſti, inprimis *roſtrum Pelecani Geſneri*, quod dudum deſideravi, *Pyrites mammaria*, & organa illa Muſica Lithuanis frequentia. Pedem *Ardeæ ſtellaris*, quam vulgo *Rördrum* vocant, antea habui, imo totius avis exuvias (nam apud nos etiam haud infrequens) ſed jam ferme periere, a tineis & blattis conſumptæ. Noſti enim me ſæpius conqueſtum, quod aves, quas habui, elegantiſſimas a teredine conſervare nulla arte potuerim. Quocirca ſi etiamnum aut a Domino *Loſelio* aut aliis quidquam, quod ad

conſervationem earum conducat, expiſcati valeas, rogo, indices. Balſamia varia, pulveres, ſuffimina, exſiccationes tentavi, ſed fruſtra. Antidori loco quæpiam Clariſſimo iſti Viro tranſmitterem, ſiquid ſcirem ipſi gratum. Quocirca *Catalogum* ipſi mitto *Muſei*, ut ex eo conſignet, ſiquid cupiat. Cujus mihi ſuppetat copia, lubens communicabo. Addo *Literaturam Runicam* & alia, quæ cum amica ſalutatione offeres. Tibi & *M. Schulzio* (cui multum debeo, quod mei adhuc memor, ansam huic præbuerit negotio) ea, quæ petis, addo; boni conſulite. *Dn. Schultzium* officioſe ſalutes, ac avrem ſubinde vellicare haud deſine, donec promiſſis ſuis ſteterit. Vale, &, ut ſoles, ama. Haſn. 7. Nov. 1650.

## *MIII.*

## Nobiliſſimo & Experientiſſimo Viro D. OLAO WORMIO S.

*Hafniam.*

PRomiſſos per Mommium *bufonum lapides foſſiles* mitto. Eruuntur ex ærifodinis vicinis Hangundiæ in Comitatu Iſenburg. In ſubſtantia & infuſ. proſunt in variolis, febribus malignis, propter vim ſudoriferam, qua pollent. Lapides vero juxta Confluentias, muliebria referentes, nondum potui acquirere. Si nactus fuero, mittam. Hiſce vale, & feſtinanti calamo ignoſce. Francof. 23. Septembr. 1650.

Tuus olim & nunc
Auditor & diſcip. addictiſſ.
JO. DANIEL HORSTIUS
Archiater Darmſtad.

Si me Excell. Tua reſponſo velit dignari, quæſo, ſcribat, quid ſentiat de V. S. in febribus petechial. Ego 13. praxeos meæ Med. annis, in principio morbi felici cum ſucceſſu ea uſus ſum. Quæſo de hac re judicium Tuum mitte.

MIV.

## MIV.

# OLAUS WORMIUS

## *D. Johanni Danieli Horſtio, Archiatro Darmſtadienſi.*

Quos miſiſti per *Havbaldum* noſtrum lapides, probe accepi, & gratias habeo maximas; verum ad *Bufonios* non ...ulero, ſiquidem cum illis nullam habeant, vel quod ad figu...n vel quod ad ſubſtantiam, affinitatem. Scio, duo genera a ...ibusdam conſtitui, unum majus, quod *Umbriam* aut *Bron...m* vocant, quod apud nos frequenter circa littora reperitur, ...jusque mihi magna eſt varietas, ſed multum ab hoc differt: ...gnitudine enim eſt ut plurimum ovi gallinacei, ejusque ...me figuræ, niſi quod in altera extremitatum planus ſit, um...icum continens, a quo ſemper in cacumen ſeu apicem quin...e lineæ excurrant æqualiter diſtantes, quale quid in hiſce non ...eritur. Alterum minus eſt, & annulis includi ſolet, quod capitibus bufonum reperiri volunt; ſed e peculiari minera ...reſtri erui præclare oſtendit *Ferrantes Imperatus*. At quan...n ab his diſtet tuus lapis, melius videbis, ſi *Anshelmum Bo...um* conſulueris, qui accuratiſſime noſtro ſeculo de lapidi...s ſcripſit. Exiſtimo ego, *Conchitem* eſſe de ſubſtantia *Pyri...*; exactiſſime enim concham auritam refert, quam quis in ...idem converſam juraret, multum ſimilis *Chamæ lapideæ Rugatæ* ...ad *Johan. Bauhinum* in *Hiſtoria Fontis & Balnei Bollenſis, libr. pag.* 25. Nec multum differt ab eo, quem *Aldrovandus* in *Mu... Metallico, lib.* 4. *pag.* 465. vocat *lapidem foſſilem concha craſſa ...a hirſuta æmulum.* Si vires, quas refers, habeat, eas a terr... aut marga, cui innaſcitur, poſſidere arbitror; ſimilis enim ...ne eſt *Terra Melitenſi*, cui etiam lapides, *Gloſſopetra* dicti, & ...innaſcuntur. Et quis ſcit, annon terra, huic lapidi adnata, ...urificetur, lavetur, & in orbes redigatur, easdem poſſideat ...s & proprietates? Utut ſit, gratiſſimus certe mihi eſt lapis, ...ore antea a me non viſus, & cum Tui Nominis honorifica ...ntione Hiſtoriæ Muſei mei inſeretur. Avide alterum ex...cto, qui muliebria refert. An ille, qui a *Betzlero* in *Gaza-*

 *phy-*

*phylacio* depingitur, & *Hyſterolithis albicans* vocatur? Eum non dum videre datum. *Catalogum Muſei* mei mitto, ut, ſi plura ejus generis occurrant, quibus loculpetari a Te poſſit, ut cœpiſti, officio amici fungaris. De venæ ſectione in petechiali febri idem ferme Tecum ſentio, & in Plethoricis, in principio morbi, ſæpius cum ſucceſſu adminiſtravi, ſed quia diſputatione publica brevi hanc quæſtionem ventilare decrevi, pluribus hac vice de ea agere, non opus eſſe arbitror; ubi enim excuſa fuerit, data opportunitate ad Te diſputationem ipſam mittam, ut mutui amoris & benevolentiæ inter nos ſit ſymbolum. Quod dum fit, ut amare & favere pergas, rogo. Vale. Hafn. poſtrid. Calend. Calend. Martii, 1651.

## MV.

## OLAUS WORMIUS

### *D. Joh. Danieli Horſtio.*

*Darmſtadium.*

TUas 22. Sept. Darmſtadio datas, 17. Decembris Hamburgo accepi, una cum elegantiſſimo lapide, quem *Hyſterolithon* vocas, qui quo rarior, & nondum, quod ſciam, depictus, eo gratior; pro quo ut gratias ago maximas, ita cum honorifica tui mentione *Hiſtoriæ mei Muſei* inſeram. Sed permitte mihi, ut meam de eo in tuum ſinum effundam opinionem: Ego non tam *Hyſterolithon* Boëthii, *Agricolæ*, *Geſneri* & *Cardani* eſſe arbitror, quam *Diphyen Plinii*, cujus meminit *libr.* 37, *cap.* 10. pro qua voce non recte legitur *Diphris* in quibusdam exemplaribus, atteſtante *Geſnero* in libello *de lapidibus*, nam tam fœminæ quam maris exprimit pudendum. Etenim in hoc monſtro ſub vulva & ſerotum & genitale exhibentur virile, quod an obſervaveris, neſcio; curabo exacte delineari, & Muſeo inſeram. Quod ſi terram, cujus facis mentionem, & ſi, quæ lubeat, alia rara miſeris, rem feceris gratiſſimam. Eſt apud nos Bibliopola *Havbaldus*, qui ſingulis annis Francofurtenſes nundinas frequentare ſolet; huic ſi quid commiſeris, recte curabitur: Francofurti apud *Davidem Zohnerum* Bibliopolam hoſpitari ſolet. Accepi ex Bohemia terram variis coloribus inſignitam, albo inprimis,


mis, flavo & ſubcæruleo, ſed vix credo, eam eſſe, de qua ſcribis, cum proprietates eas in ea non obſervaverim, quod ſcilicet ſale copioſo turgeat, & omnium metallorum coloribus prædita ſit, &c. Quod ſpiritum ſuppeditet aurum liquantem non miror, ſiquidem ſpiritus ex vulgari ſale elicitus idem præſtet. Cum aliud non ſit, quod rependam, mitto binas meas *Diſputationes*, in quarum altera invenies meam *de ſanguinis evacuatione in malignis* opinionem, in altera de *Unicornu* noſtro *marino* haud vulgaria, cujus fruſtulum ſimul mitto. Addo *Hiſtoriam Muris Norvagici*; ut boni conſulas, rogo; ſiquid in iis obſervaveris minus ad palatum, candidè mone, & rem feceris gratiſſimam. Vale, &, ut ſoles, fave. 1653.

## *MVI.*

## Excellentiſſime & Clariſſime Vir,

### *Dn. D. Olae Wormi.*

LIcet non ignorem Tuam Excell. plurimis iisque graviſſimis diſtrictam teneri occupationibus, tamen quia ſcivi humanitatem eſſe tantam, ut neminem a colloquio arceat, nedum literas hominis quantumvis exigui faſtidiat, T. Excell. literis compellare ſuſtinui, rem quidem hac ratione non injucundam inpræſentiarum facturum me exiſtimans. Nobiliſſ. Dn. *Johannes Julius*, Cœnobii Duholmenſis Præfectus Regius, ante haud multos dies tres mihi monſtravit lapides, in palude Sejrslevienſi (pagus is eſt in Morſia noſtra ad ſeptentrionem ſitus,) non ita pridem inventos, maculisque albicantibus diſtinctos. Figura quidem eadem, referens gladium ancipitem in acutum, hoc qualicunque modo ſenſim deſinentem;



Sed magnitudo inæqualis erat. Color proxime ad ſilicis accedit. Inventi autem ſunt muſco adhuc virenti, conſtanter id aſſeverantibus, qui illos effoderunt, ruſticellis, ita involuti, ut nullam partem nudi apparerent, altero ſupra alterum poſito, maximo infimum, minore medium, minimo ſupremum occupante locum, ut opera & induſtria humana facti ac defoſſi viderentur. Quod Tibi, Vir

Vir Præſtantiſſime, ſignificandum putavi, ut eo Antiquitatum tuarum, ſi non dignitatem, ſaltem numerum augere poſſis: facile enim, miſſis ad humaniſſimum ipſum Dn. *Julium* literis, unum eorum impetraveris. De illis variæ ſunt noſtrorum hominum opiniones, ſed tales, ut multum a vero, qnantum quidem ego colligere poſſim, abludant. Nihil iccirco poſſeſſor magis in votis haberet, quam ut verus, aut vero quam ſimillimus eorum uſus per ſolertem aliquem Antiquitatum indagatorem ſibi indicari poſſet. Atque talis cum ſis, Excellentiſſ. D. Wormi, in Morſiam noſtram injurius eſſem, niſi tanto Viro ſummoque ac diligentiſſimo talium rerum arbitro, ab oblivionis injuria vindicandum hoc, quicquid eſt, aperirem. Cæterum exorandus es mihi præcipue, ut tenues ac jejunas haſce literas, pro ea, qua mihi & toti Reipubl. literariæ es cognitus, humanitate & bonum publicum promovendi amore, boni conſulere & ab omni temeritatis ſuſpicione liberas pronunciare digneris. Dei præpotentis tutelæ ac præſidio Excellentiam Tuam ſincero animi affectu commendo. Nicopiæ Morſianorum III. Kalend. Octobri id eſt, ipſo die Michaëli Archangelo ſacro, Ann. MDCL.

Excell. T. addictiſſ.
JANUS PETRÆUS SVENSTRUP,
Scholæ Nicopienſis in Morſia
Rector m. m.

## *MVII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Jano Petræo Svenſtrup, Scholæ Nycopienſis in Morſia Rectori.*

GRatiſſimæ tuæ mihi fuere literæ, juvenis ornatiſſime, inprimis quod de inventis apud Vos lapidibus certiorem me reddiderunt. Quantum ex deſcriptione tua colligere licet, ex eorum ſunt genere, qui hic in tumulis veterum quandoque

repe-

reperiuntur, ſubſtantia ſilicea, figura gladioli. Certe in iis rarum quid & ſpeculatione dignum invenitur. Si quis diligentius eorum fabricam & conſtitutionem rimetur, non poteſt, quin dubitet, artiſne an naturæ ſint opera. Artis veſtigia apparent in iis, qui apud nos ſunt, expreſſa; quocirca, artem ſilices hoc pacto tractandi jam periiſſe, neceſſum eſt ut fateamur, cum ferro vel leviſſime tactus diſſiliat. Sed hæc de iis, qui apud nos reperiuntur, dico, cum de veſtris judicium nullum ferre queam, niſi inſpiciendi detur facultas. Quia vero cum Nobiliſſimo Domino *Johanne Julio* nulla mihi intercedit familiaritas, Eum meis compellare literis non ſuſtineo. Si tua interceſſione impetrare liceret, ut unius mihi copia fieret cum omnibus circumſtantiis loci & temporis, certius de eo judicium ferrem. Tu omnem move lapidem, & vale. Hafn. 21. Novemb. 1650.

## *MVIII.*

## OLAUS WORMIUS

### *Torchillo Arngrimi.*

TAm eas, per fratrem, quam quas Lugduno Batavorum 15. Junii miſiſti, probe accepi. Inſtitutum tuum percepi, honeſtum ſane, ſed laborioſum, ſumptuoſum & multæ experientiæ; nam non ſolum diverſi Auctores, qui de rebus naturalibus ſcripſerunt, coëmendi & diligenter perluſtrandi, ſed & fodinæ, maria, loca invia adeunda & pervaganda, & quid utraque ferat India, cognoſcendum. Quibus aliisque infinitis, quæ hic recenſere nimis longum foret, an pares eſſe poſſint vires corporis, animæ & inprimis crumenæ, prius diligenter perpendendum, quam ſe itineri tantis difficultatibus obſito quis committat. Optandum certe foret, Patriæ tuæ reconditas gazas quiſpiam nobis ut recluderet, &, per te fieri ſi poſſet, æternam tibi nominis gloriam conciliares. Literas Magnifico Domino Cancellario inſcriptas obtuli: reſponſum accepi, res noſtras ita conſtitutas non eſſe, ut novis ſtipendiis ſufficiant, quocirca quid hinc ſperandum, non video. Ni ſumptus aliunde tibi ſuppetant, huc ut te conferres, ſuaderem, ubi præſens operam

peram tuam patriæ probare poſſes, iisque, quæ hujus ſtudii theoriam ſpectant, invigilare, donec peregrinationibus neceſſaria conquiſiveris. Vale. Calend. Febr. 1652.

## MIX.

# OLAUS WORMIUS

## Clariſſimo Viro

### *D. Petro Bourdelotio, Sereniſſ. Reginæ Sueciæ Archiatro.*

*Holmiam.*

Literas tuas ubi vidi, Vir Clariſſime, effari nequeo, quanta lætitia ſim perfuſus. Pruriebat dudum calamus ad Te ſcripturire, & certe cum Nobilibus iſtis Italis, Viris doctiſſimis, id feciſſet, ni inopinato a nobis diſceſſiſſent; avebam illorum converſatione diutius frui, & reditum ad me promiſerunt, ſed ſpe fruſtratus ſum. Nunc quia me prævenire voluiſti, & ſilentii tui cauſas tam prægnantes adducere, eſt, quod grato animo accipiam, tum pro affectu benevolo, quo me ultra modum proſequeris, tum quod non ſolum me Tibi patiaris commendatum, ſed etiam Sereniſſimæ Reginæ conatus meos inſinuare volueris. In Tantæ Principis, totius terrarum orbis miraculi, notitiam quod tuo favore irrepſerim, magni beneficii & honoris loco habebo, nihilque mihi antiquius eſſet, quam ut aliquid a me proficiſci poſſet, quod ejus Majeſtati gratum foret; ſed cum aliud nequeam, pro Ejus incolumitate vota preceſque fundere non deſinam. Memini, dum hic apud nos eras, te telæ ex *Amiantho* confectæ mihi ſpem feciſſe: quod ſi ejus Tibi ſit copia, exiguam portiunculam in ornamentum mei Muſei ut mittas, rogito, ut hac ſymbola tua etiam gaudeam. Domino *de Buiſſon* per Te multam ſalutem impertitam cupio, & omnia, quæ ab Amico proficiſci poſſunt, oblata officia. Si edoctus fuero, ubi jam degat, & quo modo commodiſſime ad eum literæ deferri poſſint, res mihi futura eſt gratiſſima. De *Gaſſendo* & *Peirerio* noſtro ſi quid intellexeris, mone. Vale, &, ut cœpiſti, amare perge. Hafn. III. Mart. 1652.

Riolan

*Riolanum* curioſa quædam in re Medica Gallico ſermone edidiſſe , nuper ad nos ſcripſit Dominus *D. Patin*, ſed opus ipſum nondum vidimus.

## *MX.*

# OLAUS WORMIUS

## *Petro Bourdelotio,*

## *Sereniſſ. Reg. Sueciæ Archiatro*

## S. P. D.

BInis tuis reſponſum debeo, Vir Clariſſime, & certe , æger quamvis, ( utpote nondum ſatis eluctatus ex tertianæ apud nos populariter graſſantis inſultibus ) tam amicis & officioſis reſpondere omnino debui. Prioribus tuis adjuncta erant byſſus & asbeſtina rara , quæ mihi gratiſſima , utpote ſub Tui Nominis titulo futura mei Muſei ornamenta haud minima. Meo cum hic fuit nuper Dominus *Bochartus*, una cum *Voſſio* juniore, ille Vir humaniſſimus & longe eruditiſſimus, quem, cupio, meo nomine officioſe ſalutes, quia apud Vos jam eſt. Fuit etiam hic heri *Comes de la Gardie* cum ſuo comitatu, cui ex voto gratificari non potui, cum dies fuerit paroxyſmi mei , nec me aëri liberiori exponere auſus fuerim. Graſſatur apud nos populariter febris quædam contagioſa, non usque adeo maligna, quæ typum tertianæ pro ratione conſtitutionis corporum obſervat, &, ſi rite tractetur , intra ſeptimum terminatur paroxyſmum; in iis vero, qui, neglecta diæta , minus caute procedunt, ſæpiſſime in duplicem degenerat, & per 7. aut 8. durat ſeptimanas. Ego hac correptus, uſus generalibus, etiam ſanguinis miſſione, quod forſan miraberis, in hac ætate 65. anni, ante quartum paroxyſmum antidotum, unde largus ſubſecutus ſudor, paroxyſmum profligavit , quid futurum ſit hac veſpera, exſpecto; ſolet enim circa octavam veſpertinam levi rigore ingruere. *Helmontius* pro Medico non habet eum, qui non tertio die quamvis febrem jugulet. Ego, an id ipſe præſtiterit, valde dubito. *Riverius* de ſuo *febrifugo* multum gloriatur etiam in quartanis. Siquid de eo tibi conſtet, haud me celes. Eſt apud nos, qui quibusvis amuletum carpis appli-

cat

eat per 9. dies geſtandum, quo ſe aliquot centenos curaſſe refert, ſed ego id nondum obſervare potui; quotquot enim eo uſi ſunt, præmiſerunt univerſalia, quibus plus fido, præſertim antidotis. Tu, ſi non moleſtum, mentem tuam communica. Ut ad alteram tuam epiſtolam die 22. Maji exaratam veniam, gratiſſimum mihi fuit, quod Tibi de ecclipſi nupera communicata doctorum judicia transmiſeris, quæ quamvis ægro corpore legerim, nec rite expendere potuerim, percurri tamen, & quia neſcio, an remiſſa velis, paululum apud me detinebo; remittam vero, ubi poſtulaveris. Quid noſtri hic obſervaverint, hiſce cape. Vidi hujus Ecclipſeos hiſtoriam prolixe traditam ab Anglo quodam Londinenſi *Lilio*, typis traditam in Ephemeridibus hujus anni. Libro carere amicus, qui mihi communicavit, noluit, alioquin una miſiſſem. In judicio plane convenit cum Gallico, quod mittis, niſi quod particularia ad Anglos accomodet. Vale, & ægrotanti aliena manu ſcribenti ignoſce. Hafn. 29. Maji, 1652.

## *MXI.*

# OLAUS WORMIUS

## *D. Petro Bourdelotio.*

*Holmiam.*

TAm commoda, tam amica oblata occaſione cum amiciſſimo noſtro *Naudæo*, non potui, (quamvis infinitis urgear moleſtiis in quotidiana ægrorum viſitatione, dum malignæ & contagioſæ febres ac dyſenteria apud nos graſſantur) quin ultimis tuis reſponderem. Equidem in curanda tertiana vulgari tecum plane ſentio; nec quicquam tribuo amuletis aut empiricis iſtis, qui arcana ſua jactitant, in uno aut altero probata, in mille aliis deficientia. Sed in iis, in quibus præter communes cauſas τὸ θεῖον dominatur, alias ſuboriri indicationes, fateri me cogit quotidiana praxis. Expertus enim loquor, niſi antidotis mox in principio pugnes, vis veneni cor & totum hominem occupabit, ac peſſum dabit, nil obſtantibus crebris venæ ſectionibus, aut vulgari methodo exhibitis evacuantibus,

aut

aut præparantibus. Morbi, qui apud nos vigent, acuti ſunt, & niſi mature malignitati obviam iveris, de ægro actum erit. *Diaſcordium Fracaſtorii* in febribus malignis laudes meretur ſummas. Malignitatis vim ubi fregeris, ſymptomata omnia fiunt mitiora, & communi via ſecurius incedimus. Sed quid noctuas Athenas? Clariſſimus *Naudæus*, Vir ut humaniſſimus, ita doctiſſimus, mecum fuit; optaſſem, ejus converſatione diutius frui ut liceret; etſi feſtinaret, ſine meis dimittere eum noluí, quas quanta feſtinatione ſcripſerim, ipſe teſtabitur. Vale, &, ut ſoles, ama. *Bochartum*, ſi apud vos adhuc, officioſe meo nomine ſalutes, rogo. Vale. Hafn. 23. Aug. 1652.

## MXII.

# OLAUS WORMIUS

## *Lucæ Jacobi Debeſio.*

*Feroam.*

LIteras tuas in menſe Septembri anni præteriti datas probe accepi, ſimulque ea, quæ adjuncta erant. Gratias tibi habeo magnas tum pro affectu tum pro impenſa opera. Spero, me jam aliquid rari a vobis habiturum, cum in eo curioſum adeo te eſſe animadverti. Fœtum Balænæ hic habuimus exenteratum & exſiccatum, quocirca ſi excorietur, & in furno, moderato calore, exſiccetur, res procedit, inprimis ſi exſudans pinguedo paulatim extergatur. Piſces monſtroſi ſæpe a piſcatoribus capiuntur, ſed, quia ipſis ignoti, abjiciuntur; ſi ab iis obtinere hoc valueris, ut, quicquid ejus generis occurrat ipſis ignotum, ad te deferant, procul dubio ab iſto mari rara quædam habebimus. * * * Vale. Hafn. 22. April. 1652.

## MXIII.

# OLAUS WORMIUS

## *Filio ſuo Wilhelmo Wormio.*

*Lugdun. Bat.*

TRibus tuis literis mihi jam reſpondendum eſt; binæ enim enim 25. Aug. ad me perlatæ, quarum alteræ *Catalogum* *Anti-*

*Antiquitatum Neomagenſium* continebant, quem cum Amicis & Magnatibus communicavi; ſed tantæ non ſunt opes noſtræ, ut iis cunctis emendis pares ſimus; interim ubi de pretio conſtiterit, mone. Alteræ Catalogum literarum mearum complectebantur, quibus jam additas eas, quas deſiderabas, gaudeo. Jam tertias ſine die & conſule datas 1. Sept. accepi, quibus incluſæ aliæ, quæ recte curatæ omnes, præter eas, quas *Andreæ Reſenio* deſtinaſti; hinc enim in Norvegiam ivit, quando reverſurus incertum. Gaudeo, jam te omnia tranſmiſſa accepiſſe, quod tamen ex aliorum Mercatorum literis antea percepi. Muſeum meum, ubi commoda detur occaſio, tranſmittam; interea cum *Elzeviriis* age, ut, cum eo pervenerit, ſtatim prælo ſubjiciant, mihique pro labore aliquot exemplaria donent. Cupio, iisdem typis exprimi, quibus *America Latii* & *Hiſtoria naturalis Marcgravii*. Plura, quæ obſervata velim, ubi miſero, ſcribam. Utinam tuto ad Vos deferri poſſet; unicum enim ſaltem mihi hoc eſt exemplum. Tu cum *Elzeviriis* age. ut certus ſim, antequam miſero. Quæ de turbata apud nos ſcribis Republica, nugæ ſunt; omnia enim in tranquillo ſunt ſtatu, & optime Regi cum Senatoribus & omnibus convenit. In portu noſtro quinque fuerunt naves Batavicæ ex India reduces, quæ jam reditum in Belgium meditantur. Ad Profeſſionem Theologicam vocatus *M. Jacobus Canuti*, Paſtor Eccleſiæ Arhuſienſis, quem indies exſpectamus. A te jam exercitium aliquod Academicum & ſtudiorum rationem deſidero. *Petrus Otto*, affinis noſter, febri maligna extinctus, extremum jam dixit vale. *Scavenius* & *Raphaël* mihi adfuerunt, excuſaturi inſolentias in Vos commiſſas; longam narrarunt fabulam, cui ut credam, vix mihi perſuadeo. De *Finchio* maxime conqveruntur. Sed nugas illas, pennalicas mitto. Vale. 3. Sept. 1653.

## *MXIV.*

## OLAUS WORMIUS,

### *Wilhelmo Wormio.*

Hiſtoriam Muſei mitto, ut *Elzeviriis* excudendum tradas; hac conditione, ut non patiantur diu apud ſe deliteſcere, ſed

ſed mox prælo mandent. Da operam, ne pereat; noſti enim unicum illud mihi eſſe exemplar. Spero, eos pro labore exemplaria quædam donaturos. Dedicationem differo, usque dum mihi ſpecimen editionis transmiſerint. Vellem, Virum doctum & in hiſtoria naturali verſatum correctioni præeſſe. Typos eos deſidero, quibus *Hiſtoria Americana* expreſſa eſt. Icones, ex quibus peti poſſint, ad marginem annotavi. Titulum emblemate quodam exornare ſi voluerint, gratum erit. Indicem facili negotio conficiet Corrector De ſtudiis tuis fac certiorem. Quia tibi primo vere, ut alias ſcripſi, in Italiam abeundum, hac hyeme in Theoria Medica diligenter Te ut exerceas, neceſſum eſt. Vale.

## MXV.

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio.*

*Leidam.*

* * *

S*Almaſium* in acidulis diem ſuum obiiſſe percepimus; an ſuum contra *Miltonum* abſolverit ſcriptum, doce. Cum *Heinſio* Juniore an familiaritarem contraxeris, mone; noſti enim, eum apud me hic fuiſſe convivio exceptum, atque omnia mihi pollicitum fuiſſe officia. Cum quibus ex Profeſſoribus converſeris, ſcire diſcupio. Vale. 24. Sept. 1653.

Jam literas meas obſignaveram, enm tuæ mihi offerebantur 22. Sept. ſcriptæ, in quibus ſtudiorum tuorum reddis rationem. Perplacent omnia, modo ſtrenue urgeantur. Sed quod ſcripſeras, te Juriſconſulto operam daturum, hoc maxime mihi diſplicuit. Quid hoc ad artem Medicam? Nondum ad nos rediit *Brochmannus*; ante ejus reditum vix habiturus ſum, quæ mittis, licet res ejus navi huc ſint delatæ. De *Salmaſii* obitu antea quædam audivimus; Et de *Bartholini* obitu etiam certi ſumus. Natus es anno 1637. 11. Sept. hora dimidia prima a meridie, Luna in Tauro. Nolo, quicquam tribuas genethliacis prædictionibus; video enim, quorſum hæc tendant. Quæ de Hiſtoria Muſei ante ſcripſi, probe te curaturum confido. Vale. 24. Sept. 1653.

## MXVI.

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio.*

*Lugd. Bat.*

SPero, te, antequam has literas videas, meam accepiſſe *Muſei* Hiſtoriam, quod an factum, actutum mone. Scripſi enim antea, me miſiſſe cum fœmina quadam Amſterodamenſi *Remerke* nomine, quæ traderet Mercatori *Nicolao Relikhuſen*. Spero *Elzevirium* Virum bonum eſſe, qui laboris mei habiturus ſit rationem, & tot donaturus exemplaria, quot Domino *de Laet* donare ſolet. Tu cum *Golio* aut aliis amicis hac de re conferre poteris, & quod ipſi ſuaſerint, hoc age. Mitto tibi in charta ſeparata Paralipomena quædam, quæ curabis ſuis inſeri locis. Omnia, quæ cum *Brochmanno* miſiſti, probe accepimus, etiam Scyphum Holſaticum. Perplacet Herbarium illud Braſilienſe, rarum certe & magno in pretio habendum, quod etiam in tuum reditum diligenter cuſtodiam. Placuerunt cætera omnia. Quia res veſtræ mihi jam melius ſunt perſpectæ, ſi exiſtimaveris, te meliorem inibi quam apud alios in Medicina & Philologia profectum facere poſſe, non abnuo, quin per annum adhuc ibidem commorari poſſis. De hoſpitio apud Dom. *Van Horne*, non habeo, quod dicam; ſi ex re tua fore exiſtimaveris, conditionem acceptabis, ſin ſecus, in eo, quo jam moraris, manere poteris. Accepi, Dn. *Golium* apud ſe alere Chinenſem quendam, qui linguæ iſtius ſit peritus; Huic oſtende in 4. *libro Hiſtoriæ* meæ delineatam pyxidem nauticam, forſan dabit, quæ ad ejus rei meliorem faciant enucleationem. Quouſque in Collegio Chymico progreſſi ſitis, & quid elaboraveritis, doce. Apud me hiſce diebus fuit junior *Heinſius*, dolebat, ſe tui notitiam non habuiſſe. Saluta ejus Parentem, ſi commodum videtur, Dominum *Golium*, *van Horne* & alios, quibus nomen meum innotuit. Vale. Hafn. 8. Oct. 1653.

Audio, te hæmorrhagia narium crebro adhuc infeſtari: ne igitur maturam neglige venæ ſectionem & hæmatitæ geſtationem. Si radicem *nigellaſtri Dodonæi*, nobis Klinte dicti, ore geſta-

ſtaveris, ſiſtet certo profluvium. Si jam non extet, da operam, ut æſtate ſequente habeas.

## MXVII.
## OLAUS WORMIUS
### *Wilhelmo Wormio.*

* * *

IN negotio ab *Oleario* tibi commiſſo cautus ſis, ne aut *Charisium* aut Regem noſtrum offendas, a quo ſtipendium & promotionem ſuo tempore habebis. Si *Oleario* ſcripſeris, roga, alteri hæc provincia demandetur, ne tibi ipſi periculum crees. Exſpectamus Sueci iſtius de *Vaſis lymphaticis* inventa. Placet, quod *Kyperi* Collegio Inſtitutionum te dederis. Salutant te mater, fratres & ſorores, a quibus nuper procul dubio literas habuiſti. Vale, & parcimoniæ ſtude. Nec deſine, ubi librum meum acceperis, monere. 5. Novembr. 1653.

## MXVIII.
## OLAUS WORMIUS
### *Wilhelmo Wormio.*

*Lugdun. Bat.*

PErplacet transmiſſum ſpecimen; ſi eo modo perrexerit, ſpero, doctis non diſpliciturum opus. De iconibus in proximis ſcripſi, me malle eas ligno inciſas, tum quod pulchrius ac melius ſingulis hiſtoriis præfigantur, quam ut in unum confuſum chaos in ære redigantur, tum ut ſumptibus parcatur: nam præter eas, quas ipſe in libro delineari curavi, Lapidum icones ex *La Maire* habere poterit, quibus *Anshelmum* & *Joh. de Laët* de *Lapidibus* tractantes expreſſit, Herbarum & Animalium ex *Elzevirio* Amſterodamenſi; iis enim *Hiſtoriam naturalem Braſilienſem* exornavit, partem ipſe habet in *America de* ... *et* expreſſam. Hæc cum facili negotio ſine magnis ſumpti-

 bus

bus haberi poſſint, pulchrum erit, ſi novæ, quæ requiruntur, ab eodem artifice pari modo ſculpantur. Cuperem ſcire, quot mihi daturus ſit exempla pro labore meo. Libri, quos cupis, neſcio qua ratione ad te perferri poſſint.

Nihil reſpondes de Chinenſi, qui nobis interpretationem daturus eſt pyxidis nauticæ. Cum ultimis navibus Indicis, quæ Bergis fuerunt, erat Pater Jeſuita *Martinus Martinius*, qui hic non fuit, ſed in Belgium ivit, is hujus linguæ eſt callentiſſimus. Meditatur *Atlantem Chiniticum*, cujus tabulas Amſterodami forſan curabit inprimi. Si conſtaret, ubi eſſet, nobis forſan rem gratam præſtaret. Confer hac de re cum Domino *Golio*, qui forſan hominem inveniet. Cum Patavium perveneris, *Celſum* forte habebis egregiis notis a *Rhodio* illuſtratum. Nuper ſpecimen transmiſit *Scribonii*. Sueci iſtius nomen & tractatum cum Mercatore noſtro *Erico Munk* exſpectavimus. Refert, ſe Amſterodami tecum locutum fuiſſe, ſed nihil a te habere. *Foſſium* indies exſpectamus, cui procul dubio mandabis, ſiquid habeas rari. Spero, te breve illud tempus, quo ibidem manſurus es, ita collocaturum, ut in Italia praxi & ſtudiis Botanicis aliisque tibi neceſſariis felicius vacare poſſis. Vale. 17. Dec. 1653.

## *MXIX.*

## OLAUS WORMIUS

### *Wilhelmo Wormio*

*Lugd. Batav.*

TUas Calendis Januarii datas accepi 10. ejusdem: conquereris, te per ſex ſeptimanarum decurſum nullas a me habuiſſe literas, cum tamen iis reſpondeas, quas tibi 17. Decembris ſcripſi. Scripſi 5. Novembr. ſcripſi 12. Nov. ad illas tu plane nihil. Miſi cum iis paralipomena quædam, quæ libro meo ſunt inſerenda, quæ an acceperis, non ſcribis. Tractatum *de Vaſis Lymphaticis* ex Suecia accepimus. Novam promotionem Doctoralem Medicam jam molimur. *Fridericus* enim *Arniſaus* examinatus a nobis eſt, diſputabit *de Melancholia Hypochon-*

*pochondriaca* 18. Jan. præſente Rege & Magnatibus, melioribus, ut ſpero, avibus; quo vero tempore promotio celebrabitur, nondum conſtitutum. Pro transmiſſa hiſtoria iſta horrenda gratias habeo; qui illam deſcripſit, Vir doctus fuiſſe videtur. Si ex tua profecta fuiſſet officina, lætarer. *Foſſius* ad nos jam rediit, matri literas ferens, ſed mihi ne verbum. Libenter concederem, te per ſeſquiannum adhuc ibidem manere, ſed intolerabiles ſunt ſumptus, adeo ut dimidium tibi Patavii ſufficere in annum certo ſciam. Vale. Hafn. d. 13. Jan. 1654.

## *MXX.*

## OLAUS WORMIUS *Wilhelmo Wormio.*

Lugd. *Bat.*

TUas 14. Januarii datas 18. ejusdem menſis accepi. Multis argumentis mihi perſuadere conaris, tibi ut permittam ibidem adhuc per ſemeſtre commorari. Quia enixe id cupis, & ſtudiis tuis neceſſarium putas, facilis concedo. Placet mihi transactio tua cum Elzevirio; ſi ſuam liberalitatem ulterius declarare velit, non abnuo. *Patrem* illum *Martinium*, qui ex China rediit, Antverpiæ jam degere, certo percepi; ibi enim *Atlantem* ſuum *Chinenſem* typis mandaturum retulit mihi Jeſuita quidam apud Legatum Hiſpanicum hic degens. Ei tradidi iconem pyxidis nauticæ, quam pollicitus eſt ſe ad ipſum miſſurum, ut enodaret. Eidem legendam dedi hiſtoriam Capucini mihi a te transmiſſam, qui falſam ajebat, tum quia nomen facinoroſi additum non fuit, tum quia auctor ſuum diſſimulavit nomen. Tradidi *D. Bartholino* Hederam Succi iſtius. Eſt hic Germanus quidam Medicinæ Studioſus, qui notas in ejus diſcurſum meditatur; Forſan brevi prodibunt. Sed velim, hoc clam habeas, usque dum excuſæ fuerint. Quid nova & inverſa veſtra ſecandi ratio nobis adferat novi, exſpectamus. Vale. 20. Jan. 1654.

## MXXI.

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio.*

*Lugd. Batav.*

MEas 20. Jan. ſcriptas tibi redditas ſpero. Ego tuas 9. Febr. datas 7. accepi, una cum indice librorum venalium & vaſorum lymphaticorum delineatione *Rudbeckii*, quam D. *Bartholino* cum tuis tradidi literis; ſed *charta* iſtius ſeu *papyri Nilotici* nuſpiam comparuit veſtigium. In tranſmiſſo catalogo liber nullus eſt, quem magnopere deſiderem, niſi *Lapidarium Hylberti Cenomanenſis Epiſcopi*. Si de gemmis & lapidibus agat, ac rara nec apud alios extantia continere videas, ac tolerabili pretio vendatur, eme; ſin ſecus, poſſeſſoribus relinque. Promotio noſtra Doctoralis dilata eſt, nec certus adhuc conſtitutus eſt dies. Nuper in diſputatione Logica *Zœga*, præſente Rege & Proceribus, oppoſuit Monachus ille *Gottofridus*, quem noſti hic Mediciniam exercere, qui etiam nobis oppoſuit, ſed nugis ſuis Scholaſticis exiguum meruit applauſum. Quid de Antiquitatibus Neomagenſibus factum, ignoramus. Vale. Salutant te Mater, fratres, ſorores & amici omnes. Hafn. 11. Febr. 1654.

## MXXII.

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio.*

TUas 9. Martii datas 8. accepi. Incluſas recte curavi, & *papyrum* cum pagina *Sinitica* retinui. Bene facis, *Elzevirium* quod urgeas. De titulo libri ultimis meis ſcripſi, me eum relinquere arbitrio Typographi. Jam cum ad vos iret *Janſonius* noſter, cum eo commode mitti poſſe typos iconum, quos poſſideo, arbitratus ſum. Illi igitur, quotquot haberi poſſunt, tradidi; ſpero, illum rite curaturum omnia. A Jeſuita illo *Martino Martinio*, qui in Sina fuit, reſponſum accepi, quocirca cogor

cogor mutare illa, quæ de *pyxide Sinitica* ſcripſi. Illa igitur, quæ *lib.* 4. *cap.* 9. habentur, dele, & ſubſtitue, quæ mitto. Addatur etiam imago, quam hic vides, in ea enim notæ & literæ quædam Latinæ extant, a *Martinio* ei additæ, ut explicatio melius intelligatur. De conſilio in arte Medicâ proficiendi quæ ſcribis, fruſtranea ſunt, non quod tibi aliquid meorum ins videam, ſed quia habes Præceptores ibidem tuos, qui te compendioſius ad ſcopum optatum ducent. *Lindanus* probe hoc munere defunctus eſt, *Heurnius* & alii. Meas quod ſpectat obſervationes & Medicamenta, mature ſatis habebis, ubi bono cum Deo redieris, ac poſt obitum meum in chartis ac ſchedis ſingula invenies. Tibi ferme idem dico, quod *Capivaccius* olim diſcipulo ſecreta expetenti reſpondit: *Lege meam methodum, & ſecreta habebis.* Nec valetudo nec negotiorum moles permittit, mea ut corradam. Tu modo præceptorum ſequere monita: & ſuo tempore, quod ex uſu ſit, apud me invenies. 9. Martii, 1654.

## *MXXIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio,*

*Lugd. Batav.*

DUm ſollicite a te exſpectavi literas, tuæ 5. Aprilis exaratæ mihi offeruntur, quibus mens ægra paululum recreata, quod, quid agas, ac ubi ſis, doceant, quamvis tam diuturni ſilentii nullam reddant rationem. Non minus ſollicite a te literas exſpectavit D. *Bartholinus*; ſperat enim, inde ſe habiturum *Riolani* in ipſius *Vaſa lymphatica* Animadverſiones, quas nondum hic vidimus, & Sueci de *Bogdani* tractatu judicium. Me ægro & inſtigante, in quodam, hic phthiſi extincto, *Vaſa lymphatica* detexit *Bartholinus* noſter, cujus rei hiſtoriam jam typis mandavit, & forſan jam vobis mittet. Neſcio, an ullus ei palmam hanc ſit prærepturus. Peſtis hic incipit graſſari; Deus benigno vultu nos adſpiciat! Rarum quid hoc vere in horto meo invenit *Janus Bugeus*, dum enim primam quadram, cujus areolas manu

 dibu-

dibulis cinctas noſti, purgaremus, incidit in mandibulam unam, per cujus cavitatem internam, qua abſciſſis inciſoriis dentibus molares incipiunt, ſeſe inſinuavit pruni arboris vicinæ radix tenuior, ac eo usque crevit, donec per foramen rotundum in ſuperficie interna, ad proceſſuum fundamenta exſculptum, per quod ramus tertius quarti nervorum cerebri paris comite vena & arteria ad dentium cavitatem diſſeminandus ingreditur, novellum extruſerit ſtolonem, tribus ramulis conſpicuum, qui adeo exacte dictum foramen claudit, ut veſtigium inſertionis nullum appareat; ſed ab altera parte, quæ terræ infixa erat, radix abrupta cum ſuis fibris extabat. Rurſum terræ mandibulam mandavi eo modo, quo antea conſpiciebatur, exploraturus, an hac æſtate incrementum caperet arbuſcula. Jam viret, & folia protruſit. Videtur locum mereri in *libr.* 3. *cap.* 25. probe *Mandibulam equi.* Ad vos ivit Mathematicus noſter *Mercator*, judicia veſtrorum Mathematicorum de nova a ſe inventa *Anni conſtitutione* exploraturus. Quid de ea ſentiat *Golius*, data opportunitate, mone. Me inſcio, diſceſſit, alioquin cum ipſo ad te ſcripſiſſem. Vale, & nimio literarum tuarum deſiderio noli nos amplius torquere. Hafn. 29. April. 1654.

Ad Feſtum Johan. Baptiſtæ ad vos forſan venturus eſt *Paulus Reſenius*, in Italiam iturus; ſi res tuas ita componere poſſes, ut ei te comitem jungere poſſes, forſan ex uſu eſſet. De eo tuam mihi ſcribe ſententiam, ut mature de neceſſariis proſpicere poſſim.

## *MXXIV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Wilhelmo Wormio Filio ſuo.*

*Leidam.*

* * *

Nos hic ſollicitos tenet peſtilens contagium, mihi eo magis timendum, quo periculoſum onus Rectoratus Academici meis humeris impoſuerunt. Deus familiam noſtram benigne con-

conſervet, ut ab hac lue immunes evadamus! Quæ tibi mens ſit de migratione in Italiam, velim, mature moneas, ut de neceſſariis proſpiciatur. Salutant te Mater, Fratres, inprimis *Matthias*, jam in numerum Studioſorum receptus, ſorores & tota familia. Vellem, literis crebrioribus Matrem tibi devincires, ut ſi humanitus quid mihi contingeret, illam haberes eo faventiorem. Impenſe certe te amat. Hodie ſepelietur *Chriſtina* vidua *D. Plumii* peſte exſtincta. Comitia Coldingam ſunt translata. Vale. 19. Maji, 1654.

## *MXXV.*

## OLAUS WORMIUS

### *Wilhelmo Wormio.*

**Lugd. Bat.**

CUm ad vos iturum ſe ſignificaſſet *Thomas Brochmannus*, nolui eum ſine meis dimittere, quamvis heri per ordinarium ſcripſerim tabellionem, & ad tuas 17. Junii datas reſponderim. Duas plagulas operis mei belle ſatis expreſſas accepi: eo tandem deventum eſſe gaudeo; utinam ſedulo pergerent, dum apud eos commorari datum tibi fuerit, ut, ſiquid occurrat dubii, illud enodare poſſis. Procul dubio curabunt, ut *Catalogo Francofurtenſi* futuris nundinis inſeratur. Ut placet Muſei delineatio nuper transmiſſa? de effigie mea videbo, quid poſſim. *Brochmannus* dixit, ſe huc rediturum ad Feſtum Michaëlis; Ei igitur, quod probe velis curatum, committere poteris. In procinctu jam eſt *Paulus Reſenius*, ad Vos ut eat, Italiam petiturus. Comitem habet fratrem *M. Johannem*, qui, reſignata Schola Slangendorpenſi, exteros etiamnum petiturus eſt. Peſtifera apud nos adhuc ſævit contagio. Deus nos noſtroſque benigne conſervet! Salutaris ab omnibus. Vale. Hafn. 19. Jun. 1654.

## MXXVI.

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio.*

ECce tibi, Wilhelme fili, effigiem meam accurate ſatis a *Carolo van Mandern* depictam, quam ipſe Carolus *Elzevirio* mittit, ut eo accuratius ſculptor exprimat; diſplicet enim *Bartholini*, quam imperito artifici tradiderunt, quod ipſe exiſtimat in ſui vergere ignominiam. Diligenter volo cuſtoditam, ut mihi limbo inſignita remittatur; dedi namque Matri tuæ. Carolus promiſit, ſe omnia expediturum meo nomine. Ubi prælo tradetur, cupio, mihi centum ſeorſim curari exempla, quæ meo redimam ære. Tu quæſo omnia cura diligenter, ut mihi, quamprimum ea amplius non indiguerint, per certum Virum remittatur. Quæcunque ulterius in Muſeo meo ſunt expedita ab *Elzevirio*, data commoditate mittas. Forſan ad Vos ex Italia redeuntes venient *Foſſii*, huc tendentes; ea, quæ ipſis commiſeris, probe curabuntur. Vale. Hafn. 8. Jul. 1654.

Inſcriptionem in eam, quam vides, formam ſculptam cuperem; ſi quid in ea tu mutatum velis, tui erit arbitrii. Feſtinus hæc ſcribo, quod urgeat nuntius. Si neceſſum, literis accuratioribus literas depingi curabis.

## MXXVII.

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio.*

*Lugd.* Bat.

DE lue apud nos graſſante quid ſcribam? editum eſt lingua vernacula *Facultatis Medicæ Conſilium*, quod mitterem, ſi mittendi daretur commoditas. Morbus eſt acutiſſimus, intra quartum diem correptos jugulans. Signa non ſunt unius generis apud omnes, ſed pro ratione temperamentorum variant.

Virium

Virium defectio, cordis anguſtia, horror & frigus pleroſque mox in principio occupant, adſunt bubones & carbunculi & circa finem maculæ nigræ ac lividæ. In eo peccant plerique, qui moriuntur, quod mox in principio aut venæ ſectione aut purgationibus vires dejiciant. Niſi intra 6. horas malo obviam eatur, actum eſt. Statim atque quis in corpore alterationem percipit, offerendum eſt Alexipharmacum, ut ad ſudores ſe componat æger, & repetendum poſt 6. horas, usque dum inſignem alterationem & veneni expulſionem perceperit. In conſilio noſtro omnia videbis. Quod literas tibi miſerit *Brochmannus*, gaudeo; ubi ipſe redierit, quæ impreſſa ſunt, mittere poteris. Non abnuo, quin peregrinationem præſcriptam hiſce feriis inſtituere valeas, modo fidos habeas comites, rerum gnaros, & cum fructu ſumptuum rationem. Jeſuita ille mihi familiaris, *P. Wilhelmus ab Alſt*, hinc ob peſtem diſceſſit, ejus igitur commendatitias procurare nequeo. Nec tuto Jeſuitis fidere poſſumus. Si *Martinium* videris, a me & dicto *P. ab Alſt* ſaluta, forſan eo nomine tibi in expetitis gratificabitur. Vale. 22. Jul. 1654.

## *MXXVIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Wilhelmo Wormio.*

*Lugdun. Bat.*

Ultimas tuas 11. Aug. datas 14. accepi, ex quibus colligo, te trinas meas 15. & 22. Jul. ſcriptas non accepiſſe, quod me male habet; fuſe enim de itinere tuo & contagio apud nos graſſante egi. Mitto quædam adhuc libro meo inſerenda, quæ ut ſuis locis indantur, cura. Gaudeo, quod incunctanter pergant. Si a vobis quispiam fide dignus huc tendat, mitte reliqua, ut cœpiſti. Si alius non ſit, forſan *Brochmannus* brevi redibit, cui omnia committere poteris. Valemus adhuc Dei gratia omnes quamvis in ſummis conſtituti periculis. Elapſa ſeptimana 561. obierunt, præcedente 526. Deus clementer nos ſervet! Fratrem tuum *Matthiam* Bergas amandavi, tutior

ut

ut eſſet. Ubi *Reſenius* ſit, ignoro. Si datur ulla commoditas; dabo operam, ut *Dolmeri* habeas *Tabulam*. Salutat te Mater & noſtri omnes, Divina gratia ſalvi. *Bartholino* chartam iſtam Roſchildiam transmiſi, quem in ſummo luctu eſſe audio, quod in extremis verſetur uxor. Nuper apud Principem Holſatiæ in venatico cane vaſa lymphatica oſtendit *Henricus a Moinichen*, recta in Italiam tendens, & aureum annulum adamantibus gravem reportavit, applaudente Principe. Hafn. d. 15. Aug. 1654.

## *MXXIX.*

## OLAUS WORMIUS

### *M. Runolpho Jonæ.*

*Helſingoram.*

TUo nomine Magnificum Dominum Cancellarium conveni de indipiſcendo Conrectoratu Nidroſienſi; annuit votis, & promiſit, ſe literas commendatitias ad loci Epiſcopum daturum. Alias, Domino Epiſcopo noſtro in mandatis ſe dediſſe, ait, ut, ſiquid hic apud nos occurrat, quod tibi utile, rationem tui ut haberet. Sed hæc incerta. Svadeo, ut te quamprimum huc conferas, iis a Magnifico Domino Cancellario commendatitiis ſtipatus; ut te mature itineri accingere poſſis, ne quis tibi bolum e faucibus præripiat. Vale. 27. Octobris, 1652.

## *MXXX.*

## OLAUS WORMIUS

### *Cunrado Hevelio.*

*Turebyam.*

DOctiſſime Dom. *Heveli.* Quæris a me, utrum C. litera in antiquiſſimis Monumentis & Antiquitatibus Runicis reperiatur. Credo, te velle, an aliqua notâ Runicâ expreſſa reperiatur?

riatur. Quæ meâ hac de re ſit ſententia, quamvis quivis facile collegerit ex tabella *Cap.* 8. *Lit. Run.* tum etiam ex iis, quæ *capite undecimo* & *decimo quarto* diſſeruimus, tamen verbo me jam expediam: In omnibus, quæ hactenus vidi, Monumentis vetuſtioribus nullam invenio notam, qua litera Latinorum C. peculiariter exprimatur; uſi enim ſunt veteres hac nota ᚴ, qua & *C.* & *G.* & *K.* & Q. neceſſitate urgente deſignarunt. Quod ex Monumentis vetuſtioribus a me allatis abunde patet. Sed recentiores & medii ævi auctores, qui noſtris literis & voces Latinas & aliarum linguarum exprimere tentabant, notam peculiarem C. dederunt, idque vel ex eo patet, quod non uno modo id factum ſit, ut patet ex tabulis *Cap.* 6. & 7. *Literaturæ*, utque Alphabetum Latinum notis æquarent, pro *C.* quidam poſuerunt priſcam hanc ᚴ, qua pari modo *K.* expreſſerunt; *G.* eadem, ſed paululum incurvata linea laterali, hoc pacto ᚴ aut etiam addito puncto ᚵ, Q. vero eadem, ex qua confuſione ſatis etiam patet, novitium hoc eſſe inventum; ſed res ipſa loquitur. His brevibus ad tuum quæſitum reſpondere coëgit negotiorum, quibus diſtineor, moles. Tu vale, & bono publico ſtude. Hafn. Calend. Martii, 1654.

## *MXXXI.*

# OLAUS WORMIUS

## *Henrico a Möinichen.*

*Sleſwigam.*

GRatiſſimæ tuæ mihi fuere, inprimis cum, quæ videris in Laboratorio Principis rara, mecum communicare volueris. *D. Joëlis* mihi amiciſſimi exoſculor affectum, quem facto ipſo in filio meo *Wilhelmo* declaravit, adeo ut multis nominibus ipſi me obſtrictum fatear. Certe ſi quiſquam aliquid laude dignum in Arcano iſto vegetabili præſtabit, ipſe faciet; omnia enim in promptu habet requiſita & Mæcenatem in vota facilem. Nec dubito, quin votis ſuo tempore reſponſurus ſit eventus. Fermentatio illa Tartari mihi non adeo mira, ſiquidem in omni tali operatione, dum ſpirituoſæ partes craſſiores pervadunt,

dunt, ex ſpirituum motu,ſulphureas partes elevante, ejusmodi bullæ oriri ſolent. Quæ in phiala magna vidiſti, ſuſpicor ex rore Majali orta. Quid enim ego olim viderim in aqua nivali congelata, neſcio, an tibi dixerim. Magna in aereis iſtis latent arcana, philoſophicis digna ſpeculationibus, & ſalia volatilia corporum miras exhibent metamorphoſes. Tu, in tuis peregrinationibus ſiquid occurrat rari, mecum communicare haud deſine. *D. D. Joëlem* quæſo & *Olearium* meo nomine officioſe ſaluta. Jam ſerio rem agunt *Elzevirii*, duas enim plagulas mei Muſei hac ſeptimana transmiſit filius *Wilhelmus*, in charta ſatis ſplendida & literis nitidis expreſſas. Sævit adhuc apud nos peſtiferum contagium, & indies magis magisque incrementum capit; elapſa enim ſeptimana 279. tumulavimus. Noſtra familia Dei favore ſalva. Deus porro noſtri miſereatur! Vale. 25. Jun. 1654.

## *MXXXII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Henrico a Möinichen.*

*Sleſwigam.*

QUæ ad Te ſcripſi de arcanis, quæ in Laboratorio Illuſtriſſimi Principis vidiſti, meræ meæ fuere conjecturæ; nec enim ea novi aut vidi, nec magnopere de iis ſum ſollicitus, quorum uſum in corpore humano ignoro. Tartarum fermentari, mirum non duco, illud enim, quod aliis dat fermentationem, quomodo illud dare poteſt, quod ipſum non habet? Noſti vero, tritius nihil eſſe, quam ut, dum ſpiritus aut olea ex vegetabilibus elicere cupiunt, id præmiſſa fiat fermentatione, quam vel addito Tartaro crudo promovent. Phaſmata illa in vitro viſa a rore Majali provenire putabam, ſola conjectura ductus, nec pro certo aſſerui. Interim qualia exhibeant cervorum cornua deſtillata aliaque ſale volatili abundantia, non ignoro. De aqua nivali quæ ſcripſi, ita habent: Deſtillavi in peculiares uſus aquam ex nive, ea ubi uſus fuiſſem, in vitro ejus remanſit portio, quam ſepoſui; ſtetit per integram æſtatem,

ſequen-

ſequenti hyeme caſu in vitrum illud incidi, nullam in eo inveni aquam, ſed jucundiſſimo ſpectaculo nivium floccos, grandines, ſtirias, aliaque ejus generis infinita, non adhærentia parietibus, ſed ſolida, diſcreta; vitrum vero a ſpiritus ejus aquæ vehementia ruptum erat. Sed hæc omnia, accedente calore, diſparuerunt. Recte facis, quod occaſionem in Chymia hic non negligas proficiendi. Perge, ut patriæ tandem ſis ornamento. D *Joëli* amicam a me dic ſalutem cum officiorum delatione. Haſn. d. 6. Jul. 1654.

## *MXXXIII.*

# OLAUS WORMIUS

## *Georgio Roſæcrantzio,*

## Præſidi Academiæ Soranæ.

NObiliſſime Dn. *Roſækrantzi.* Non eſt, quod ſiniſtri quid ſuſpiceris de hoc *Joanne Bugeo*, qui has offert; e mea enim eſt familia (quam Deus Optimus Max. ſingulari ſua gratia immunem a luis peſtiferæ apud nos graſſantis hactenus ſervavit contagio) juvenis ingenuus & modeſtus, honeſtis Parentibus in Norvegia ortus, S. Miniſterii Candidatus. Cum in hac Academia jam ultra biennium honeſte vixiſſet, ſeſe Dominis Theologis examinandum obtulit, qui, ubi ad primum futurum examen ſpem ipſi & aliis feciſſent, juſto timidiores inopinato diſceſſerunt omnes, atque & hunc & alios ejus competitores mœſtos & ſpe fruſtratos reliquerunt. Cum vero Parentes literis ad me datis ſignificaverint, ſe ſollicite & anxie reditum filii præſtolari, ipſi vero moleſtum ſit & incertum exſpectare noſtrorum Cenſorum reditum, petiit, Veſtræ Magnificentiæ ſe commendare ut vellem, quo ad examen veſtrorum Theologorum admiſſus, ſi mereatur, niveos reportaret calculos facultatemque ſe in ſacris concionibus exercendi. De vita hic laudabiliter transacta me vadem ſiſto. Singularis Magnificentiæ Veſtræ in me, quem ſæpius expertus ſum, favor & juvenis ingenui merita eo me adegerunt audaciæ, ut hoc ejus nomine

ſub-

ſubmiſſe petere non ſim veritus. Quod ſi voti compos factus fuerit, me ad paria humanitatis officia offero promptiſſimum. Veſtram vero Magnificentiam cum Nobiliſſima Conjuge & familia Divinæ protectioni commendo. Vale. Hafn. m. Jul. 1654.

## MXXXIV.

## OLAUS WORMIUS

### *D. Joanni Mullero.*

*Haderſlebiam.*

ITa eſt: contagium peſtilens magis magisque apud nos ſævit. Vix in urbe platea ab ejus inſultibus immunis: ultra ſexcentos ſingulis ſeptimanis proſternit. Deus clementer nos reſpiciat, & iræ ſuæ flagellum recondat! Uxorem Dn. *M. Hilarii* heri tumulavimus, hodie Typographi noſtri *Marzani* exuvias efferent. Mea domus hactenus divina gratia immunis fuit, ut & tua. Matrem per Pedellum de ciſta in Conſiſtorium deferenda monui; at illa recuſabat, niſi gravius malum immineret, neceſſum non eſſe aſſerens. Ne dubites, quin, quo poſſim modo, & ei & tuis rebus ſim proſpecturus, modo Deus mihi vitam & valetudinem ſervet. *D. Cuſterum*, rogo, meo nomine officioſe ſalutes. Vale. Hafn. d. 27. Jul. 1654.

# INDEX
## RERUM AC NOMINUM.

Numerus Romanus Prolegomena, reliqui omnes Epiſtolar. paginas indicant.

### A.


Aagardius (Chriſtianus) Commun. Reg. Præpoſ. 1007.
Aakirkianum beneficium 637. 638.
alholmium Arx Lalandiæ 515.
bſalonis Archiep. Epitaphium 288. 289.
cademia Hafnienſis V. VI. VII. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXIV. 18. 25. 28. 30. 33. 54. 58. 119. 122. 148. 181. 221. 347. 380. 382. 384. 397. 398. 399. 477. 482. 489. 492. 493. 526. 560. 589. 597. 639. 652. 718. 736. 738. 756. 779. 790. 792. 800. 806. 876. 935. 936. 937. 978. 1012. 1118. 1133.
cademia Sorenſis 121. 152. 311. 521. 522. 555. 557. 600. 687. 796. 1133.
cia Rhodii 73. 74. 81. 86. 88. 259. 554.
cidulæ Elbingenſes, Egranæ &c. 531. 532. 773. 998. 1119.
donidis Hiſtoria 570. 576. 885.
Eganus (Auguſtinus) Prof. Lovan. 277. 278. 993. 994. 995. 1007.
Egyptia pullities, Vid. *Pullities*.
Egyptus auro abundans 965.
Elfrici Grammatica Saxonica 258. 259.
Enigmata Islandica 628. 629.
Erilæus (Nicolaus) Canonicus Lundenſ. 514. 515.
Etites lapis 765. 890.
Ætites Island. mas & fœmina 98. 99. 335. 337. 345.
Agranius menſis 475.
Agricola (Georgius) 671. 968.
Aimonii locus quidam illuſtratus 291. 292.
Akeleie (Gabriel) Secretar. Reg. 114. 1046. 1049.

Alanus (Johannes) Prof. Hafn. 12. 29. 59. 397
Alces 744
Aldrovandi (Ulyſſis) Opera 126. 564. 697. 742. 1045
Alemannica lingva 1105
Aleſius (Petrus) Medicus Asloenſ. 383
Alexſtatia Sælandiæ 133
Alftedi Leges 1105
Allatius (Leo) 70. 801
Alociæ Ptolomæi 133. 168. 169
Alruna 162. 164. 165. 1059. 1060
Alſe inſula 133. 162
Alſt (Wilhelmus ab) Jeſuita 1129
Alypius Meibomii 981
Amagria 9. 12. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 511
Ambroſiana Bibliotheca, vid. *Bibliotheca.*
Americana Hiſt. Naturalis 67
Amianthi tela 1114
Amuleta 1115. 1116
Anatomia ſuperſtitioſa 683
Anatomica varia XX. XXVII. XXVIII. 62. 123. 125. 126. 458. 459. 460. 461. 477. 544. 547. 548. 551. 552. 556. 560. 577. 583. 584. 587. 644. 653. 655. 656. 657. 660. 662. 665. 666. 667. 675. 682. 688. 708. 710. 711. 712. 713. 714. 716. 720. 981. 984
Anatomicum Theatrum Hafn. XXXIV. 569
Andreæ (Fridericus) Prof. Hafn. 561. 797
Andreæ (Gudmundus) Islandus 1071
Andreæ (Johannes) Medicus XLII. 120. 121. 122. 124. 125
Andreæ (Nicolaus) 397
Andreæ (Paulus) 13. 16
Anglica lingva 810. 814
Anglica Nomina 448. 450. 451
Anglicæ cum Danica lingvæ affinitas 433. 456
Anglicæ turbæ 119. 132. 847. 848. 1073
Anglo-Danica literatura 756
Anglo-Saxonica lingva 808. 809. 814. 824. 1105
Anglo-Saxonicæ literæ 822
Anglo-Saxonicum Herbarium, vid. *Apuleji.*

Anglus

Anglus (Antonius) Chymicus 539
S. Annæ Templum rotundum 523
ANNA CATHERINA Regina Daniæ 766
Annales Islandici, vid. *Islandici*.
Anni conſtitutio 1126
Annuli vetuſti aurei 759. 760. 1016. 1017. 1018. 1020
Annuli ex dentibus Roſtungi 333. 336. 340. 350
Annulorum fractio apud Danos 580
Annulus in Urna repertus 288
Antiquitates Danicæ 44. 46. 130. 396. vid. *Monumenta*.
Antiſcorbutica Aqua Wormii 739. 741
Antiſcorbutica Terra 739. 741. 832
Antonius Præpoſ. Gotlandiæ 58. 59
Antvorſkovia Arx Sælandiæ 277. 292. 498. 499. 501. 994
Anus Islandica Rhythm. veterum perita 317. 319
Aproſius, vid. *Vintimiglia*.
Apuleji Herbarium Anglo-Saxonicum 808. 811. 813. 815
Apulia terræ motu everſa 127
Aqua antiſcorbutica Wormii, vid. *Antiſcorbutica*.
Aqua lapideſcens Islandiæ 1013
Aquapendente (Hieron. Fabricius ab) XX. 976. 978
Aquila in dorſo alicujus figurata 164. 165
Aquilonius (Bertilus Canuti) XLI. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 374. 412. 418
Arabica Inſcriptio 741
Arabica Manuſcripta 644. 662
Arabici nummi in Dania effoſſi 50
Aræſonius (Jonas) Islandus 1102
Archimedes Danice verſus 989
Archivum Regium 38. 994
Arctander, (Laur. Samuelis) 239
Arcus S. Olai 257. 258
Arcus Rutenicus 253
Arcus Scythicus 905
Ardea ſtellaris 1107
Ardoſia Hibernica 841. 843
Argenſola 671
Arhuſia Jutiæ II. XVII. 7. 8. 168. 240. 242. 522. 856. 860. 1118

Arhuſienſe Cœnobium 857
Arhuſienſis Epiſcopus 522. 803. 857
Arhuſienſium Epiſcoporum Vitæ 216. 218. 221
Arhuſius (Jacobus Matthiæ) Prof. Hafn. XVII.
Arhuſius (Jacobus Matthiæ) Epiſc. Arhuſ. XVII. 155. 166. 179. 212. 214. 255. 256. 410. 489. 519. 522. 524. 527. 558. 602. 680. 703. 781. 782.
Arietis terreſtris & cœleſtis Sympathia 331. 333
Ariſtotelici 949. 950
Ariſtotelis Opera 550
Ariſtoxenes Meibomii 981
Armamentarii Hafnienſis incendium 749. 995. 997
Armati Brachii Ordo Equeſtris 402. 419
Armillæ veterum 726. 749. 1017
Arnfinnius (Enarus) Islandus 1069. 1070. 1071
Arngrimus Jonas, vid. *Jonæ*.
Arngrimi (Bernardus) 344. 1069
Arngrimi (Gudbrandus) 344. 1069
Arngrimi (Thorkillus) 115. 116. 344. 347. 350. 1069. 1113
Arngrimi (Thorlacus) 344. 1069
Arniſæus (Fridericus) Practicus Hafnienſis 915. 963. 1122
Arniſæus (Henningus) Archiat Reg. 27. 414. 418. 464. 468. 479
Arrebo (Andreas) Epiſc. Nidroſ. 54. 55
Arrö Inſula 133
Artificialia 903. 951. 1072. 1084. 1085. 1106
Asbeſtina rara 1115
Aſellius (Caſparus) Med. Cremon. 657. 660. 665
Aſininum lac 678
Aslacus (Conradus) Theol. Hafn. 17. 30. 34. 122. 287. 949
Asloenſia Monumenta 383
Aſſerous (Laurentius) XLI. 43. 44. 46. 47
Aſtronomica Gaſſendi 951
Aſumenſe Monumentum 170
Ateſtenſe Monumentum 863. 1088. 1090
Athletæ Islandici 624. 625
Atramentum veterum 325
Aucupia 1023. 1024
Auditus Inſtrumentum ſecretum 976. 978

Augu-

ugustus Elector Saxoniæ 1086
UNUNDUS Rex Sveciæ 1051
uria (Joſephus) Mathem. Neapol. 992
urifaber (Andreas) Prof. Regiomont. 968
urum an olim ignoravit Dania & Germania 965. 966
urum potabile 538. 539. 544
utomata varia 903. 951. 1085
vaux (Comes de) Legatus Gall. in Dania 619. 756
very (Joſephus) 439. 441
vis Loom prope Fridericsburgum capta 1021. ſq.
vium exuvias conſervandi ratio 841. 844. 858. 861. 1107
vium nidi ex India 839. 840. 842


## B.


accalaureatus Gradus VII. XXXIV. 45. 47. 55. 97
accalaureus Wormii XXXII. 97. 873
acmeiſterus [Lucas] 845. 864
agni Cardinalis 559
alæi [Joh.] Scriptores Britanniæ 176
alænæ Islandicæ &c. 114. 325. 329. 330. 331. 742. 923. 925. 956. 957. 969. 1117
alænarum dentes, vid. *Unicornu.*
angius [Johannes] Præpoſ. Samſ. 8
angius [Ivarus] Lector Theol. Roskild. 446. 447. 560. 618. 678. 806
angius [Nicolaus] Epiſc. Fion. 807
angius [Thomas] Theol. Hafn. 73. 75. 83. 255. 506. 836. 867. 879. 917. 918. 940. 948
anner [Thimmo] 292
annerus [Ericus] 1092
arberinus Cardinalis 75. 512. 562. 622. 686. 801. 1089
ardus [Hieronymus] 749. 750
arlæus [Caſparus] 602. 603. 976.
arthius [Caſparus] 83
artholinus [Albertus] 257
artholinus [Bartolus] Prof. Hafn. 77. 78. 82. 91. 565. 573. 576. 578. 580. 681. 702. 709. 718. 720. 726. 729. 784. 786. 787. 788. 791. 792. 793. 794. 796. 797. 799. 800.

800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 876. 895. 954. 955. 1012
Bartholinus [Caſparus ſenior] Theol. Hafn. VII. XX. XXVI. XXVII. 3. 5. 10. 15. 16. 19. 20. 24. 25. 26. 28. 30. 33. 39. 45. 48. 55. 58. 59. 121. 122. 127. 128. 129. 131. 148. 395. 396. 398. 399. 403. 404. 405. 408. 410. 543. 545. 561. 587. 650. 665. 667. 668. 670. 675. 679. 707. 730. 736. 864. 866. 876. 925. 1034
Bartholinus [Caſparus junior] 572. 573. 576. 578. 659. 673. 726. 785. 924.
Bartholinus [Eraſmus] Prof. Hafn. 734. 738. 746. 835. 837. 839. 971. 972. 973. 974. 975. 977. 978. 979. 980. 982. 983. 985. 987. 988. 991. 1025
Bartholinus [Jacobus] Prof. Sor. deſign. 279
Bartholinus [Thomas] Prof. Hafn. XI. XXVIII. XXXIX. XL. 75. 76. 83. 87. 88. 89. 90. 91. 93. 280. 293. 405. 512. 541. 555. 561. 562. 565. 566. 570. 571. 572. 573. 575. 577. 599. 641. 645. 648. 651. 652. 653. 654. 656. 658. 659. 661. 663. 664. 665. 666. 668. 670. 672. 674. 676. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 689. 690. 693. 694. 696. 697. 698. 699. 701. 703. 705. 706. 707. 709. 710. 711. 712. 714. 715. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 736. 737. 738. 740. 741. 742. 746. 748. 749. 750. 751. 752. 768. 780. 785. 831. 832. 837. 868. 869. 875. 925. 948. 978. 987. 995. 996. 1007. 1012. 1017. 1028. 1123. 1124. 1125. 1128. 1130
Bartſcherus affinis Rhodii 68. 554. 800
Barvoetius [Alexander] 980
Batavi negotia pacis Dano-Svec. turbant 930. 931
Bauhinus [Caſparus] Prof. Baſil. III. V. XIX. 6. 19. 21. 23. 25. 26. 27. 39. 62. 64. 89. 581. 730. 741
Bauhinus [Joh. Caſpari f.] Med. Würtemb. 22. 23. 598. 667. 904
Bautzmannus 1009
Becani Opera 807
Beckerus [Daniel] 770. 771
Beckii, Nobiles Dani 588

Begvinus, Chymicus Pariſ. 12. 15
Belov, Nob. Danus 1000
Benedicti [M. Olaus] 27
Berga Norvegiæ VI. 176. 177. 385. 386. 388. 741. 833. 1122. 1129
Bergenſia Monumenta 383
Bergenſis Epiſcopus 1026
Bergen [van] 985
Beringius [Vitus] 216. 217. 219. 226. 235. 293. 684. 685. 687. 779. 780. 786. 787.
Bernhardius [Jonas] Islandus 1041
Bernhardius [Thorlacus] Islandus 1050
Bertaldus [Franciſcus] 1074. 1075
Bertramus [Jeremias] Prof. Witeb. 870. 873. 874. 906. 907
Bertraut, Nob. Gallus 929. 955
Beſſarion Cardinalis 992.
Beſſaſtada Islandiæ 1048
Beſſonius [Jonas] Islandus 96. 97
Beſtalter von Haus aus 496
Betulæ cortex, ex quo calceus contextus 111. 112.
Beyerholm [Andreas] 866. 867. 869. 870
Beza Islandus 108
Biarkamaal 159. 160
Biblia Danica 650
Biblia Hebraica a Princ. Chriſt. V. Academ. Hafn. donata 526
Biblia Islandica 106. 108. 110. 111. 629
Biblia Svecica 650. 651. 652.
Bibliopolæ & Bibliopolia Hafn. 47. 90. 1046. 1110
Bibliotheca Regia Hafn. 175
Bibliotheca Acad. Hafn. 60. 155. 243. 250. 266. 277. 319. 790
Bibliotheca Andr. Cragii 2
Bibliotheca Chriſt. Friſii 337. 341
Bibliotheca Olai Wormii VIII. 5
Bibliotheca Thomæ Finckii 506
Bibliotheca Reginæ Chriſtinæ 985
Bibliotheca Barberina 562. 688. 721
Bibliotheca Beſſarionis Card. 992
Bibliotheca Salamancæ 980

Bibliotheca Vaticana 81. 688. 790. 801. 802
Bibliotheca Ambroſiana Mediol. 81. 688. 697. 790
Bibliotheca Pariſienſis 790
Bibliotheca Mazarini 90. 92. 347. 899. 900. 940. 942
Bibliotheca Avauxii Comitis 756
Bibliotheca Harlæana 1096
Bibliotheca Puteana 804
Bibliotheca Boxhornii 1105
Bibliotheca Schmetii 1029
Bibliotheca Henrici Gras 553
Bibliotheca Elichmanniana 644. 662. 664. 665. 670
Bibliotheca Erphordiana 864
Bichi Cardinalis 719
Bielke [Henricus] Præſes Islandiæ 115. 116. 117. 1015. 1048. 1049. 1050
Bieſchius [Canutus] Prof. Hafn. 1. 2. 3
Bilde [Andreas] 14. 18
Bilde [Avonis] Epiſtola de Ordine Elephant. 290
Bilde [Eliſabeta] 588
Bilde [Hilarius] 588. 589
Bingius [Jacobus] 252. 266. 761
BIORNO *ad Hauge* Rex Svec. 351. 1036. 1042. 1051. 1052
Biörnonis [Gunnarus] Islandus 304
S. Birgittæ Revelationes 269. 270
Blaagfiot, Saxum duriſſimum 297
Blefkenius de Islandia 920. 922
Blekingia 48. 374
Blixius [M.] 55. 56
Bloccius [Georg.] II.
Bochartus [Samuel] 1115. 1117
Boëthius Danus 877
Boëtius [Anſelmus] 740. 741. 1009. 1027. 1109
Bogdanus [Martinus] XXXIX. 1123. 1125
Bohemi exules 128
Bordingius [Chriſtianus] XLI. 1. 2. 79. 89
Bordingius [Laurentius] 571. 715. 765. 766. 767. 856. 857. 858. 860. 861. 862
Borgarfiord Islandiæ 1043. 1044

Boringholmia 170. 640
Borrichius [Olaus] XL.
Borrichius [Petrus] Lect. Nidroſ. 55
Boruſſiæ ſuccinum 968
Bos [Petrus] 292
Botanica 13. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 62. 109. 124. 125. 278. 279. 315. 320. 388. 389. 458. 461. 473. 547. 551. 567. 568. 569. 659. 674. 680. 728. 855. 856. 906. 1126
Bourdelotius [Petrus] Archiat. Reg. Sv. 933. 957. 1114. 1115. 1116
Boxhornius [Marc. Zuer.] 549. 644. 647. 975. 977. 985. 1105
Brachii armati Ordo Equeſtris 402. 419
Brahe, Axelius 8. 1030. Canutus 1030. Eliſabeta 1030. Georgius 1030. Ingera 1030. Sophia 1030. Steno 1030. Tycho junior 494. 495
Braheus [Tycho] 143. 150. 285. 287. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1087
Brahei [Tych.] Globus 382. 1031
Brahei [Tych.] Obſervationes 1087
Bramæorum Hiſtoria 986
Bramius [Johannes] Mercator Hafn. 91. 529. 530. 531. 532. 541. 613
Braſilienſis Hiſtoria Naturalis 285. 831. 833. 836. 837. 1120
Bravicum ſ. Bravallenſe bellum 367. 368. 1066
Bredalinus [Ericus] 492
Bremenſis Epiſcopatus 918
Bremenſis ſ. Bremerman [Chriſtoph.] Mercator Islandicus 606. 1039
Bremerus quidam 45. 48. 847
Bremſebroenſis tractatus 262. 346. 533. 916. 918. 920. 931. 933
Breſciana Monumenta 991
Breverus [Johannes] Prof. Rig. 867
Broche [Dn. de la] Botan. Pariſ. 678
Brochmannus [Caſparus] 28. 29. 30. 31. 33. 36. 37. 38. 96. 131. 152. 226. 304. 401. 405. 409. 411. 416. 417. 477. 489. 491. 521. 558. 596. 610. 871. 873. 910
Brochmannus [Chriſtianus] 652. 780
Brochmannus [Joh. Envaldius] 738
Brochmannus [Johannes Eraſmi] 10. 58. 401. 652

Brochmannus [Eraſmus Johannis] 847. 1104. 1119. 1120
Brochmannus [Thomas] 1127. 1129
Brockia [Birgitta] Tych. Brahei uxor 763
Brodt [Chriſtianus] Sch. Rip. Rect. 570. 571. 578. 580. 806
Brokirkianum beneficium 637
Bronchorſtius [Everhardus] Prof. Leid. 132
Brontia favaginea 833
Brutorum voces 170
Brynhildarmaal 629. 630. 631
Brynhildis Budlenia 1057. 1059. 1063
Buchnerus [Auguſtus] 845. 864. 866. 867. 874. 877. 879. 880. 881. 882. 884. 885. 886
Buckingamius interfectus 147
Buckius [Andreas] 56
Bufonum lapides foſſiles 1108. 1109
Bugeus [Janus] 1125. 1133
Buiſſon [Dn. de] 933. 934. 938. 968. 1114
Bureus [Andreas] Secretar. R. Svec. 169. 395
Bureus [Johannes] Antiquar. R. Svec. 46. 49. 395. 396
Burgundici Scriptores 285
Burſerus [Joach.] Prof. Sor. 171. 172. 183. 202. 464. 465. 466. 467. 555

C.

Cabeljavius (Johannes) 158. 161. 398. 399. 400. 401. 403. 404. 405. 406. 407. 409. 411. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 459. 460. 475. 806
Cæſius Cardinalis 781
Calceolarii Muſeum. vid. *Muſeum.*
Calceus ex Betulæ cortice factus 111. 112
Calendarium Dan. vet. 899. 900. 901. 902
Calepinus Paſſeratii 986. 988
Calmaria 926. 932
Calundburgum 515
Canis Danis a Svecis præfectus, fabula 187. 188
Canis marinus 743
Cantilenæ veteres 157. 160. 163. 168. 190. 197. 207. 208. 253. 275.

275. 313. 314. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 370. 594. 595. 607. 628. 630. 631.
CANUTI M. Leges 246
Canutius (Bertilus) vid. *Aquilonius.*
Canutius (Jacobus) Theol. Hafn. 1118
Canutius (Johannes) Epiſc. Fion. 8
Canutus Epiſcopus Viburgenſis 1093
Capivaccius (Hieron.) Med. Patav. 1125
Cardullus (Jo. Domin.) 724
Caroccius (Franciſcus) 78
Carolinæ Thermæ, vid. *Thermæ.*
Carteſiana Philoſophia 847. 977. 980. 985
Carteſius (Renatus) 648. 652. 667. 738. 974. 976. 981. 985. 986. 987. 989. 990
Caſaubonus (Iſaacus) IV. XXII.
Caſſanius de gigantibus 670
Caſſerius (Julius) Anatom. Patav. XX.
Caſtellus Medicus Meſſan. 723. 724
Celſus Rhodii 68. 71. 74. 76. 77. 84. 94. 554. 556. 1122
Centrina piſcis 743
Ceti Islandici 286. 287. 925. vid. *Balænæ.*
Chalcedonii Færöenſes & Islandici 390. 826. 1014
Chalcographica ars 47. 979
Chamæleon 748
Chanut (Petrus) Leg. Gall. in Svecia 937. 956. 985. 986. 1091. 1092. 1093. 1094. 1096
Chariſius (Petrus) 378. 569. 574. 583. 687. 722. 731. 732. 733. 743. 746. 748. 785. 787. 792. 803. 804. 805. 855. 914
Charleton Chymicus 986. 988. 990
Charlton (Gualt.) XLI.
Chartier (Renatus) 550
Chelæ ap. Saxonem Gram. quid 159. 163. 366. 367. 368. 369
Chelidonii Melitenſes 279. 838
Chiffletius (Jo. Jac.) 400. 403. 411. 419. 420. 1027
Chilonium Holſatiæ 509. 516. 994
Chilperici Regis figuræ literarum 151
Chinenſis in domo Golii Leid. 1120. 1122

Chi-

Chinitica Grammatica Romæ edita 68
Chiniticus Atlas 1122. 1123
Chirurgica XX. 5. 6. 15. 17. 123. 482. 483. 484. 485. 486. 509. 521. 523. 557. 587. 719. 749
Chriſtiania Norvegiæ 777. 779
Chriſtianopolis 916. 917. 919. 921. 927. 932. 958. 959
Chriſtianshaven Navis 479
Chriſtianshavnia fundatur 9. 12.
CHRISTIANUS I. R. D. 290
CHRISTIANUS II. Eqvites creat 402. ejus numiſma 1098. ejus Archivum in curia Zirichſeenſi repertum 285. 286
CHRISTIANUS III. 269. 287. 290
CHRISTIANUS IV. ejus nati & renati Hiſtoria 277. 281. Ephebo ſcintillæ ex capillis emicabant 747. fortitudo 3. 572. Commercium Indicum promovet 8. Guſtavum Adolphum convenit 15. 396. Empiricorum praxin prohibet 15. pullitiem Ægyptiam arte tentat 83. 84. 85. 86. 87. 91. Regum effigies & res geſtas cælandas conſtituit 175. 227. in Saxonem edendum impenſas facit 246. Claſſi Svecicæ obviam it. 254. Victoriam de Claſſe Belgo-Svecica reportat 256. 257. 572. 904. 906. Antiquitates & Monumenta per Daniam, Norvegiam, Islandiam conqviri jubet 293. 317. 500. 504. 854. Eqvites creat 13. 402. 411. Norvegiam inviſit 479. Roſæcrantzii ſcripta cenſuræ ſubjacet 489. Nycopiæ commoratur 522. Conſilia Medica edi jubet 526. conſtans in opinione 527. Sperlingio offenſus 526. novam Profeſſionem Anat. inſtituit 560. naves in Grönlandiam ablegat 829. Principis filii mortem luget 1000. 1004. Regi Galliæ Unicornu offert 1085. Ejus Nummi 1098. 1099. infirmitas 529. 531. 534. 995. 997. morbus ultimus & mors VII. XXXIV. 284. 390. 391. 392. 1002. 1004. 1005. Ejus filia quædam 509
CHRISTIANUS V. Princeps Electus VII. XXXIV. XLI. 3. 10. 189. 192. 202. 275. 276. 277. 478. 482. 483. 485. 486. 488. 489. 492. 494. 495. 497. 499. 500. 501. 502. 506. 507. 509. 510. 512. 513. 516. 520. 521. 523. 526. 527. 531. 534. 540. 543. 570. 680. 747. 774. 910. 945. 946. 994. 996. 997. 998. 999. 1006. 1011. 1012

Chri-

hriſtierni (D. Michael) 386
HRISTINA Regina Sveciæ 478. 751. 862. 935. 981. 984. 985. 986. 988. 1105. 1116
hriſtophori (Abſalon) 1021.
hriſtophori (Johannes) Prof. Hafn. 243
hronica Danica MSS. 186. 187. 188. 266
hronicon Rhythmicum de Reg. Dan. 156. 186
hronologiæ Danicæ MSS. 248. 249. 250
hronologia Danica Petrei 184. 249
hronologia Dan. Svaningii, vid. *Svaningii.*
hronologia Islandica 221
hronologia Pauli Mothii 587
hymicæ Notæ 766
hymica V. 12. 122. 202. 224. 514. 530. 537. 538. 539. 540. 551. 699. 724. 750. 772. 941. 942. 946. 964. 968. 977. 979. 986. 1008. 1026. 1027. 1101. 1120. 1131. 1132. 1133
hytræus (Nathan) 43. 48
iacconii Vitæ Pontificum 862
iceronis Officia a Caſp. Barthol. illuſtr. 398. 400. 403. 404. 409
imbria XVI. XVII. XXVIII. XXX. 569. 1007
imbriæ ſuccinum 968
imbricæ Leges, vid. *Leges.*
itadinus (Henr.) 662. 664
laſſis Danica 479
laudii (Petrus) vid. *Undalenſis.*
laveria, Chymicus Pariſ. 12
laves (Mr. de) Chymicus 941. 942. 953. 978. 1025
lerquius Medicus 959
limactericus annus XXXVI. 94. 117. 118. 988. 989. 1103
lutius (Augerius) 610. 821.
luverus (Johannes) 409. 410
lypei veterum 1103. 1104
lypeus Odini 1057
lyſſi deſcriptio 530
oagium Sælandiæ 643. 1004
oati animal vivum 983
ochlearia Danica XXVII. 19. 20. 21. 23. 24

Codi-

Codices Islandici veteres, vid. *Islandici.*
Coldinga 13. 782. 1127
Coldingius (Paulus Jani) 1031
Collegium Naturæ Curioſorum 751
Collegium Regium Hafn. fundatum 10. 40
Colloqvium Thorunienſe 907. 908. 909
Coloredi domus Pragæ 1084
Columbi Anatomia 667
Columna (Fabius) 125. 574
Colymbus avis 1022. ſq.
Comeſtor (Petrus) 244. 245
Cometa 992
Communitas Reg. Hafn. 505
Condæus Princeps 944. 1007
Condewin (Claudius) 7
Congeſta Menvedi 188
Conradus (Balthaſar) 1086. 1087
Conringius (Hermannus) 460. 461. 720. 915. 962. 964. 966. 967
Conſiliarii Nationis Germ. Patavii IV. 566. 703. 706
Contarenus (Georg.) 126. 387. 581. 1089
Corallina Amagriæ 20. 21
Coralliorum concretio 968. 969
Coralloides arbuſcula Norvegica 258. 842
Corda novem Inſignium Daniæ 77. 80. 701
Corderius (Balthaſar) 980
Cornarius (Janus) 83
Cornu aureum Principis Chriſt. Vti 189. 191. 192. 257. 504. 505. 520. 539. 572. 722. 759. 887. 946. 963. 965
Cornu aurei deſcriptio Wormii 71. 74. 79. 194. 197. 202. 232. 254. 256 340. 498. 499. 501. 502. 503. 512. 514. 516. 562. 565. 566. 688. 691. 700. 721. 743. 771. 781. 789. 864. 879. 915. 963. 964
Cornu Oldenburgicum 516. 517
Cornu Ducis Veneti 790
Cornu Florentinum 565. 686. 689. 690. 692. 695. 699. 700
Cornu Ammonis 695. 696
Cornu Monocerotis, vid. *Unicornu.*

Cor-

ornua Rhinocerotis 724
ornua apud veteres 77. 78. 189. 190. 191. 196. 200. 236. 238. 694. 695
ornutus ap. Thuanum 694. 695. 696
ornuti (Doct. Med.) Hiſtoria Plantarum 550
orolla cetacea 372
oromandel 840
orſora Sælandiæ 890
orvea quid 442. 444
orvinus (Johannes) Rect. Sch. Slagl. 269
orvus albis nigrisqve pennis 371
ragius (Andreas) Prof. Haſn. 2
ragius (Nicolaus) Hiſtoricus Regni Dan. 293. 294. 317
raigius Scotus, Med. Regis Angliæ V. 950. 1030
ranach, vid. *Kranach.*
raphtius (Johannes) 45
remoninus (Cæſar) 650
rogius (Johannes) Lect. Th. Arhuſ. 860
roneburgum 4
rucibulum qvid 224
rucis Roſeæ fratres, vid. *Roſeæ.*
rux cryſtallina 592
ryſtalli Norveg. & Island. 820. 1014
uculus marinus 765
urioſorum Naturæ Collegium 751
uſterus (Henricus) Medicus 476. 477. 478. 480. 481. 482. 483. 485. 487. 488. 489. 490. 491. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 770. 774
uſterus (Henricus junior) 520. 1007. 1008. 1009. 1010. 1134
yprus inſula 158
yrillus in Jeremiam 980

D.

## D.

Dactyli 708. 710
Damianus 746
Daneverck 228
Danicæ Antiquitates, vid. *Antiquitates*, *Monumenta.*
Danica Plantarum nomina; vid. *Plantarum.*
Danica Lingva 822. 825. 986. 989. 1062. 1077
Danicæ & Anglicæ lingvæ affinitas 433. 456
Danicæ & Anglo-Saxonicæ lingvæ affinitas 808. 810. 811. 826
Danicæ & Græcæ lingvæ convenientia 138. 139. 143
Danicæ & Perſicæ lingvæ affinitas 324
Danorum in Terram S. expeditio 176
Davidſonius, Chymicus Scotus 551
Davis fretum 829. 969
Debeſius [Lucas] Paſt. Færöenſ. 1117
Decanatus in Acad. Hafn. 29. 30. 32. 35
Dentes balænarum, vid. *Unicornu.*
Dentes diverſi 744. 745. 927. 928. 956. 981. 983. 1017. 1072. 1085
Dictys Cretenſis 801
Dieterich [D. Helvicus] Med. & Chir. 484. 485. 486. 488. 502. 503. 505. 507. 508. 509. 510. 516. 523. 525. 526. 527. 528. 529. 533. 534. 542. 543. 544. 545. 546. 773. 774. 775. 992. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000. 1002. 1003. 1005
Dietericus [Conradus] Sup. Ulm. 609
Diſa uxor Thoronis 140
Doctoratus Theol. Gradus 8. 15. 437. 558. 680. 910
Doctoratus Med. Gradus V. VII. 14. 35. 61. 64. 127. 193. 385. 499. 541. 558. 582. 598. 611. 649. 662. 663. 664. 680. 731. 777. 1122. 1124
Doctoratus Philoſ. Gradus 35
Dolmerus [Janus] 254. 904. 905. 1130
Drachardus [Biorno] Prof. Sor. 165. 181. 194. 239. 378. 506. 512
Drebelii perpetuum mobile 1085
Dreſdenſe Muſeum rariorum, vid. *Muſeum.*
Drottqvætt 356. 357

Fabricius [Johannes] de Animalibus Mexicanis 125
Fœröenſes inſulæ 371. 372. 826. 1117
Fœröenſia Naturalia 390. 824. 825. 1073
Falcoburgius [Adrianus] 458. 460. 584. 644. 666. 984
Falconum captura in Islandia 343
Falſtria 481. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 512
Faſti Danici Wormii XXIX. 70. 99. 130. 135. 247. 295. 297.
301. 302. 373. 375. 410. 413. 468. 559. 562. 593. 618.
648
Faſti lignei literis Runicis 902
Fatuus Tych. Brahei, vid. *Jep.*
Febres malignæ VIII. IX. XXXI. 1115. 1116
Ferberus, Typogr. Roſtoch. 47. 95
Fernelius, Med. Pariſ. 731
Ferrarius [Octavius] 78. 79
Feſchius [Jacobus] 696
Finckia [Dorothea] uxor Wormii VI. XXXV. 6. 20. 148. 297
Finckius [Jacobus] Prof. Hafn. 7. 9. 10. 11. 63. 69
Finckius [Thomas] Prof. Hafn. VI. XXXIV. 3. 29. 39. 69.
93. 127. 286. 312. 459. 460. 477. 483. 506. 635. 651.
664. 821. 946
Fingerlinus [Georgius] 598. 610
Finni, Finnia 169
Finnorum ritus ſepeliendi 239. 242
Fionia 169. 500. 907. 1002
Fiſtula a juvene deglutita 1004. 1005
Flensburgum 544. 1020
Fleury [Franciſcus de] Canon. Virdun. XLII. 591. 592. 593.
618. 620. 622
Flores Horti Wormiani, vid. *Hortus.*
Florum ex cineribus reſuſcitatio, vid. *Plantarum.*
Fluſteau [Dn. de] Nob. Gall. 757
Flynder, morbus boum & ovium 979
Folius [Cæcilius] Anatom. 556. 688
Foſſii ex Italia redeuntes 1128
Foſſius [Chriſtianus] 278. 983
Foſſius [Nicolaus] 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 61. 63. 64. 67. 89.
234. 637. 1122. 1123

Frambotus, Bibliopola Patav. 707
Framius, vid. *Frommius.*
Framlöfenſis Inſcriptio 57
FRANCISCI II. R. G. Numiſma rarum 1095. 1096
Freſne [Raphael du] 89
Fretum Davis, vid. *Davis.*
FRIDERICUS II. R. D. 171. 276. 829. 1098
FRIDERICUS III. R. D. XXXIV. 275. 416. 417. 501. 516. 1035. 1042. 1048. 1118. 1123. 1124. rariora Wormio mittit 117. 118. 981. domum Wormii aliquoties inviſit VII. XXXIV.
Fridericus [Johannes] Rect. Sch. Coag. 643.
Fridericsburgum 84. 214. 284. 287. 387. 392. 394. 464. 468. 473. 509. 510. 524. 531. 703. 782. 1000. 1002. 1004. 1021
Friſingenſis [Ottonis] auctoritas 133
Friſius [Chriſtianus] de Borreby, Cancell. 732
Friſius [Chriſtianus] de Kragerop, Cancell. 13. 32. 39. 49. 51. 52. 53. 60. 61. 64. 67. 98. 99. 104. 107. 132. 134. 135. 141. 148. 152. 153. 154. 155. 174. 179. 186. 206. 228. 293. 294. 295. 296. 303. 313. 336. 337. 358. 364. 368. 370. 380. 381. 383. 394. 402. 408. 464. 468. 595. 603. 615. 663. 769. 923. 925. Cantilena Islandica in honorem ejus 607
Friſius [Sigvardus] 257
Frobenius [Georg. Frid.] 593
Frölichius [Chriſtianus] 908
Frommius [Georg.] Prof. Hafn. 255. 561. 797. 863. 950. 951. 952. 955. 1030. 1032. 1033
FROTHO Magnus R. D. 691. 693. 789
Frugum in Dania penuria 980
Frumentum Islandicum 850. 853
Fuirenius [Georgius] 19. 20. 121. 398
Fuirenius [Henricus] 68. 69. 75. 81. 87. 89. 90. 92. 254. 378. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 589. 599. 613. 643. 663. 696. 716. 719. 748. 800. 875. 894
Fuirenius [Theodorus] 726

irenius [Thomas] 586. 612. 644. 979
imaria planta 569. 856
irni pullitiei adaptati 85. 87. 91

## G.

iboris (Bethlem) Vidua 507
iffarellus (Jacobus) 89. 941. 942. 945. 978
igelmanna 498
igelmannus 515
ileni Opera 550
alilæus Mathematicus 701
ilthius (Petrus) 537. 638. 639. 640. 874. 875
ilvanus ICt. Patav. 70.
iman Runer 5: ſermones jocoſi 1062
impi Rex 187. 188
irdie (Comes de la) 1115
iſſendus (Petrus) 949. 950. 951. 955. 1029. 1033. 1035.
iſſendi Vita Tych. Brahei 287. 948. 949. 950. 951. 953. 956.
1029. ſq.
edde (Broſtrupius) Nob. Danus 1100
eſtranus, Med. Leidenſ. 982.
illius, vid. *Saſcerides*.
elſtrup (Petrus) Prof. Hafn. 12
emmæ & lapides, vid. *Lapidum*.
endt (Johannes von) 475
enealogia Regum Dan. 181. 221. 275. 276
enealogiæ Lyſcandri 46. 225. 230
eneſis Saxonice 824
enethliacæ prædictiones 1119
eometrica, vid. *Mathematica*.
eorgii (Nicolaus) Canon. Lund. XLI. 1
eorgii (Olaus) Conſul Horſn. II. XVII.
erhardi (Johannes) 122
erſtorfius (Joachimus) XXXV. 81. 203. 286. 498. 499. 500.
502. 503. 504. 507. 511. 515. 545. 569. 604. 1007
eſius (M.) 998. 1012
eſnerus (Conradus) 60

Geſta Danorum 188
Gieſingholmenſe Monumentum 240. 242
Gigantes XLI. 670
Gigantis ſceleton 387. 388
Gilbertus de Mundo ſublunari 986
Gillenius, Præfectus Laboratorii Caſſel. V.
Gislavus (Theodorus) Islandus 364
Giſſurius (Jonas) Islandus 96. 100
Gladii veterum 196. 1064
Globus terreſtris Regi Zelebes ab Hollandis miſſus 985
Globus Tychonis Brahei 382. 1031
Gloſſarium Poeticum 1067
Gloſſarium Islandicum Magni Olavii 607. 614. 615. 616. 617. 633
Gloſſaria vet. lingv. Septentr. 182. 183. 184. 199. 369. 370. 768
Gloſſopetræ 573. 574. 741. 836. 837. 838. 1109
Glücksburgenſes Principes 241
Glückſtadium 114. 495. 516. 522. 523. 543. 846. 994
Glückſtadienſis Carnifex 482. 483
Goclenius (Rudolphus) Prof. Marp. II. XVIII. 39
Golius (Jacobus) Prof. Leid. 648. 672. 673. 848. 1120. 1122. 1126
Goropii (Joh.) Goto-Danica 261
Gothica Hiſtoria 63. 64
Gothica lingva, literatura & Monumenta XXVIII. XXX. 41. 42. 61. 64. 65. 66. 67. 97. 163. 426. 431. 434. 592. 594. 613. 620. 723. 803. 933
Gothofridus Monachus Hafniæ medicinam exercens 1124
Gotlandia 58
Gotlandus Epiſcopus 640
Gottorpium 498. 499. 501. 505. 508. 516. 977. 1024. 1026. 1028. 1029
Græcæ lingvæ cum Danica convenientia 138. 139. 143.
Græcorum Menſes 1079. 1080. 1081. 1082
Græcorum Scriptorum auctoritas in rebus Septentr. 150
Grammatica Regia 985
Grammius (Joannes) XLI. it. Præfat. p. 4. 5. 6
Gramus Rex 209. 210
Gras (Henricus) Practicus Lugdun. 553

Gra-

ratianopolitani Parlamenti ſententia quædam, figmentum 605
renovius (Franciſcus) 213
retla ſ. Gretteri Aſmundii Hiſtoria 197. 198
röndalenſis lapis 57
rönlandia in Diplom. Ludovici 322
rönlandia Arngrimi 97
rönlandiæ Screlingi 671
rönlandiæ varia XXVIII. 343. 346. 705. 744. 828. 829. 830. 847. 921. 922. 928. 929
rönlandica glacies 113. 300. 320. 699. 829. 830. 923
rönlandica narratio Peyrerii 948. 951. 957
rönlandicæ navigationes 118. 119. 120. 635. 829. 830. 92.. 929. 969
rönlandicæ Societates 172. 635. 981
rönlandici itineris Ephemerides 171
rotius (Hugo) 538. 874. 931
ruteri Inſcriptiones 161
udenaa, fluvius Jutiæ 463.
udmundius (Jonas) Islandus 1050
udmundius Andreæ, vid. *Andreæ.*
udſcovius (Gerhardus) Prof. Lovan. 980
uidonis (Janus) 122
uilmeus (Jacobus) Chirurg. Pariſ. 5
unlaugus Monachus Thingorenſis 329
USTAVUS ADOLPHUS R. Sv. 15. 396. 522.
ualterus (Thomas) 656
uara Braſiliana 841
yldenlövius 904. 905
yldenſtierne (Predbernus) 8
ymnaſia Daniæ 15. 41. 779. 806. 859
ynther (Fridericus) Secret. Reg. 1016. 1019

## H.

a piſcis, vid. *Canis marinus.*
aborina planities 172. 211
ackius, Typogr. Leid. 668. 730. 731. 738. 986
adersleblum 522. 537. 1010. 1134

Hæmatitæ geſtatio 1120
Hafnia VI. XXXIII. 10. 12. 16. 25. 40. 379. 388. 505. 513. 523. 544. 749. 934
Hagemeierus [Johannes] 416. 417. 418
Haimonis Hiſtoria Eccleſ. 1105
Hallandia 48. 935. 936. 937
Hallandicæ Antiquitates 374
Hallerfordius, Bibliop. Roſtoch. 95. 128. 405. 667
Halſtedenſe Cœnobium 515
Hammerus [Laurentius] Paſt. Sor. 268. 856
Hammermullerus [Caſparus] 769
Haraldina Rupes 156. 204. 205
HARALDUS Haarfager R. Norv. 1051
HARALDUS Hyldetan R. D. 187. 1065. 1066
HARALDUS Blaatand R. D. 789. 791. 963
HARALDUS Hein R. D. 183
Haraldi Gulkampi Hiſtoria 618
Haranda [Dn. de] Brugenſis 1100
HARDECNUTI Nummi 51
Harlay [Comes de] 954. 955. 956. 957. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1098
Harpa Irlandorum 165
Harredslefgaard 1016. 1019
Hartmannus [Johannes] Prof. Marp. V. 7. 15
Harvæi [Wilh.] Med. Angli Inventa & Obſerv. Anatom. 460. 461. 665. 667. 668. 670. 675. 714
Haſebardus [Torbernus] 13. 373. 374.
Haſebardus [Vichmannus] Epiſc. Vib. 566
Haſta vetus 1014. 1016
Hauboldus [Petrus] Bibliop. Hafn. 1109. 1110
Hovmuns, vid. Centrina.
Heer [Henricus ab] Medicus 1009
Heerbord [Adrianus] Prof. Leid. 976
HEIDRICUS Danorum Rex 629
Hein, iners 183
Heinſius [Daniel] 132. 137. 287. 459. 986
Heinſius [Nicolaus] 986. 988. 1119. 1120
Hekla Islandiæ ignivoma 597. 821

S. Helenæ fontis aqua 536. 537
Heliotropium Kircheri 720. 727. 728
Helmont [Joh. Baptiſta van] 732. 733. 974. 990. 1009. 1011. 1115
Helmont [Mercurius ab] 974
Helſingora 32. 121. 216. 396. 468. 489. 508. 513. 732. 746. 890. 1130
Hennequinus, Reſidens R. Gall. in Dania 941. 943. 944. 946. 954. 956. 960. 961. 1076. 1091. 1093. 1094. 1099
HENRICUS IV. Gall. R. e medio ſublatus IV. V. XXII.
Henricus Gerhardi Epiſc. Rosk. 237. 238
Herbæ Islandicæ 855
Herbæ viventis ſemina 552. 567. 974
Herbarium Anglo-Saxonicum, vid. *Apuleji*.
Herbarium Braſilienſe 1120
Herbarium vivum 650
Herbarum nomina Anglo-Sax. 809. 811. 816
Herbarum ex cineribus reſuſcitatio, vid. *Plantarum*.
Hercules Gaditanus 230
Hermandſon [Johan] 769
Hernandus [Franc.] Med. Hiſp. 840. 842
Hertzius [Jacobus] Bibliop. 894. 895. 896
Heſiodus Wormii 894. 895
Heurnius [Otto] Prof. Leid. 458. 460. 548. 644. 653. 771. 975. 1125
Hevelius [Conradus] 1087. 1130
Hexaëmeron Andreæ Sunonis 255. 256. 257
Hiarni Regis Mon. in Hiarnö Jutiæ 857
Hibernica lingva antiqua 993
Hibernicæ Antiquitates 277. 993. 994. 1007
Hiermindanum Monumentum Jutiæ 767
Hieroglyphica 965. 966. 1089
Hieroſolymitanus Rex 9
Hilarii [Georgius] Prof. Hafn. 647. 661. 678. 753. 755. 807. 1134
Hippocrates 550. 1079. 1082
Hirtii Hiſtoria 801
Hiſpaniæ novæ Plantæ 840

Hiſpanicus Legatus in Dania 1123
Hiſtoria Seditionum Danicarum MS. 231
Hiſtoricus Regius 995
Hitardal in Islandia 96
Hoëlus [Jac.] Secret. Legati Angl. in Dania 439
Hôegius [Juſtus] Præſ. Sor. 288. 496. 527
Högerupenſe Monumentum 237
Hörsholm, jam Hirſchholm 2
Hofferus [Adrianus] 286
Hofmannus [Caſparus] Prof. Altorf. 730. 731. 733. 738. 1027
Hofmannus [Severinus] Med. Randr. 581. 598. 764
Hoghelandus 985. 986
Hola Hialtedal. Islandiæ 96. 100. 110. 1044
Holigerus Getha 241. 243
Holkius Nob. Danus 18. 799
Holſatiæ Chronicon MS. 192. 195. 202
Holſatiæ Dux 507. 510. 516. 537. 976. 1025. 1026. 1029. 1130. 1131
Holſaticus Scyphus 1120
Holſtenius [Lucas] 721. 744. 862. 992
Holſtius [Georg.] Bibliop. Hafn. 292
Horaria machinula 903
Hordanus, Pract. Venet. 556
Horne [Dn. van] 1120
Horologium Wormio a Card. Mazar. miſſum 951. 952
Horſtius [Georg.] Archiat. Ulm. 597. 609. 778
Horſtius [Jo. Dan.] Med. Haſſ. 1108. 1109. 1110
Hortulus Islandiæ 855
Hortus Acad. Hafn. XXVII.
Hortus Regius Hafn. 544. 568. 813. 873. 906. 994. 1004. 1020
Hortus Conſulis Hafn. 873
Hortus Olai Wormii 23. 278. 279. 281. 388. 458. 459. 461. 464. 474. 507. 508. 567. 568. 590. 612. 613. 644. 647. 959. 728. 907. 1125
Hortus Gottorpienſis 1025
Hortus Contareni 126. 1088. 1089
Hortus Piſanus 124
Hortus Meſſanenſis 724. 725

Hor-

Hortus Acad. Patavinæ 566. 567.
Hortus Med. Montiſpel. 553.
Hortus Med. Pariſienſis 551
Hortus Oxonienſis 974
Hortus Acad. Lugdun. 131. 644. 647. 655. 659
Hortus Med. Witebergenſis 906
Hotersneſia II. XVII. 857
Howard [Guilielmus] fil. Ducis Norfolciæ 426
Hugo Maria Franciſcanus Relig. Luther. amplectitur 868
Hugo [Hermannus] 132
Hugonis Islandi Hiſtoria 104. 105
Hülenshialm, orci galea 1070
Hulſemannus [Joh.] Theol. Witeb. 868. 874. 908. 909
Humblet [Marcus] 505. 508. 509. 511. 513. 519. 523. 524. 525
Hupfauff [Jo. Melch.] Med. Lundenſ. 611. 663. 747. 978
Husvig [Matthias Johannis] 108
Husviga Islandiæ 101
Hvena Inſula 1031
Hvidſerk Promontor. Grönlandiæ 922
Hvitfeldiana Concio fun. 163
Hvitfeldius [Arnoldus] Cancell. R. D. 237. 238. 256. 288. 289. 290. 291. 293. 317. 363. 429. 438. 442
Hylberti Lapidarium 1124
Hyſterolithos lapis 1110

## I.

Jacobæus 12
Jacobi (M. Bruno) 589
Jalingenſe bellum 250
Jani (Johannes) 871
Jani (Matthias) Epiſc. Lund. VI. 8. 233. 234
Janſonius (Johannes) 180. 270. 272. 341. 513. 785. 977. 1124
Janus (Doct. Med.) 523. 524. 543. 994. 996. 1010
Jaſpis Færöenſis 824. 826
Jaſpis Pauli Lutheri 864. 865
Ibſtrupium Sælandiæ 388
Jellingenſia Monumenta 156. 165. 776

Jep fatuus Tychonis Brahei 1032. 1034
Jerløſe Sælandiæ 389
Jerſinus (Janus Dionyſii) 7. 8. 83.
Jeſſen (Jeſſenius a) 1030. 1031
Jeſuitæ 125. 723. 907. 908. 980. 986. 990. 1031. 1087. 1122. 1123. 1124. 1129
Illugi (Thorſtanus) Iſlandus 108. 630. 632
Imperatus (Ferd.) Neapol. 833. 838. 1109
India occidentalis 119. 659. 826. 1113
India orientalis 8. 12. 119. 172. 479. 826. 840. 985. 1015. 1020. 1113. 1118. 1122
Ingaldi (Illugo) Iſlandus 102. 302. 303. 304. 305. 318. 320. 321
Ingeburga quædam Norv. 240. 241
Ingigerda fil. Haraldi Haarf. R. N. 1058
Ingvald (Richerius Baro de) Anglus V.
Inſcriptiones veteres 92. 580. 581. 1089
Inſcriptiones Dan. Norv. &c. 43. 45. 46. 48. 49. 57. 97. 160. 240. vid. *Monumenta*.
Inſecta 981. 1014
Inſignia Capituli Arhuſienſis 240
Inſignia Danica 77. 701
Inſignia Nobilium Templi Sorani 190
Joannis (Chriſtophorus) 889. 890
Jockulſau Pons Iſlandiæ 922
Johannis (Ægidius) 762
Johannis (Chriſtianus) Epiſc. Alburg. 463
Johannis (Margareta) 636
Johannis (Petrus) Mercator Iſland. 851
JONAS Sorqueris f. R. Sv. 1052
Jonæ (Arngrimus) Iſlandus 97. 98. 101. 102. 105. 113. 114. 155. 156. 163. 166. 168. 179. 180. 181. 182. 216. 263. 293. 295. 296. 299. 300. 302. 303. 305. 306. 311. 312. 313. 314. 315. 319. 320. 322. 324. 325. 326. 327. 332. 333. 336. 337. 339. 340. 341. 342. 344. 345. 346. 347. 348. 350. 354. 359. 362. 424. 434. 436. 448. 449. 634. 767. 828. 922. 944. 946. 1050. 1069. 1102

onæ (Biorno) Islandus 103. 104. 105
onæ (Runclphus) Islandus 109. 115. 117. 118. 347. 1130
onæ (Sveno) Islandus 104. 105. 106. 108. 109. 199. 325. 328. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635
onæ (Trebonius) Islandus 269. 1013. 1014
onæus (Jonas) Islandus 1050
onæus (Theodorus) Islandus 1050
onſön (Chriſten) 313
ornandes 1060
ridis natura 1086. 1087
landi Grönlandiam viſitabant 829
landica 96. 98. 100. 101. 102. 113. 184. 300. 318. 320. 334. 343. 346. 348. 351. 355. 359. 597. 607. 609. 614. 630. 631. 633. 828. 846. 848. 850. 851. 853. 854. 920. 921. 922. 969. 1023. 1036. 1043. 1044. 1046. 1048. 1050. 1051. 1069. 1071
landica Ænigmata 628. 629
landica Grammatica & Vocabularia 98. 109. 157. 158. 159. 275. 294. 607. 615. 825. 827
landica lingva 102. 103. 157. 164. 166. 293. 822. 824. 825. 847. 849. 1022. 1061
landica Monumenta 1040. 1046
landica rariora & naturalia XXVIII. 98. 107. 286. 333. 335. 337. 338. 595. 596. 736. 815. 821. 850. 851. 853. 854. 855. 925. 956. 1013. 1014. 1022. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073
landica Societas Hafn. 106. 830. 848. 849. 850. 851. 1045
slandicæ Leges, vid. *Leges.*
landici Annales & Codices manuſcripti 72. 104. 106. 160. 163. 185. 193. 197. 199. 221. 251. 286. 299. 319. 596. 618. 629. 633. 662. 664. 665. 767. 960. 1042. 1051. 1061. 1066
landicorum Athletarum chorea, Poëma 624. 625
talicæ lingvæ dialecti vet. 67
tzehoa occupata 907
ubilæum in Dania celebratum 12. 24. 26. 27. 39
udæi Hiſpani pro Bibl. Hebr. auri pondus offerunt 526

Judæorum receptio 938
Judæorum Luſitanorum impoſturæ 1027
Judæus Hamburg. Medicus 543
Jul (Feſtum nat. Chriſti) unde 137. 138. 139. 140. 142. 143. 144. 145. 146. 150. 151. 248
Jul, Antonius 571. Axilius 126. 423. 427. 437. 447. 448 Chriſtophorus 62. Johannes 1111. 1112. 1113. Ovenus 241. 953. Petrus 570
Julinenſes Piratæ 228
Jungermannus (Ludov.) Prof. Altorf. 9
Juſtinus 801
Jutia, vid. *Cimbria.*
Ivarides (Petrus) 557. 558. 559. 560. 564
Ivarius (Chriſtophorus) 766

## K.

Kaas [Nicolaus] Cancellarius 244
Keplerus [Johannes] 1031. 1033.
Kerulius [Petrus] Prof. Hafn. 8
Kircherus [Athanaſius] 69. 72. 74. 75. 77. 79. 94. 559. 579. 669. 670. 671. 687. 688. 697. 726. 727. 728. 749. 781. 800. 802. 862. 976. 1027. 1088. 1089
Kirchmannus [Johannes] Rect. Sch. Lub. 176. 177
Kirſtenius [Michael] Prof. Gymn. Hamb. 967
Klepenſis Templi in Norv. Inſcriptio 240. 242
Klingerus [Fridericus] XLII. 908. 909. 1106. 1107
Klinte, vid. *Nigellaſtrum.*
Knephelius [Andreas] Med. Regis Polon. 539. 541. 543
Knudſtrupium Scaniæ 1030
Knytlinga Saga 183. 185. 187. 214. 253. 628. 629. 630. 631. 1053
Königsmarchius 533
Köning [Ludov.] Bibliop. Baſil. 36
Krabbe [Anna] de Stenholt 57
Krabbius Legatus Dan. in Svecia 412
Kragius [Nicolaus] vid. *Cragius.*
Kragius [Otto] Secret. Reg. 286. 287. 292. 529. 853. 1036. 1038. 1043. 1049. 1053

Krake, vid. *Rolfo.*
Krakomaal 1061
Kranach [Lucas] 1084
Krogius [Joannes] vid. *Crogius.*
Kroka-Refi Hiſtoria 618
Kruſe [Edvardus] XLII.
Kruſe [Henricus] Typogr. Sor. 252. 261
Kruſe [Wibecka] 501. 543. 544. 545. 905. 1005
Kyperus 1121

## L.

Laboratorium Caſſellenſe V.
Laboratorium Gottorpienſe 1025. 1131. 1132
Lac aſininum 678
Læderea Scaniæ 43. 48. 50.
Lælius, vid. *Lelius.*
Læti (Eraſmi) autographum de nato & renato Chriſt. 4to. 277. 280. 281
Lætus (Chriſtiernus) 288
Laet (Johannes de) 285. 549. 736. 739. 740. 741. 742. 743. 808. 810. 813. 814. 820. 822. 825. 827. 828. 830. 832. 835. 837. 838. 839. 841. 843. 847. 849. 972. 973. 975. 983. 984. 1105. 1120
Lalandia 481. 494. 515
Lalandica Monumenta 480. 500
Lambardi (Guil.) Archæonomia 174. 175. 213. 442. 810
Landerupenſis lapis 766
Lang (Bernhardus) 98
Langelot (Joël) Archiat. Holſat. 751. 976. 977. 979. 990. 1024. 1025
Langius (Eraſmus) 1087
Langius (Wilhelmus) Prof. Hafn. XLII. 94. 983. 992. 1078. 1079. 1084. 1087. 1090
Lapides rariores 983. 988. 990. 1008. 1011. 1014. 1069. 1070. 1072. 1108. 1109. 1111. 1113
Lapidum & gemmarum Hiſtoria 831. 833. 835. 836. 890. 1084
Lapis Bononienſis lucifer 576. 577. 579. 716. 735. 801
Lapis panem referens 279

Lappo-

Lapponicæ ſagittæ 745
Laſſonius 378. 764
Latrunculorum ludus, Skak/Spil 356. 357. 1072
Lauenburgenſis Dux 507
Laurenbergius (Guilhelmus) 95
Laurenbergius (Johannes) Prof. Sor. 154. 172. 196. 198. 272
Laurenbergius (Petrus) 543. 545. 666. 675. 677. 679. 736. 738. 741
Laurentii (Chriſtianus) Paſt. Birkerod. 1
Legati Danici, in Anglia 783. in Gallia 903. 938. 940. 947
Legati exteri in Dania 59. 254. 387. 388. 437. 439. 528. 592. 849. 905. 954. 1123
Leges Canuti M. 246. 443
Leges Cimbricæ 442. 447. 448. 954. 1093. 1095
Leges Eccleſiaſt. Dan. 624
Leges Islandicæ 222. 899. 1043
Leges Norvegicæ 157. 158. 825. 827
Leges Scanicæ 442. 443. 624. 954. 1093
Leges Selandicæ 185. 250. 442
Leibzellerus, Cameræ Secretar. Princ. Chriſt. 5ti. 530. 533
Leiceſtriæ Comes in Dania Legatus 439
Leiel (Wilhelmus) 652. 654
Lelandus (Jo.) Antiquarius Anglus 175
Lelius (Johannes) 656. 660. 686. 689
Lelius (Tancredus) Med. Hafn. 17. 479. 483. 494. 612. 636. 647. 648. 649. 763. 764
Lexicon Anglo-Saxonicum 1105
Lexicon Islandicum Svenonis Jonæ 631. 632. 634
Licetus (Fortunius) 75. 76. 90. 91. 126. 570. 577. 579. 580. 686. 688. 691. 701. 702. 713. 714. 716. 717. 720. 724. 963. 965. 967
Lignum foſſile 719
Lilius Londinenſis 1116
Limites inter Daniam & Sveciam 185. 624
Lindanus 1125
Lindemannus (Thomas) Paſt. S. Petri Hafn. 273
Linden (Joh. van der) Prof. Leid. 982
Lindenovius (Jacobus) Nob. Dan. 563. 565. 566. 798. 800

Lingva

Lingva Danica, vid. *Danica.*
Lindholmium prædium Sælandiæ 179. 464
Lipſius (Juſtus) 1060
Litaniæ publicæ 48
Literarum figuræ Chilperici 151
Literatura Anglo-Danica 756
Lithuanicæ tubæ & tibiæ 1106. 1107
Lochenſe Monumentum 182. 603. 620. 622. 733. 803. 804. 836. 929. 933
Lodbrok, vid. *Regnerus.*
Lödrup Scaniæ, vid. *Læderæa.*
Löſelius (Johannes) Prof. Regiom. 1106. 1107
Logmannus (Theodorus) Islandus 299
Lomannus Empiricus 479
Lombardicæ literæ 723. 727
Longebechius (Andreas) 53
Longomontana (Anna) 746
Longomontanus (Chriſtianus) Prof. Hafn. 5. 29. 30. 93. 512. 513. 597. 756. 778. 806. 949. 952. 970. 1032. 1034
Loom, avis Norv. vid. *Colymbis.*
Loſs (Chriſtianus a) Legatus Saxon. 1003. 1004
Lubecenſis Tractatus pacis 303
Lucernæ perpetuæ 711. 712
Luckii (Jo. Jac.) Sylloge Numiſmatum 1098
LUDOVICI Imp. Diploma de Eccleſ. Septentr. 318. 322.
Ludovicus Haſſiæ Landgravius III.
Lugdunum Galliæ 553
Lummerus 864. 866
Lunæ creſc. & decreſc. effectus 331. 333
Lundenſe Monumentum 760
Lundenſes Canonicatus & Præbendæ VII. XXXIV. XXXV. XLI. 494. 495. 537. 637. 640. 641
Lundenſium Epiſcoporum Chronicon 233. 235
Lundium Scaniæ 15. 31. 58. 514. 611. 638. 760. 761. 762
Lundius (Zacharias) 770
Lutherani Bohemi exules 128
Lutherus (Martinus) 39. 864. 865. 875
Lutheri Pronepos 864

Lutherus (Paulus) 864
Lyckii, Nobiles Dani 5
Lynceorum Hiſt. Nat. Mexicana 781
Lyſcander (Claudius) 46. 168. 171. 225. 230. 277
Lyſcandri Plagium 281
Lyſcander (Johannes) 241. 263
Lyſerus (Frid. Wilh.) 908
Lyſerus (Lucas) 908
Lyſerus (Wilhelmus) 867. 905. 906. 907. 908. 909. 910

M.

Machinula horaria Wormio ex Gallia miſſa 963
Maffeus (Raphael) Epiſc. Volater. 65
Magdalena Sibylla Conjux Chriſt. V. Principis 486. 497. 499. 501. 540. 747. 997
Magiſtrorum promotio VII. XXXIV. 1. 9. 15. 16. 29. 35. 40. 397. 689. 867. 875. 877
Magnetes Norvegici &c. 17. 800. 832
Magnetis declinatio inventa 976
Magni [Benedictus] Islandus 351. 353. 357. 358. 362. 364. 365. 368. 606. 607. 608
Magni [Einarus] Islandus 106
Magni [Gislaus] Islandus 112. 846. 847. 848. 849. 852. 853
Magni [Jonas] Islandus 607. 608. 614. 615. 616. 617
Magnus [Johannes] Svecus 185
Magnus [Olaus] Svecus 214. 247. 671. 708
Majernus [Turquetus] Archiat. Reg. Angl. V. 813
Maire [Joan. le] Typogr. & Bibliop. Leid. 647. 648. 664. 670. 676. 734. 768
Maldonatus [Jo. Alvarez] 670. 671
Malmogia 528. 639. 934
Malva 658
Manderen [Carolus van] Pict. Hafn. 519. 1128
Manna pro ſaccharo veterum 658
Mannæ ſemina 120
Mantuani Legati in Dania 388
Manucodiata, vid. *Paradiſi avis.*

Manuſcripta varia 83. 186. 245. 766. 785. 802. 827. 899. 980. 981. 1061. 1080
Manuſcripta Anglo-Saxonica 808. 813. 814. 815. 824. 826
Manuſcripti Codices Bibliothecæ Elichmannianæ 644. 662. 823
Marcaſita Islandica 107
Marchet [Med. D.] Practicus Patav. 556
Marcgravius [Joannes] Miſnicus 831. 839. 1118
Marci [Jacobus] Bibliop. & Typogr. Leid. 405. 549. 642. 647. 651. 668. 670. 769. 774. 872
Marci [Marcus] Archiat. Imperat. 1086. 1087
Marcianus Heracleota 169
Margareta Johannis filia 636
Margarita Norvegica 824
Margarita Philoſophica 709. 710
Maria Eleonora, vid. *Sveciæ Regina.*
Marigni [Dn. de] 938. 955. 969
Marinus [Jo. Bapt.] Poëta Italus 570. 571. 576. 885. 893
Marmendils Smiide, lapillus Isl. 1070
Marmor Garattonicum 832. 833
Marpurgenſes Profeſſores Gieſſam migrant III.
Martini [Jacobus] Senior Witeb. 871
Martinius [Martinus] Jeſuita 1122. 1123. 1124. 1129
Martinius [Paulus] Epiſc. Lund. 233. 234
Marzanus [Melch.] Typogr. Hafn. 270. 1134
Mathematicæ artes 972. 980. 981. 983. 984. 989. 992. 1084. 1087. 1126
Matras [Daniel] Prof. Sor. 182
Matthiæ [Chriſt.] Dithmarſus 555
Matthiæ [Jacobus] vid. *Arbuſius.*
Matthiæ [Otto] Præf. Sor. 258
Matthiæ [Paulus] Epiſc. Sæl. 348
Matthiæ [Severinus] 674. 677. 680. 682
Matthiæ [Suſanna] Uxor Wormii VI. XXXV. 177. 383. 390. 447. 482. 597. 602. 642
May [Dn. de] 1091. 1092
Mazarini Cardinalis VII. 90. 347. 899. 900. 902. 926. 929. 942. 945. 946. 951. 952. 953. 957. 988
Mechelborg [Johannes] 31

Medelfar [Matth.] vid. *Jani.*
Mederus [Mich.] Typogr. Sund. 1101
Medica-vaſa XVIII. XXX. XXXI. 333. 336. 340. 345. 350. 391. 392. 394. 398. 458. 462. 468. 469. 470. 471. 472. 481. 482. 484. 487. 488. 489. 490. 491. 497. 510. 517. 518. 522. 525. 527. 529. 530. 531. 532. 534. 541. 542. 544. 545. 547. 548. 552. 555. 561. 636. 646. 653. 654. 655. 672. 678. 724. 732. 741. 763. 764. 771. 831. 832. 839. 914. 959. 974. 995. 996. 1003. 1009. 1034. 1047. 1090. 1108. 1110. 1111. 1115. 1116. 1117. 1120. 1125. 1128. 1129
Meibomius [Marcus] 981
Meierus quidam 407
Meierus [Albertus] Prof. Sor. 261. 459
Meierus [Ditlevus] 382
Meierus [Johannes] Rect. Sch. Rip. 776
Melancholia Hypocondriaca 1122
Membranas veteres abluendi ars 197. 199
Menſium nomina 248. 294. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083
Menvedi congeſta 188
Mercator [Gerardus] 969
Mercator [Nicolaus] Mathem. 1074. 1126
Meſſenius [Johannes] 50
Metalla Norvegiæ. 822
Metallica materia Islandiæ 107. 850. 852
Metallorum Hiſtoria 871
Meteora 647. 648
Metznerus [Leonh.] Prof. Hafn. 38. 220
Meules [Dn. de] 182
Meurſianæ Hiſtoriæ ſupplementum 269
Meurſius [Johannes] 70. 158. 161. 179. 180. 265. 325. 407. 410. 416. 418. 439. 441. 474. 475
Meurſius [Johannes] filius 401
Mexicana animalia 125
Mexicana Hiſtoria Naturalis 781. 863. 992. 1089. 1091. 1100
Mexicanæ Plantæ 125
Michaelis [Johannes] Epiſc. Fion. 6. 8
Michaelius 661

Microſcopium 981
Miltonus [Johannes] 1119
Mineralia auri 279
Mineralia Iſlandica 107. 850. 851
Mineralia Norvegica 17
Miniſter [P.] 981
Modals Jockel, vid. *Hekla*.
Möinichen [Henricus a] Med. D. 1130. 1131. 1132.
Moltherus [Joh.] 13
Moltkenius [Joach.] Bibliop. Hafn. 90. 92. 171. 172. 173. 225. 247. 251. 255. 264. 271. 272. 273. 276. 281. 282. 283. 285. 290. 493. 501. 513. 528. 539. 571. 717. 720. 751. 894. 929. 930. 931. 971. 973. 1009
Moluccæ inſulæ 671
Mommius 1108
Monachi Itali errones 868. 869. 871
Moneta Danica & variar. Nationum 1097. 1098. 1099
Monoceros, vid. *Unicornu*.
Monradus [Ericus] Epiſc. Rip. 519
Monſtra 730. 737
Monſtrum Islandicum 595
Montanus Comes 731
Montiſpelienſis Academia XXII. 552. 553. 689
Monumenta Gothica, Danica, Norvegica, Islandica 44. 68. 93. 211. 373. 374. 394. 500. 803. 863. 1040. 1046. 1088
Monumenta Danica Wormii XXIX. 72. 94. 109. 156. 218. 239. 292 342. 346. 383. 406. 410. 520. 618. 620. 631. 639. 719. 768
Morbilli 904
Moreau ſ. Moræus [Renatus] Prof. Med. Pariſ. 93. 677. 734. 784. 803. 804
Morſia inſula Jutiæ 1111. 1112.
Morſius [Joach.] 94
Morus Prof. Amſterd. 751
Moſs lacus Norvegiæ 778
Mothius [Paulus] Med. Hafn. 547. 553. 583. 587. 588. 589. 666. 668. 672. 677
Motzfeldia [Eva] 869

Motzfeldia [Magdalena] Uxor Wormii VI. XXXV. 384. 493. 871
Motzfeldius [Henricus] 235. 760. 761. 845. 863. 865. 866. 867. 869. 870. 872. 874. 875. 876. 878. 879. 881. 883. 998. 1007
Motzfeldius [Johannes] 1011. 1012
Motzfeldius [Petrus] Civis Hafn. VI. 493
Mule [Nicolaus] Præpoſ. Samſ. 8
Mulenius [Johannes] 89. 476. 738
Mullerus [Chriſtianus] 783
Mullerus [Johannes] Prof. Hafn. 1010. 1011. 1134
Müllerus [Philippus] 946. 1026. 1028
Mummius [Joh.] Auceps Isl. 343. 1069
Munk [Ericus] Mercator 1122
Munkatuera Monaſt. Island. 852. 855
Munkeliv Monaſt Norvegiæ 1070
Munthenius [Chriſtoph.] Prof. Hafn. 384
Muris Norvegici Hiſtoria 991. 1025
Muſeum rariorum & naturalium, Aldrovandi 126. Aurelianum 861. Calceolarii 388. 389. 574. 695. P. Caſtelli 723. Dresdenſe 910. 1084. ſq. Gottorpienſe 1025. Imperati 724 Jo. Ponæ 126. Jo. Rhodii 790. 793. Tredoſci 974
Muſei Wormiani initia & incrementa VII. XXVIII. XXXIII. XXXIV. XXXVIII. 17. 50. 61. 62. 88. 89. 93. 98. 99. 111. 112. 117. 120. 121. 130. 161. 172. 241. 253. 257. 258. 259. 278. 279. 287. 328. 332. 335. 338. 340. 342. 343. 345. 371. 372. 376. 377. 378. 395. 396. 496. 517. 524. 539. 549. 562. 573. 574. 575. 589. 592. 647. 659. 661. 674. 680. 699. 705. 719. 720. 723. 727. 728. 736. 739. 740. 741. 742. 744. 745. 751. 755. 765. 766. 768. 785. 791. 793. 797. 800. 805. 807. 814. 815. 820. 823. 831. 832. 833. 834. 835. 838. 841. 842. 854. 857. 861. 864. 865. 873. 889. 905. 924. 927. 941. 943. 969. 972. 973. 974. 976. 991. 1004. 1008. 1010. 1011. 1013. 1014. 1016. 1017. 1019. 1020. 1025. 1026. 1028. 1055. 1071. 1073. 1092. 1093. 1094. 1101. 1103. 1104. 1106. 1107. 1108. 1110. 1114. 1115. 1118. 1119. 1120. 1121. 1127

Muſ-

Muſica inſtrſtmenta 1106
Muſici veteres Meibomii 981
Myklegaard, Conſtantinopolis 239. 240. 242

## N.

Nackeböl Fioniæ 589
Næſius 1008
Nanſonius (Johannes) Conſul Haſn. 1043
Narium hæmorrhagia 1120
Narſſius (Joannes) Hiſtor. Svec. 395. 396
Naſchovia Lalandiæ 481
Naſſovius Princeps 132. 135
Natalitium Thema Chriſt. V. Princ. 512. 513. 516
Natalium antiquitates 683
Naturalia, vid. *Phyſica*.
Naturæ curioſorum Collegium 751
Naudæus (Gabriel) 72. 74. 77. 90. 92. 559. 562. 898. 899. 901. 902. 925. 929. 938. 940. 942. 944. 946. 948. 952. 953. 955. 957. 958. 1116. 1117
Neapolis 125
Neapolis Falſtrorum, vid. *Nycopia*.
Nehallennia Idolum 975. 977
Neomagenſes antiquitates 1118. 1124
Nephriticum lignum Braſilianum 841. 844
Nephriticus lapis 388. 389. 610. 815. 821. 823
Neronis gladius 519
Neſſelmannus Med. Elbing. 543
Neſtvedia urbs Sælandiæ 890
Nicolai (Hermannus) Prof. Haſn. 398
Nicolai (Johannes) Conſul Haſn. 873
Nicolai (Wilhadus) Rect. Sch. Wib. 463
S. Nicolai Templum Haſniæ tempeſtate disjectum 379
S. Nicolaus Arhuſienſis 240. 242
Nicotianæ herbæ uſus 312. 314
Nidi avium Indici 839. 840. 842
Nidroſia 54. 55. 821. 1130
Nidroſienſia Monumenta 383
Nidroſienſis Templi delineatio 238. 239

Oppenheimius, Prof. Lovan. 980
Orbin planta Norvegiæ 536. 537
Orbis Ægyptius piſcis 979
Orcadicæ relationes 160. 163. 365
Ordines Equeſtres Danici 290. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 411. 419. 420
Oreonicum fretum 256. 653. 921
Orethinganum Monumentum 220
Orphanotrophium Lugdunenſe 553
Osburn [Petrus] Eqv. Anglus 448. 449. 450
Oſcabiorn, Inſectum Islandicum 1014
Oſcherlebienſes fontes 546
Oslerus, Archiat. Ducis Holſat. 509. 516
Oſteologia 544
Oſtregard, Ruſſia 240
Otteſon [Jacobus] 550
Otthonia 15. 16. 41. 649. 1000
OTTO Imperator 789
Otto Epiſc. Skalholt. 318
Otto [Petrus] 1118
Ottonides quidam 733
Ottonis Bambergenſis Epiſcopi Vita 236
Ottonis [Gislaus] Epiſc. Skalh. 594. 596. 597
Ottonius [Jonas] Islandus 301. 303
Ovium pupillæ maris acceſſu rotundæ 331
Ova mulieris Norvegæ 872. 873
Oxe [Petrus] 292
Oxenſternius [Axilius] 926

P.

Paludanus (M.) 767
Panarolus (Dominicus) 748
Panegyrica concio Concionatoris aul. Nycop. ſuppreſſa 498
Papenheim (Juſt. Frid. von) 515
Papyrus Niloticus 1124
Paracelſus (Theophr.) 1009
Paradiſi avis 674. 680. 687. 695. 841. 864. 1085
Paradoxa Tychonis 1032

Pari-

Pariſienſes docti 550. 677. 784
Parsberg (Manderup) Senator Regni 8
Parulin Medicus Ferrar. 66
Pas (Simon de) Chalcogr. Haſn. 134. 135. 173. 174. 175. 217. 220. 226. 227. 766
Paſchaſius (Henricus) Med. Haſn. 379. 474
Paſchaſius (Nicolaus) Epiſc. Berg. 7. 8. 56. 383
Paſſionis flos 568
Patavium IV. XX. 123. 545. 555. 566. 703. 1088. 1123
Patinus (Guido) Med. Pariſ. 677. 734. 784. 1035. 1036. 1115
Pauli (Simon) Prof. Haſn. XXVIII. 535. 540. 541. 560. 569. 590. 668. 731. 733
Paulinus (Erasmus) vid. *Vindingius.*
Paulinus (Johannes) 732
Paulinus (Martinus) 761
Paulinus (Nicolaus) vid. *Scandorfius.*
Paulus Diaconus 170
Pawius (Petrus) Prof. Leid. 548
Payngk (Aſſverus) Med. Haſn. 478. 640
Pecorum ſtrages in Dania 979. 980
Peireſcius (Nic. Claud. Fabr.) 70. 559. 560. 1033
Pelecani roſtrum 1106. 1107
Pequettus 1027
Peregrinandi methodus Eraſ. Bartholini 989
Perpetuum mobile 1085
Perſica Manuſcripta 644. 662
Perſicæ & Danicæ lingvæ affinitas 324
Perſicum carmen Elichmanni 612
Peſtis Haſniæ 16. 18. 25. 41. 66. 119. 148. 152. 371. 398. 447. 483. 525. 526. 528. 589. 597. 752. 1073. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1132. 1134
Petit (Petrus) Mathem. Pariſ. 951
Petræus (Laurent.) Paſt. Nycop. Falſtr. 510. 515
Petreæ plantæ, quæ in mari naſcuntur 841. 842. 843. 844
Petrefacta 376. 377. 785. 834. 1013
Petrei (Chriſt.) Chronologia Danica 184. 185. 249. 253
Petreius (Henricus) Prof. Marp. IV. XXI.
Petri (Chriſtianus) 653

Petri

Petri (Jacobus) Civis Hafn. 313
Petri (Olaus) Med. D. 540. 541. 544. 545
Peyrerius (Iſaacus) XLII. 346. 743. 917. 918. 919. 920. 921. 925. 927. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 943. 944. 945. 947. 949. 950. 952. 953. 954. 956. 957. 969. 978. 1029. 1075. 1094
Pfeifferus 537
Pharmacopoea Leidenſis 653. Pariſienſis 554
Pharmocopoei & Pharmacopolia Daniæ XXXI. 480. 489. 540. 541. 589. 698. 739. 959. 996. 997
Pharmacorum Taxa Hafn. XXXI. 25. 480. 482. 483. 484. 538. 539. 541. 811
Philoſophia Carteſiana, vid. *Carteſiana.*
Philoſophus Miles 942
Phœnix avis 1085
Phyſica 315. 320. 322. 330. 331. 333. 376. 377. 379. 465. 524. 574. 603 658. 708. 725. 735. 778. 872. 1070
Pigaſetta (Antonius) 671
Pighettus, Advocat. Venet. 571. 577. 885
Pignorius (Laurentius) 63. 64. 65. 70. 75. 76. 790. 798
Pinacothecæ, vid. *Muſeum.*
Pinacotheca Pharmacopolæ Lugdun. 138
Pingvedo Phocarum &c. 331
Piratæ Islandiam infeſtant 355
Piſani Antidotarium 724
Piſcaturæ Islandicæ 1043. 1045. 1046. 1050
Plantæ Islandicæ 855
Plantarum Hiſtoria 550. 840. 841
Plantarum nomina Anglo-Saxonica 809. 810. 811. 816
Plantarum nomina Danica 22. 23. 25. 28. 109. 810. 811
Plantarum ex cineribus reſuſcitatio 941. 942. 945. 953. 976. 977. 978. 1025. 1026. 1027. 1028
Platerus (Felix) Practicus Baſil. V. XIX.
Platonica Philoſophia 683
Plempius, Med. Amſterd. 980
Plica Polonica 123
Plinius a Sperlingio adornandus 388. 389
Plumius (Claudius) Prof. Hafn. 34. 38. 152. 161. 249. 250. 277. 1008. 1046. 1127

Plu-

lutonis galea, fabula 1070. 1071
luvia purpurea Bruxellenſis 1086
ocula ex cornu Rhinoc. & dentibus variis 744. 745
odagra 916. 1107
oëſis Dan. & Island. vet. XXXII. 70. 81. 159. 178. 317. 357. 358. 359. 624
oëtæ Islandici 607. 624. 1071
oimer (Hector) 533
olonus nobilis 926. 929
ontanus (Joh. Iſaacus) 70. 132. 137. 139. 140. 142. 149. 151. 179. 180. 181. 182. 239. 248. 285. 286. 293. 311. 317. 321. 322. 332. 334. 337. 338. 339. 340. 402
ontoppidanus (Ericus) Epiſc. Nidroſ. 292
oppo 241
oſthius, Medicus 667
oterii (P.) Pharmacopoea Spagyrica 579. 1009
ozzo, vid. *Puteo.*
ræadamitæ 938. 945. 946
rimiroſius (Jac.) Med. Angl. 667. 670. 982
rimſtav, vid. *Radius.*
rocopius 81
roſimus, Med. Meſſan. 724
roſperus Alpinus de plantis Ægyptiis 558
rudentii Hymnus a Buchnero Danis dicatus 866. 880
ſalterium Anglo-Danicum 756
ugio vetus 807
ullities Ægyptia Veslingii 83. 92. 93. 579
ullities a Chriſt. IV. arte tentata 83. 84. 85. 87. 91
urchaſſius (Sam.) Anglus 742. 829
uteani fratres 804. 805. 1075. 1076
uteo (Caſſianus de) 81. 82. 565. 566. 567. 568. 719. 781. 861. 863. 992. 1089. 1091. 1100
ygmæorum Hiſtoria 669. 670. 671. 677
yrimachi Ariſtotelis 99
yrites Islandici &c. 107. 279. 338. 340. 1106. 1109
ythagoræ ſententiæ 644
yxis nautica Sinitica 1120. 1122. 1123. 1125

Q

Q.

Quadratura Circuli 980. 990
Quaglie (Jac.) Eremita 1089
Quercetanus Chymicus 935. 1025. 1028

R.

Radius Norvegicus 131. 133. 136. 138
Ranchin [Dn. de] Cancell. Acad. Monſpel. 553
Randruſium 463. 762
Randulfus [Envaldus Nicolai] Paſt. Roskild. 572. 722. 887
Rantzovius [Henricus] 1031. 1035
Rantzovius [Franciſcus] 63
Rariora Wormii, vid. *Muſeum.*
Raudulfs Thættur 185. 607. 608
Regale Speculum 193
Regentzen, vid. *Colleg. Regium.*
Regius, Philoſophus 975. 976
REGNERUS *Lodbrok* R. D. 157. 158. 160. 163. 221. 238. 363. 364. 1055. 1061
Reguli Provinciarum Daniæ 216
Regum Daniæ Catalogus 184. 185. 186. 624
Regum Daniæ Effigies 174. 175. 197. 199. 215. 217. 220. 222. 227. 246. 247. 766
Reinboth [Johannes] 590
Reinſtius 86. 89
Reliquiæ Sanctorum 592
Rensburgum 521
Renum uſus 547
Reſenius [Andreas] 1118
Reſenius [Jo. Pauli Epiſc. Sæl. 220. 229. 301. 313. 652. 758
Reſenius [Johannes] junior 758. 759. 871
Reſenius [M. Johannes] 1127. 1130
Reſenius [Paulus] 1126. 1127
Retz [Petrus] Reſidens Dan. in Gallia 948. 951. 952. 953. 1034. 1035
Retzius [Georgius] Secretar. Reg. 1034. 1098
Reutherus [Erasmus] 57
Revelationes S. Birgittæ 269

Revent-

eventlovius 421. 422. 423
hinocerotis cornua 724. 743. 744. 1101
hodius [Ambroſius] 474. 479. 480. 776. 777. 779
hodius [Johannes] 7. 27. 59. 61. 62. 64. 66. 67. 68. 69. 71. 72. 73. 74. 76. 77. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 86. 87. 88. 90. 91. 93. 126. 258. 259. 386. 554. 556. 557. 569. 693. 785. 790. 791. 793. 794. 796. 894. 900. 961. 991. 992. 1122.
Ejus Soror 796
humannus [Wolfgangus] Prof. Hafn. 1. 2. 477. 597
hythmi veteres 159. 160. 164. 207. 228. 294. 316. 354. 356. 357. 363. 365. 367. 369
inaldi Clypeus adverſus luxum 894
ingelmannus [Caſparus] 516
iolanus [Jo.] IV. XXII. 550. 738. 751. 752. 1115. 1125
ipæ Jutiæ 766. 776.
ipenſis Epiſcopus 519
iverii febrifugus 1115
ochus [Petrus] 89. 91. 563. 564. 565. 566.
ödby Lalandiæ 494
ökenes Islandiæ 922
ördrum avis, vid. *Ardea ſtellaris.*
öRICUS *Slyngebaand* R. D. 186
ötlebius 522
OLF *Krake* R. D. 186. 292. 1058
omana Monumenta 124
omanorum Scriptorum autoritas in rebus Septentr. 150
oſales Judæus 516
oſæcrantzii juniores 573
oſæcrantziorum prædia & terræ in Grönlandia 829
oſæcrantzius, Præſes Islandiæ 294. 362
oſæcrantzius [Ericus] 515
oſæcrantzius [Georgius] 1007. 1133.
oſæcrantzius [Gundeus] 257. 733. 736
oſæcrantzius [Oligerus] 13. 51. 192. 489. 495. 708. 792. 871
oſæcrantzius [Palæmon] 423. 440. 515. 523
oſeæ Crucis Fratres XXXII. 8. 9. 13. 31. 39. 40. 54
oſenburgum, vid. *Hortus Reg. Hafn.*
oſenſparius bello Svetico occumbit 3

Roſkildenſis Schola, vid. *Schola*.
Roſkildia VI. XI. XXII. 38. 66. 152. 178. 204. 250. 371. 380. 387. 473. 483. 636. 651. 799. 806. 887. 890. 1012. 1030. 1031. 1130
Roſmarus piſcis Island. 120. 337. 340. 350. 699. 744. 969
Roſtgardus [Frid.] Præfat. p. 3. 4
Roſtochium 128
Roſtungar, vituli marini 330. 333. 336
Rothomagus vet. Cimbrorum hoſpitium XXII.
Rotmundus Medicus 3
Rubei Hiſtoria Ravennat. 66. 161
Rud [Borchardus] 481
Rudbeckius [Ol.] de vaſis Lymphat. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125
Rudimentum novitiorum 241. 243. 244. 245. 246
Rudius [Euſtachius] XX.
RUDOLPHUS II. Imp. 1031. 1034. 1035
Runa ap. Venantium 162
Runemo, rupes Bleking. 204. 205
Runi [Kongs] ɔ: Aulici 210
Runica XXIX. XXXVIII. 44. 48. 51. 57. 61. 92. 97. 98. 136. 141. 162. 167. 198. 202. 218. 219. 296. 297. 298. 299. 301. 304. 306. 307. 308. 309. 310. 316. 326. 353. 354. 358. 359. 360. 361. 373. 375. 384. 395. 396. 425. 426. 431. 433. 434. 436. 437. 441. 463. 499. 500. 501. 580. 581. 582. 621. 624. 638. 645. 647. 758. 766. 772. 819. 822. 804. 863. 898. 900. 933. 944. 987. 988. 991. 992. 994. 1040. 1041. 1042. 1050. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1060. 1061. 1062. 1077. 1131
Runica Literatura Wormii XXXVIII. 68. 69. 94. 99. 136. 141. 147. 162. 163. 166. 167. 173. 198. 295. 299. 300. 302. 305. 306. 325. 326. 350. 397. 406. 410. 431. 468. 480. 594. 612. 624. 638. 644. 673. 756. 768. 785. 1036. 1056.
Runica Manuſcripta XXXII. 184. 185. 758. 825. 898. 1042. 1050
Runici nummi 50. 51
Runicus Codex Legum Scanic. 624
Ruſſi baculo mitigant uxores 258
Rutenicus Arcus 253

S.

## S.

ccharum an noſtrum idem quod antiquorum 657. 658. 661
:landia, vid. *Selandia*.
:unundus Froda 3 ?5. 1056
ge (Dn.) 940. 943. 945
gitta lapidea 343. 345
gittæ & Pharetra 905
gittæ Lapponicæ 745
l nitrum Islandiæ 851
la (Jo. Domin.) 555. 566. 716
lmaſius (Claudius) 548. 560. 657. 658. 661. 740. 742. 746. 747. 748. 751. 803. 805. 981. 984. 985. 987. 990. 1119
lmonum captura in Islandia 315. 320. 322. 1043
ltzmannus (Joh.) Med. Argent. III. 13. 39. 377
ımſoa 8. 16. 970. 971
ımperus (Placidus) Jeſuita 723
ımuel Pharmacopoeus 392. 530
ındhafn Portus 922
ıngvinis circulatio 460. 670. 686. 713. 714. 716. 720. 962. 966. 975
ıngvinis evacuatio 1111
ıntorellus (Anton.) Med. Neap. 721
ıragaſſe herba 841. 843
ırtorius (Sal.) Typogr. Haſn. 37. 465. 467. 796
ıſcerides (Gellius) Prof. Haſn. 3
ıturnalia 145. 151
ıurius (Joh. Conr.) 1101
ıxo Grammaticus 169. 170. 176. 177. 183. 186. 201. 210. 223. 261. 263. 265. 275. 286. 291. 292. 323. 364. 366. 594. 1036. 1039. 1054. 1065
axonis nomen 253
axo Grammaticus Stephanii 92. 133. 135. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 164. 165. 166. 168. 171. 172. 173. 174. 181. 182. 186. 197. 199. 204. 206. 209. 217. 221. 225. 227. 246. 252. 255. 258. 259. 260. 263. 264. 266. 267. 366. 921. 958
axonica lingva 824
caldri Danici, Svecici &c. 350. 365. 1036
icalholtum Islandiæ 1013. 1014. 1036. 1043. 1044. 1053

Scanderburgum 783
Scandicæ Inſulæ 169
Scandorphius (Nicol. Pauli) Theol. Hafn. 120. 680. 736. 80
Scania 45. 48. 61. 570. 663. 722. 821. 934. 1007. 1030
Scaniæ Tabula chorographica 269. 270. 272
Scanica Monumenta 374
Scanicæ Inſcriptiones 43
Scanicæ Leges, vid. *Leges.*
Scapulæ Lexicon 981
Scavenius (Laur.) Epiſc. Sæl. 39. 40. 522. 680. 1012. 1016. 1019
Scavenius (Petrus) Prof. Hafn. 732. 736. 737. 863. 1100. 111
Scharfius (Jo.) Prof. Witeb. 870
Schedius (Elias) 1060
Schelius, Nob. Danus 561
Schelius (Otto) Præſes Alb. 463
Schipanus (Marius) 719. 721
Schmeiſſius 1106. 1107
Schmetius (Jo.) Prof. Neomag. 1029
Schola Arhuſienſis II. Coagienſis 643. 1004. Lundenſis 760. 761. Nidroſienſis 1130. Nycopienſis Falſtriæ 492. Nycopienſis Morſiæ 1112. Roſkildenſis 102. Slagloſiana 269. Slangendorpenſis 1127. Sorana XLI. 206. Viburgenſis 463
Scholæ Islandiæ 100. 102. 115. 295. 311. 347. 1044. 1045
Schoningius (Joh.) 782
Schonvigius (Jonas) 394
Schooten (Franc. a) Prof. Leid. 980. 981. 989
Schort (Joh. Jacobi) 437. 441
Schröderus (Hermannus) 869. 1012
Schultius, Conſiliar. Frid. 3tii 417
Schultzius (M. Chriſtoph.) 1106. 1107. 1108
Schumacherus 1012
Scorbutus morbus XXVII. XXXI. 109. 112. 120. 350. 479. 480. 530. 739. 741. 764
Scorpius marinus 735
Screlingi Grönlandiæ 671
Scribonius Largus Rhodii 71. 75. 77. 80. 81. 83. 86. 89. 94. 556. 991. 1122
Scrikfinni 169

Scri-

ſcriverius (Petrus) 136. 137. 405. 644. 646. 648. 651
ſculonius (Thorlacus) Epiſc. Hol. 95. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 293. 295. 297. 305 311. 312. 318. 351. 699. 830. 846. 855. 924. 925. 927. 1036. 1046. 1049. 1050
ſcutum vetus 1103. vid. *Clypeus.*
ſcythica lingua 985
ſeditionum Danicarum libellus 231. 232
ſeefeldius (Georgius) Sen. R. Dan. 186. 249. 250. 261. 282. 529
ſehested (Chriſt. Thomæus) Cancellar. VIII. XXXV. 107. 205. 266. 339. 341. 506. 507. 511. 522. 526. 630. 858. 999. 1002. 1130
ſehestedius, filius Cancellarii 858. 861. 863
ſelandia 169. 170. 206. 207. 1013
ſelandicæ Inſcriptiones 43
ſelandicæ Leges, vid. *Leges.*
ſelandicorum Epiſcoporum Hiſtoria 237
ſeldenus (Joh.) 68. 441. 445. 446. 447. 810
ſelingerus, Roſæcrantziorum Ephorus 573
ſelſöe Prædium Sælandiæ 387
ſennertus (Daniel) 120. 547. 650
ſepeliendi ritus veterum 239. 242. 288. 425. 430
ſeptentrionis priſcum dogma 1039. 1060
ſetæ porci Americani 549
ſeverinius (Frid.) 52. 53
ſeverinius (Petrus) Archiat. Reg. 52. 53. 776. 778
ſeverinus (Janus) Præf. Island. 113. 114. 633. 1043. 1045. 1046
ſeverinus (Marcus Aurelius) Med. Neapol. 571. 573. 577. 719. 721. 722. 726. 727. 749. 911. 913
ſigerſtadium Sælandiæ 133
ſigillum literis Gothicis 723
ſigillorum frangendorum mos 258. 259
SIGISMUNDUS Rex Pol. 745
ſiglæ veterum 1041. 1068
ſigtuna Sveciæ 224
ſigurdi Faſnicidæ Hiſtoria 1057. 1063
ſilex Islandicus 98. 99
ſimonſen (Hans) 346
ſinclar (Andreas) moritur 59

Sirenis manus & coſta 831
Sirenis Samſoenſis fabula 276. 277
Siſtrum Saxonis 165.169
Skakſpil, vid. *Latrunculorum.*
Skalda Island. 98
Skardſaius (Biorno) Island. 1050
Skelderup (Janus) Epiſc. Berg. VI. 384. 397
Skelderup (Petrus) Epiſc. Nidroſ. 58. 59. 383
Skider, vid. *Soleæ ligneæ.*
Skioldunga-Viſer 313. 314. 316. 327
Skioldungi 181. 363. 428
Skioldunga-Saga 362. 363
Skrey, Piſces Norveg. exſiccati 176. 177
Slaglofia 269. 277
Slangendorfius 62
Slangerop 1127
Slavorum fana & idola 236
Sleſviga 1131. 1132
Sletzerus (Joh. Frid.) 1020
Smaragdini coloris ſilex 98. 99
Snellius (Willebrordus) 132
Sohane piſcis, vid. *Cuculus marinus.*
Soleæ ligneæ Finnorum 169
Soncinus (Jo. Bapt.) 555
SOPHIA Regina Dan. 380. 747
Sora XLI. 153. 190. 206. 252. 258. 268. 410. 496. 507. 511. 5
580 889. 988
Soranæ Antiquitates 288. 289. 496
Sorenſis Academia, vid. *Academia.*
Spangarſeide Norvegiæ 1061
Spaſmi medela 333. 336. 350
Speculum Regale 193. 197. 199
Speculum veritatis Brandenb. 871
Spelmannus (Henricus) XLII. 51. 68. 332. 335. 337. 423. 4
433. 435. 437. 438. 439. 440. 443. 444. 445. 446. 4
448. 449. 456. 613. 638. 755. 783. 810. 822. 1058
Spelmannus (Johannes) 337. 457. 756. 783. 810. 814. 822. 8
826. 827. Ejus Pſalterium Latino-Saxonicum 455. 7
822
Sperlingerus 650

S

perlingius (D. Otto) 56. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 392. 393. 507. 508. 524. 525. 526. 527. 528. 530. 531. 536. 537. 541. 544. 545. 546. 568. 661. 751. 796. 813. 815. 828. 873. 906. 907. 940. 942. 945. 947. 961. 962. 979. 1004. 1020
pigelius (Adrianus) Med. 650
. Spiritus Ædes Haſn. 388
pitzberga 744
pormannus (Petrus) Prof. Haſn. 226. 227. 328. 465
talagmites lapillus 1070. 1071
tampioenius (J.) 981
tanishurti Antiquitates Hibern. 278
tarkaterus 57. 183. 367. 368
tatuta Acad. Haſn. 18. 30
avangrenſia Monumenta 383
tenhaltenſe Monumentum 375
tenkul (Joh.) Civis Haſn. 869
tenwinckelius 520
tephani (Simon) Bibliop. Lond. 447. 448. 449.
tephanii Edit. Saxonis Gram. vid. *Saxo.*
tephanii Hiſt. Chriſt. 3tii & Frid. 2di 269
tephanius (Stephanus Johannis) Prof. Sor. 36. 129. 130. 131. 133. 134. 135. 136. 139. 141. 147. 148. 149. 152. 153. 155. 156. 157. 158. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 267. 168. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 184. 185. 188. 189. 192. 193. 194. 197. 199. 200. 201. 203 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 242. 244. 245. 247. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 77. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 290. 291. 292. 305. 311. 313. 325. 332. 334. 366. 506. 633. 970. 971. 988. 1013. 1054
tevartus Ariſtotelicus 976
iglianus (Thomas) Poëta Italus 570. 571. 576. 885. 893. 894
illutus (Franc.) 863
ipendia Regia &c. 96. 126. 572. 636. 651. 654. 686. 689. 978. 991
ipendium Finckianum 650. 651. 685. 690

 Stok-

Stokholmia 926. 936. 937. 986. 1092. 1114. 1116
Stougardus (Chriſtianus) Prof. Hafn. VII. 89. 375. 377. 378. 384. 528. 558. 680. 777. 806. 876
Straffordii Comitis Epitaph. 280
Stralſundia 1101
Straten (D. van) 986
Ströenſe Monumentum 51
Stubcopia Falſtriæ 499. 500. 501. 502
Stupanus (Emanuel) Med. Baſ. XIX. 89
Sturlæ (Snorro) 314. 317. 325. 329. 366. 1062
Styrbiörnus fortis 351. 1036. 1042. 1052. 1055
Succini generatio 771. 968. 1106
Succinum Urnæ inſperſum 288
Sulphur Island. 851. 852. 853
S. Sunniva 176. 177. 178
Sunonis (Andreæ) Hexaëmeron 255. 256. 257
Sunonis (Andreæ) Leges Scan. 442. 1093
Svabius (Jacobus) 405. 406. 410. 412. 457. 459. 460. 461. 870
Svaningii Chronologia Dan. 229. 230. 267. 268. 270. 271. 272. 275. 280. 281. 282. 290. 938. 970. 971
Svaningius (Joh.) Præpoſ. Samſ. 249. 273. 275. 278. 938. 970. 971
Svaningius (Joh.) Epiſc. Sæl. 736
Sveci Antiqv. Danicas ſibi attribuunt 133
Sveci Daniam invadunt 253. 254. 722. 882. 934
Sveciæ Regina vidua 498. 509. 510. 747
Svecica Claſſis a Chriſt. IV. profligata 256. 257. 572. 904. 906
Svecica Tabella quædam 48
Svecici proceres veteres 351. 1036. 1042. 1051. 1054
Svecorum conatus Runici 48. 299. 395. 396
Sveno Danus a Saracenis interfectus 225. 226
Sveno Islandus 943. 944. 960
SVENO *Tuiſkeg* R. D. 133. 225. 572. 1052
Svenonius (Brynolfus) Epiſc. Skalh. 100. 101. 102. 105. 113. 114. 116. 117. 183. 197. 199. 221. 223. 238. 286. 287. 627. 633. 1033. 1036. 1037. 1046. 1047. 1053. 1054. 1068. 1102
Svenſtrup (Janus Petræus) 1112
Sverdfiſh, vid. *Xiphias.*
SVERRO Rex Norvegiæ 199. 988
Syderoa Færöenſium 372

Syl-

Sylvaticus (Bened.) Med. Patav. 555. 561
Sylvius (Franciſcus) 675. 682
Syrenſe bellum 250

T.

Tanckius [Martinus] 421
Tanderupius, Comminiſter in Norv. 506
Tardificus Canon. Aurel. 861
Taxa Medicamentor. vid. *Pharmacorum.*
Technotheca, vid. *Muſeum.*
Tegnagelius, Nepos Tych. Brahei 1087
Tercejus [Joh.] Prof. Pariſ. 182. 592. 593. 618. 619. 620. 621. 623
Tercera [Joſephus] 241
Terentius [Joh.] Jeſuita 125
Terra antiſcorbutica 739. 741. 832. 833
Terra Melitenſis 1109
Terra miraculoſa Scanica 815. 821. Islandica 815. 821. 1013
Terra rubicunda Jutiæ 783
Terra Sigillata 1011
Terræ motus 127. 285. 359
Teſtæ Echini marini 258
Teſtrupius [Eraſmus] Civis Arhuſ. 857
Theodoricus Rex Oſtrogothorum 65. 66
Theodoſius Tripolita 992
Theriaca 724
Thermæ Aquenſes 654. Carolinæ 128. 129. 834. Langenſwalb. & Weisbadenſes 540. 543. Spadanæ 669. 992
Thingorenſe Cœnobium Islandiæ 329
S. Thomæ Cor 337. 345
Thorlacius [Giſlaus] Islandus 115. 117. 118. 119. 313. 316
Thorlacius [Gudbrandus] Epiſc. Hol. 101. 102. 305. 312. 318. 363. 1050
Thorshafnia Færöenſium 371. 372
Thorunienſe Colloquium 907. 908. 909
Thoth menſis Ægyptiorum 1081
Thuanus [Jac. Aug.] 694. 696
Thuillerie [Dn de] Legatus Gall. 88. 89. 91. 92. 254. 259. 260. 261. 262. 264. 265. 266. 270. 346. 347. 527. 528. 539. 541. 546. 743. 898. 900. 901. 916. 917. 918. 920. 921. 926. 929. 931. 932. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 942. 943. 944. 948. 949. 958. 959. 960

Thule veterum 301. 312. 317. 318. 321. 322. 323. 334. 338
Thurius [Marc. Aurel.] vid. *Severinus.*
THYRA *Danebod* Reg. Dan. 156. 228
Tiisdag unde 138. 140
Tilemannus [M.] 519
Timmerman [Joach.] 770. 773. 775.
Tirſtadenſe Monumentum 222
Tobak, vid. *Nicotiana.*
Tomaſinus 77
Tormius [Ericus] VI. IX. 197. 199. 241. 243. 463. 662. 668. 766. 775. 1006
Tornby Amagriæ 511
Torres [Alonſo de las] Abbas 863
Torricellus Hetruſcus 951
Torſtenſonius 881. 918. 920
Tott [Birgitta] 1102
Tottius, Præſ. Lundenſ. 761
Tottius [Otto] 216. 462. 687. 751
Tottius [Tago] 1030
Tottorum familiæ antiquitas 424. 425. 427. 429.
Tottus [Toro] 424. 425. 429
Toxotius [Andreas] 4. 5
Tran, vid. *Pingvedo.*
Tredoſci Muſeum 974
Tremanci [Andreas] 724
Tributum anniverſ. Island. 609
Triſtanus de nummis vet. Rom. 1095. 1096. 1098
Trognius, Chymicus Aurel. 12. 15
Trolle [Nicolaus] 654
Troviluvius [Fr.] 694. 696
Trumſe Norvegiæ 778
Trygveldenſis lapis 46. 49
Tubingenſis Apologia pro Brochmanno 871. 873
Tulpius [Nic.] Anatom. 657. 660
Tulshöi Monumentum 424. 427
Turca Chriſtianor. hoſtis 907. 919
Tureby Prædium Sæl. 1102. 1130
Turquetus [Majenus] Med. Angl. 3. 4
Tychonicæ Obſervationes 1087

Typographia Reg. Pariſ. 89
Typographia Sorana 252
Typographiæ Hafnienſes 47
Typographiæ Islandicæ 102. 110. 113. 114. 116. 117. 1036. 1040. 1044. 1046. 1049. 1050. 1054
Typographiæ inventio 646. 651

## U.

Ubaldinus Canon. Rom. 78
Ugartilochi Fabula 167. 171. 172. 190
Uldaricus Princeps Chriſt. 4ti fil. 382. 1032
Uldborgum Jutiæ 767
Ulfeldius (Canutus) 267. 268. 270. 529. 530. 542. 970. 971
Ulfeldius (Cornificius) 82. 282. 392. 393. 501. 526. 545. 546. 582. 603. 751. 778. 796. 925. 927. 938. 940. 942. 945. 947. 960. 1002
Ulfeldius (Eilhardus) 741
Ulfeldius (Laurentius) 1016. 1017. 1018. 1019
Ulfeldius (Magnus) Admir. Regni 8
Ulfstandorum familia 453
Ulf piſcis, vid. *Scorpius marinus.*
Ulphilas Epiſc. Goth. 426. 434. 436
Undalenſis (Petrus Claudii) 321. 323
Unicornu XXVIII. 88. 104. 106. 107. 113. 322. 323. 326. 329. 333. 492. 611. 698. 703. 704. 705. 709. 721. 729. 733. 736. 737. 740. 742. 743. 744. 745. 864. 921. 922. 923. 968. 969. 981. 982. 987. 1085. 1111
Univerſitas Hafn. vid. *Academia.*
Upſalia 224
Upſalenſe fanum 133
Uraniburgicæ Inſcriptiones 43
Uraniburgum 950. 1031. 1032. 1054
Urbanus VIII. Papa 577
Urmus nomen propr. ap. Aimonium 291
Urna Weirumenſis 287. 288
Urneting in Jutia merid. 292
Urne (Chriſtophorus) 488
Urnorum familiæ antiquitas 291. 292. 293
Urſtiſius (Emanuel) 694. 696

Urſuli marini Island. 1014
Urup (Maria) Ulfeldii conjux 759

V.

Vacui Experimenta 951. 952. 953
Val [Guilielmus du] 550
Walæus [Joh.] Prof. Leid 548. 650. 651. 656. 665. 668. 670. 675. 685. 714. 754. 975. 976. 977. 984
Valdemariceæ Notæ 1041
VALDEMARUS I. R. D. 201. 505. 1040, 1041
Valdemarus Comes 506. 524
Waldkirkius [Henr.] Bibliop. Hafn. 20. 36
Valerianus Magnus 951
Valerius Probus Ernſtii 604
Valdkyriæ Eddicæ 368
Vandalinus [Joh.] Epiſc. Vib. 511. 564. 687
Vandesburgum 1030. 1031
Vaſa Lymphatica XXVIII. 1121. 1122. 1130
Vaticana Biblioth. vid. *Bibliotheca.*
Vaticinium in Regnum Norv. 608
Vedelbyenſe Monumentum 856
Vegnerus [Thomas] Epiſc. Stavang. 379. 380. 381. 382. 383. 384
Vellejus [Andreas] 220
Venæ lacteæ 654. 657. 660. 685
Venantii Fortunati locus de Runa 162
Veneta claſſis 90
Venſilia Provincia Jutiæ 170
Venuſinus [Jonas] Prof. Hafn. 210
Verchorſt, Practicus Leidenſ. 984
Verſtegan [Richardus] 214. 241. 243. 451
Veslingius [Joh.] 83. 84. 86. 88. 90. 91. 92. 93. 555. 558. 579. 688. 707. 713. 961. 962
Weſthovius [Willichius] 326. 327. 537. 637. 638. 639. 640. 641
Weſtmannus [Jonas] Islandus 114. 1046
Wibe [Petrus] 930
Wibecka [Domina] vid. *Kruſe.*
Viburgenſis [Johannes] 869
Viburgenſis Epiſcopus 8. 13
Viburgum Jutiæ 378. 463. 511. 687
Wichmannus 678. 807

Vigontia [Alexander] XX.
Vikingi 222
Vilhaditis Petrus] 663
Wilhelmi Siciliæ Regis Inſtrumentum 723. 727
Willer [Herm.] Mercat. Island. 110. 114. 625
Wilin [Paulus de] 66
S. Vincentio [Gregorius a] 980. 990
Wind [M. Olaus Paſt. Hafn. 525. 526. 566
Windingius [Eraſmus Pauli] 206
Windingius [Petrus Pauli] 755
Windius Nob Dan. 641
Windius [Ivarus] 477. 766
Windius [Oligerus] 770
Winſtrupius [Petrus] Epiſc. Lund. 257. 260. 494. 527. 537. 758. 759. 760. 761. 762. 871. 886
Winterberg [Anna Sophia] XLII.
Vintimiglia [Angelicus Aproſius] 254. 570. 571. 576. 577. 747. 806. 884. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 1088
Virgo docta 636
Viteberga 122. 868
Vitherlog 245. 246. 265
Vitriolum 376. 378
Vitriolum Islandiæ 851. 852. 853
Vitrum in lapidem mutatum 1008. 1009
Vitruvius variorum 976
Vituli marini, vid. *Roſtungar*.
Witzlebius [Georgius] 273
Vivis [Ludov.] judicium de Saxone Gram. 261
Vogtlænder [Gabriel] 497
Volaterrana Monumenta 70
Voluſpaa 1071
Worm cognomen familiæ 452
Wormia, Dorothea VII. Ingera VI. 384. 555. Maria VII. Soſtrata VI. 668. 670. Suſanna VII.
Wormius [Chriſtianus] Præfat. p. 3.
Wormius, Johannes VII. Matthias VI. 1127. 1129. Petrus VI. VII. Thomas VI.
Wormius [Olaus], qvæ ad hiſtoriam vitæ & familiæ ejus pertinent I. 2. 4. 6. 16. 20. 35. 46. 57. 61. 84. 107. 117. 122. 165. 177.

177. 284. 328. 383. 384. 390. 397. 447. 475. 476. 482. 493. 504. 508. 522. 535. 555. 558. 570. 602. 604. 642. 668. 670. 673. 699 765. 903. 945. 951. 952. . 977. 988. 1102. 1115
Wormii [Olai] Scripta VIII. XXXI. XXXII. 27. 44. 47. 54. 59. 95. 128. 410. 411. 664. 666. 668. 670. vid. *Baccalaureus, Cornu Aureum, Heſiodus, Monumenta Danica, Muris Nerv. Hiſtoria, Runica Literatura.*
Wormii Aqua antiſcorbutica 739. 741
Wormii Hortus Botanicus, vid. *Hortus.*
Wormii Muſeum rariorum, vid *Muſeum.*
Wormii Nummi, vid. *Numophylacium.*
Wormius [Wilhelmus] Conſul Arhuſ. II. XVII.
Wormius [Wilhelmus Olai fil.] Præf. p. 3. VI. XXXV. 118. 119. 991. 1025. 1026. 1029. 1117. 1118. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1131
Vorſtius [Adolphus] Botan. Leid 458. 548. 644. 649. 656. 657 658. 659. 661. 746. 754. 976
Voſſius [Gerhardus] 132. 137. 474. 585. 586. 673. 806. 1076
Voſſius [Isaacus] 1074. 1076. 1115
Wram præbenda 641
Wrangel [Helm] 528. 533
Wurtenbergicus Princeps 1092

X.

Xenodochium Hafnienſe 544
Xenodochium Lugdunenſe 553
Ximenes 839. 840. 842. 844
Xiphias piſcis 982

Z.

Zacuti Judæi Opera Medica 498. 697
Zancle fons Meſſan. 725
Zeiglerus 54
Zirichſeenſi in Curia Archivum Chriſt. 2di 285. 286
Zobelius 509. 510
Zoega 1124
Zvingerus (Thomas) Prof. Baſil. III. XIX.

Cor-

# Corrigenda.

Pag. XIII. Lin. 13. lege *illudentem.*
p. 55. l. 21. pro 1624. lege 1621.
p. 73. lin. ult. leg. *deferendas.*
p. 78. l. 24. pro *Martii* lege *Marci.*
p. 87. l. 15. lege *ſucceſſu.*
p. 97. l. 16. lege *viciſſim.*
p. 174. l. 6. lege *genere.*
p. 209. l. 15. lege *vetuſtiſſimus.*
p. 260. l. ult. lege *Islandia.*
p. 273. l. 1. lege *itaque.*
p. 371. l. 27. lege *candorem.*
p. 387. l. 12. lege *dubio.*
p. 389. l. 24. lege *delata.*
p. 393. l. ult. lege *luberet.*
p. 399. l. 16. lege *inſuper.*
p. 400. l. 31. lege *literas.*
p. 440. l. 30. lege CCCCXXXII.
p. 447. l. 6. lege *extorquebit.*
p. 447. l. 10. lege *porro.*
p. 477. l. 24. lege *continuis.*
p. 498. l. 22. lege *Gerſtorfium.*
p. 499. l. 19. pro *nulla* lege *ulla.*
p. 501. l. 15. lege *transmiſſo.*
p. 508. l. 15. lege *vetuſtatem.*
p. 515. l. 14. lege *Domino.*
p. 561. l. 8 lege *cum.*
p. 562. l. 8. lege *tamen.*
p. 562. l. 21. lege *obtuli.*
p. 565. l. 33. lege *faciliorem.*
p. 571. l. 29. lege *plane.*
p. 579. l. 25. lege *deſiderio.*
p. 580. l. 23. lege *urbe.*
p. 594. l. 14. lege *noſti.*
p. 620. l. 11. lege *ignotum.*
p. 630. l. 5. lege *literas.*

p. 655. l. 14. lege *carnoſus.*
p. 657. l. 1. lege *innuiſſe.*
p. 691. l. 7. lege *Annulis.*
p. 737. l. 6. lege DCCXIV.
p. 738. l. 32. lege *ſatietas.*
p. 744. l. 8. lege *prope.*
p. 747. l. 28. lege *noluiſſet.*
p. 756. l. 8. pro *filium* lege *filum.*
p. 779. l. 28. lege *Arctius.*
p. 783. l. 26. lege *vivatne.*
p. 790. l. 30. lege *hoc.*
p. 794. l. 18. lege DCCLXVIII.
p. 821. l. 12. lege *Finckius.*
p. 855. l. 28. lege *Islandia.*
p. 872. l. 1. lege *quantum.*
p. 904. l. ult. pro *horum* lege *horarum.*
p. 938. l. 14. pro *patria* lege *paria.*
p. 951. l. 33. lege *vicinia.*
p. 991. l. 15. lege *Batavorum.*
p. 1014. l. 20. lege *profundo.*
p. 1022. l. 16. lege *linguarum.*
p. 1031. l. 18. lege 1599.
p. 1032. l. 28. lege *ſceleſtos.*
p. 1043. l. 3. lege *tractus.*
p. 1043. l. 6. pro *nuper curarunt* lege *procurarunt.*
p. 1047. l. 32. lege *tacita.*
p. 1065. l. 8. lege *margvitur.*
p. 1124. l. 17. lege *medicinam.*
p. 1126. l. 14. lege *prope.*



SEP 3 - 1931